IOANNIS

FRIDERICI SOLIS IVRISCONSVLTI CLARISSIMI,

Tractatus

CONTROVERSIARVM SIVE QVÆSTIONVM, De Lucro Dotis,

In quo sciteè & formaliter omnium fermè Doctorum controuersia, circa statuta & pacta de lucranda dote disponentia occurrentes, in vtramq; partem discutiuntur.

OMNIBVS IN IVRE, PRÆSERTIM AVTEM IVDICIIS & scholis versantibus, apprimè vtilis.

ADIECTA SVNT SVMMARIA, INDICESQVE OMNIVM rerum in hoc Tractatu contentarum copiosissimi.




FRANCOFVRTI,

Apud Wolfgangum Richterum, sumptibus Nicolai Steinii, Bibliopol. & publ. Not.

ANNO M. DCII.

Cum gratia ac priuilegio Cæs. Maiest.



AD LECTOREM.

QVANTA *Iudicum in ſtatutis rectè intelligendis interpretandisque ſit imperitia, Lector benigne, quanta inſolentia, quantaq́ leuitas, vndiq́ exclamant ſubditi, exclamant pupilli, exclamant viduæ, cùm ob eorum in plebiſcitorum ſtatutorumq́ intellectu rectè tradendo ignorantiam, ſicut Thamar à Iuda, Ioſeph à Domino inconſideratè maleq́ iudicantibus, iniquo iudicio ſubiiciantur. Vnde tot ſcandala, tot animarum corporumque pericula, non exigua ex parte habere exordium videmus.*

Huic malo nonnulli Doctores obuiando quorundam ſtatutorum ſcripſere gloſſemata, quò melius quid in iudicando ſequendum, quidue deſerendum comprehenderetur, qui Interpretes ſibi exinde talem acquiſiuere honorem, qualem nulla ætas determinabit.

Sed cùm hominum ingenia varia ſint, atque vnus in alterius doctrinam facilè inuehatur, cœperunt circa hanc rem varia oriri Doctorum reſponſa, ex quibus tandem tantæ exortæ ſunt controuerſiæ, quæ vix conciliari vel dirimi poſſe videbantur.

Hinc neceſſitate coacti quidam Doctores percelebres in medium proceſſerunt, conantes haſce controuerſias dirimere, & quid in eis minus magisq́ ſequendnm ſit demonſtrare, qui quanti cæteris ingenio & labore præſtiterunt, tanti eorum nomina celebriora meritò ſunt æſtimanda.

Hos nos ſecuti conſcripſimus hunc, quem vides, Controuerſiarum ſiue Quæſtionũ de lucro dotis, ex ſtatuto pactoùe competentis, Tractatum, non eo animo, quòd putemus nos cæteris ingenio & excellentia præſtare, ſed quia inſtituti noſtri erat, totam de rebus dotalibus materiam abſoluere, ratio exigebat, vt in hoc difficillimo Tractatu noſtro labori & ingenio quoque non parceremus, & quoad nobis poſſibile eſſet, communi hominum commodo prodeſſemus.

Quid verò in eo labore & induſtria præſtiterimus, non vt alij multi enarrare, vel potius iactare, noſtrarum partium eſſe exiſtimamus:

tu enim ipse, modò benignus iustusq; Censor sis, facile reperies, quid in hac quotidiana, subtili, & difficillima materia à nobis tractatum, quid praestitum, quid illustratum: in spe enim optima ponimus, si hunc laborem nostrum iusto perpenderis iudicio, te minimè inficias iturum, nos in eo neq; ingenio, neq; ulli industria pepercisse, eumq; ipsum laborem non solùm propter methodi nouitatem, modum in scholis opponendi disputandiue perspicuè docentem, utriq; iuri studentibus, sed etiam ob quotidianam materia tractationem forensi iudicio non modicè profuturum.

Accipe igitur, studiose Lector, hunc nostrum de lucro dotis Commentarium, & si quid usui commodoq; tuo seruientis in eo reperieris, id Deo, à quo omnia sunt, & sine quo nihil est, acceptò feras: nobis enim ista tua benignitas sufficiet, si non ex puro & intimo corde diligentem te, & nocte dieque pro te laborantem iniustè aspernes, & sicut filij Amon pro honore accepto vituperium referas. Vale.



CONTROVERSIARVM SIVE QVÆSTIONVM PRINCIPALIVM IN HOC TRACTAtu contentarum Index.

modo

modò si mulier dederit omnia sua bona marito in dotem, an talis dotis constitutio valeat, vt maritus secundum prædictum statutum possit lucrari dimidiam partem dotis. 138.

LIV.

Num l. 6. hac edictali. C. de secund. nupt. censeatur derogatum, stante statuto quòd vxore præmoriente sine liberis maritus lucretur dotem, si vxor decesserit cum filiis ex primo matrimonio, & non ex secundo. 143.

LV.

Ex præcedenti quæstione promanat alia quæstio. Num legitima filiorum primi matrimonij confundatur in portionem, quæ illis debetur ex dispositione l. 6. hac edictali. C. de secund. nupt. 146.

LVI.

Statutum disponens, quòd prædefuncta vxore maritus omni in casu lucretur dotem, an habeat locum si moriatur superstitibus liberis. 149.

LVII.

An statutum deroget l. 6. hac edictali. C. de secund. nupt. determinans, quòd prædefuncta vxore sine liberis ex eis, maritus lucretur dotem superstitibus adhuc ex priori matrimonio liberis. 150.

LVIII.

An statutum disponens, quòd muliere prædecedente maritus nihil teneatur de dote restituere, deroget l. 6. hac edictali, C. de secund. nupt. in præiudicium liberorum prioris matrimonij. 154.

LIX.

Statutum disponens quòd soror dotata non habeat potestatem succedendi cum fratribus, quæritur primò an tale statutũ valeat: secũdò num ista soror, si dotem perdiderit, sit denuo à fratribus iuxta illud statutũ dotãda. 155.

LX.

Stante prædicto statuto, quòd fratres, sororibus ab eis dotatis, in totam hereditatem patri succedant, quæritur modò si frater decedat relicta ex se filia, & sorore nondum dotata, an in ista filia eadem statuti militet dispositio, quæ militabat in patre, ita vt possit amitam dotare, & à tota hereditate excludere. 161.

LXI.

Statutum disponens quòd filia dotata nullum regressum habeat ad bona paterna contra fratres, quæritur an istud verbum, fratres, verificetur etiam in fratribus defuncti parentis, si non supersint fratres ipsius filiæ. 163.

LXII.

Num statutum excludens sorores propter fratres tollatur capitis diminutione. 165.

LXIII.

Quæritur stante statuto, quòd filia succedat parẽti ab intestato, nõ extantibus masculis, an à contrario sensu extantibus masculis excludatur. 166.

LXIV.

Quæritur stante statuto, quòd filia dotata non succedat patri ab intestato, an etiam excludatur si decesserit pater intestabilis vt furiosus, vel aliter testamenti incapax. 167.

Dn. IO-



Dn. IOANNIS FRIDERICI SOLIS
IV. Doctoris Clarißimi,

TRACTATVS CONTROVERSIARVM, SIVE QVÆSTIONVM DE LVCRO DOTIS, IN QVO SCITE ET FORMALITER OMNIVM FERME DOCTORVM CONTROuersiæ, circa statuta testamenta, & pacta de lucranda dote disponentia occurrentes, in vtramq; partem discutiuntur.

QVAESTIO I.

Statutum disponens, quòd prædefuncta vxore sine liberis communibus maritus lucretur dotē, an valeat in præiudicium liberorum prioris Matrimonij?

SVMMARIA.

1 *Verba statuti in dubio strictè accipienda.*
2 *Maritus non plus lucratur de dote, quàm vnus liberorū, statuto disponente, quòd mortua vxore sine liberis communibus vir lucretur dotem. contrà nu. 4.*
3 *Statutum ita debet interpretari, ne quis damnum ex eo patiatur.*
4 *Verba, communibus liberis, non aptè ad vtriusq; matrimonij liberos extenduntur.*
5 *Lege permittente quod fit, non dicitur iniustè fieri.*
6 *Argumentum à contrario sensu validum.*
7 *Verba statuti eo modo sunt intelligenda, quo probata.*

PARS I. NEGANS.

EST diuersa Doctorum sententia: Ob ein Landsbrauch oder Satzung/ daß der Mann nach Absterben seines Weibs/ ohn gemeine LeibsErben soll gewiñen den Heyligspfenning/ so jhme von deroselben ist zugebracht/ sey tügtig/ wann das Weib auß der ersten Ehe Kinder verlassen? Daß es nit tügtig sey/ hoc est, quod tale statutum in præiudicium liberorum primi matrimonij non valeat, probatur I. hoc fundamento. Si per hæc verba: *Non extantibus liberis communibus*: excluderentur liberi primi matrimonij, sequeretur quòd etiam excluderentur, si per hæc verba disponeret: *Maritus prædecedente vxore sine liberis lucratur dotem*: quia per hæc verba apertè etiam intelliguntur liberi ex secundo matrimonio procreati. Sed consequens est falsum, Bart. *in l.6 hac edictali. C. de secund. nupt.* Ergo & antecedens.

II. Verba † statuti In casu dubio (vt hîc est) ita sunt interpreranda, vt quàm minimè lædant ius commune. Sed hoc modo prædicta statuti verba interpretando huic opinioni non obstant Ergo, &c. 1

III. Accedit † authoritas Bald. *in c. 1. an mar. suc. vxor.* & Ruin. *in consil. 11. & in consil. 59. colum. 10. versic. prætereà. volum. 3.* quibus in locis tradunt, quòd maritus vigore huius statuti non plus lucretur, quàm vnus liberorum primi matrimonij, cui minus relictum esset. 2

IV. Statutum † (si aliquo modo possibile sit) ita est interpretandum, vt quàm minimè qnis ex eo damnum indebitè patiatur. *l. fin. § in computatione. de iure delib.* etiamsi ex tali interpretatione statutum superfluum esset, aut nullius effectus, *d. §.* 3

in computatione. Ergo dicta verba, *non extantibus liberis communibus*, secundum aduersam opinionem non sunt interpretanda, cùm ex eo liberi prioris matrimonij maximum damnum sentirent, quia priuarentur legitima, & successione matris, propter secundum maritum, quod irrationale quodammodo apparet.

Ex his & similibus fundamentis concludunt, quod per prædictum statutum non intelligatur derogatum liberis primi matrimonij.

PARS II. AFFIRMANS.

PRÆDICTIS non obstantibus contraria opinio videtur esse verior: non enim veritati consentaneum esse apparet, quod in maiori I. argumenti propositione dictum est, nempè ex hac opinione sequi eodem modo maritum lucrari dotem vigore statuti, quòd vir mortua sine liberis vxore lucretur dotem disponentis, ac si disponeret, si vxor sine liberis communibus decederet maritum lucrari dotem:
4 cum verbum istud, *communibus*, † quòd non aptè ad vtriusque matrimonij liberos extenditur, satis magnam inter hæc duo faciat differentiam.

Respondetur ad antecedens II. arg. q. licet quorundam Doctorũ opinio teneat contrarium, quòd tamen propterea hic casus dubius non dicatur, cùm omnem casum dubium videatur tollere verbum illud, *communibus*, quod aliàs esset sine effectu & superfluè positum, (si in dubium vocaretur, vel secundum aduersam opin. intelligeretur) quòd esse non debet. Bald. *in rubr. de contrah. empt. q. 9.* Dec. *consi. 283.* Soc. *consi. 52. col. pen. vol. 3.*

Non obstat authoritas Bald. loco III. arg. opposita, quia *in d. c. 1.* nihil certi decidit, sed remittit se ad dicta per eum *in d. l. hac edictali.* vbi hanc quæstionem minimè determinat, imò expressè contrarium consuluit *in cons. 495. vol. 5.* Neq; Ruini authoritas contrariatur, cùm is inconstanter & dubitatiuè hoc posuerit, atq; contrarium *in d. consil. 59. col. 9.* determinauerit, vt eum refert & sequitur Roland. *in d. tract. de dote, q. 32. n. 15.*

Negatur consequentia IV. arg. quia ex dicti statuti dispositione nullum infertur damnum indebitè prioris matrimonij liberis. Nam licet maritus, cum eorum iactura, virtute dicti statuti dotem lucretur: tamen † cum hoc fiat absque iniuria, 5
dici non potest, quòd indebitè damnum sentiant, cùm illud, quod lege permittente fit, indebitè fieri non sit dicendum. *l. 4. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult.* Proindè verba ista, *non extantib. &c.* citra statuẽtium mentem non sunt interpretanda, cùm hoc nullo modo, nisi propriam eorum verborum corrumpamus significationẽ, fieri possit.

Confirmatur prætereà hæc opinio I. hoc argumẽto. Statutum, de quo in proposito agimus, per dictionem istam, *communibus*, vult duntaxat hoc dotis lucrum impediri per liberos secundi matrimonij.

Ergo per liberos primi matrimonij hoc impediri negat. *l. tribunus. §. fi. de testam. milit.* Est † argumentum à contrario sensu, 6
quod est in iure validum, *iuxta not. in l. 1. de offic. eius. cui mand. est iurisd.* quod idem pro hac opinione ponit Dec. *in consil. 283. col. 2. versic. hoc idem.*

II. Verba † statuti, vel alicuius legis sunt 7
eo respectu intelligenda, quo prolata sunt. *l. debitor. § fin. ad Trebel.* Sed verba statuti, non extantibus liberis communibus, respectu præmortuæ vxoris & viri prolata sunt. Ergo etiam respectu vxoris & viri, ac liberorum ex eo genitorum duntaxat intelligenda.

III. In casu quo statuti verba secundum interpretationem iuris cõmunis non possunt commodè intelligi, tunc statutum non est aliter interpretandum, quàm vt nuda verba sonant. Alciat. *lib. 1. de verb. signif.* Sed prædicta statuti verba, *non extantib. &c.* non possunt commodè iuxta iuris communis interpretationẽ intelligi, cùm aliàs, nisi simpliciter intelligerentur, mentio liberorum communium in statuto facta planè nihil operaretur, contra *l. si quando. de legat. 1.* Ergo, &c.

Ex prædictis concluditur, quòd maritus virtute dicti statuti, mortua sine liberis communibus vxore, lucretur dotem in præiudicium liberorum primi matrimonij.

Pro hac conclusione in terminis decidit Dec. *d. cons. 283.* Paris. *in cons. 91. vol. 3.* Alciat. Bald. Ruin. Roland. à Vall. *dd. ll.* & alij communiter.

Prædicta conclusio procedit etiam in statuto disponenti, quòd maritus mortua vxore sine liberis amborum duorum lucretur dotem, per prædicta fundamenta.

Et

Et in terminis eandem tenent opinionem Dec. *cons. 19.* Paris. *d. cons. 91. col. 3.* Ruin. *cons. 63. post princ. vers. & primis. vol. 3.* quos latiùs refert & sequitur Rolan. *d. tractat. quæst. 33. per tot.*

QVAESTIO II.

Num statutum disponens, quòd mulieri secundò nubenti liceat totam dotem secundo viro dare & tradere, etiam exclusis liberis primi matrimonij, valeat, si mulier realiter viro dotem non dederit, neque tradiderit?

SVMMARIA.

1 *Dos priori marito data, intelligitur etiam data secundo.*
2 *Tacita legis determinatio tantum operatur, quantum in statuto expressa.*
3 *Matrimonio secunda vice cõtracto, omnia ad primum matrim. pertinẽtia restaurantur.*
4 *Dotem vt maritus nunquam habuisse existimetur, indignissimum est inducere.*
5 *Mulierem sine dote accipere vitij loco reputatur.*
6 *Exemplum peruersæ mulieris.*
7 *Statutum correctorium strictè intelligendũ.*
8 *Verba non debent censeri superfluè posita.*
9 *Parentes filios plus amant, quàm semetipsos.*

PARS I. AFFIRMANS.

SVNT diuersæ Doctorum opiniones, So ein Statt oder Landssatzung/welchs dem Weib nach Absterben jres ersten Mañs Macht gibt (vnangesehen deren auß der ersten Ehe gebornen Kinder) jhren vorigen Heyligspfenning drin zweyten Mann zugeben vnd zu vberlieffern/ ob auch der Mañ nach Absterben seines Weibs/wo fern jhme derselbige von dem Weib nicht gegeben oder vberliefert/ solchen Heyligspfenning nach benannten Lands oder Statt-Satzung/in absterben deß Weibs könne gewiñen? Quòd vigore dicti statuti maritus prædefuncta vxore lucretur dotem probatur l. hoc fundamẽto. Statutum hoc disponit, quòd vir dotem sibi ab vxore datam lucretur. Sed
1 dos † data priori marito intelligitur etiam
data secundo, *per tex. in l. 30. dotem. de iur. dot.*
ibi: *Dum hoc agi* (vt dos in prius matrimonium data conuertatur in posterius) *semper interpretemur, nisi probetur aliud conuenisse.*

Ergò maritus secundus perinde mortua vxore dotem lucrabitur, ac si realiter dos sibi ab vxore esset data vel tradita, maximè
cùm † tacita legis determinatio tantum o- 2
peretur, quantum ea, quę in statuto est expressa. *l. 3. de legat. 1.*
II. Eodem tẽpore, quo mulier secundum
contrahit matrimoniũ, illicò † censentur 3
omnia restaurata & renouata, quæ ad primum pertinebant matrimonium, *per text. in l. 19. si mulier. sol. matr.* adeò vt etiam secũdo cõtracto matrimonio stipulatio, si qua facta sit, euanescat. *l. 13. si mulier. de iur. dot.* & idem cum priori matrimonium censeatur, *arg. l. 33. plerique. de ritu nupt.* Si hoc ita sit, necessariò sequitur, quòd etiam eadem dos, quæ primo viro data & tradita fuerat, censeatur data & tradita secundo.
III. In casu dubio (vt hîc) eam potissimùm debemus amplecti opinionem, quæ magis rationi & æquitati conuenit, per iura vulg. Sed vt dos secundo contracto matrimonio marito data & tradita censeatur, magis æquitati & rationi conuenit. Ergo, &c.
Minor docetur, quia † indignissimum 4
esse inducere, vt maritus nunquam dotem habuisse existimetur. *l. 11. cum pater. de pact. dotal.*

Hanc ęquitatem ob oculos ponens Imperator Seuerus disposuit, quòd quando in pactione dotali verba ambigua minusque perspicua sunt, quòd tunc ne maritus matrimonij onera absque dote sustinuisse
videatur, interpretatio semper pro dote
sit facienda. *d. l. 11.* Hinc dedecoris † quo- 5
dammodo vitiiq; loco habetur, mulierem
sine dote in matrimonium accipere. Cyn. *ad l. 4. si voluntate. & ibid.* Bald. *num. 2. de dot. promiss.*

Et hanc opinionem esse magis veritati & rationi consentaneam, docent innumerabilia ista pericula & incommoda, quæ quotidiè (heu dolor) in matrimonio accidunt, & viro miserrimè quandoq; sunt perferenda.

Cuius rei triste exemplum † hæc cum 6
scribimus accidit Herbipoli, in qua ciuitate post sumptum in vtroq; iure gradum Doctoralem cõmoror cum quodam Dn. nomine Theodoro Kirchoueo Monasteriensi, viro in primis honesti seruantissimo & excellenter docto. mecum in Licentiatum SS. LL. in eadẽ Herbipolensi Vniuersitate promoto, quòd aliquis ex patriotis

meis cum quadam Franca virguncula leuissima matrimonium iniret, posteà inito matrimonio, incepit mulier ista oēs contentiones & iurgia aduersus virum suū excitare, eum relinquens, & cum aliis nebulonibus rem habens. Ipse coactus solatij consiliiq; causa, accessit ad me, conquerēs de vxore sua, mihi verò interroganti de cā contentionis respondit: vxorē suam nil aliud secum contendere, quàm de eius difformitate, quòd nō esset satis pulcher, non satis amicabilis, & in re Sumeniana, vel si mauis Venerea pertractanda non satis alacris. Ego hanc causam subridens interrogabam vlterius, ad quem igitur sua diuertisset vxor? respōdit ad Canonicum quendam, qui fortassis eo pulchrior & alacrior esset. Hæc & similia audiens ab eo, dabam consilium, vt accusaret eam, quo debitæ pœnæ in exemplum aliarum fœminarum subiiceretur, & diuortium, si quod fieri vellet, legitimè peteret. Hęc cum ad aures impudicæ fœminæ fortè peruenirent, subitò actricem egit, priusq; virum accusauit, quasi nullam præ se culpam ferens. Citatione ad virum facta, reuersus est ad me, humiliter petens, vt secum ad prætorem item, quod non recusaui. Ecce cum eò veniremus, tot mendacia de viro in lucem protulit, quę vix dici verbisq; exprimi possunt, omnia ancillæ suæ, personæ leuissimæ, studiosis aliisq; adolescentibus haud ignotę, testimonio approbans.

Hisce Prætor cōmotus ex quadam affectione erga fœminam (susceperat. n. eam è sacro fonte) iniecit eum in carcerem, in quo iam iniustè & maxima cum tristitia moratur, sed nos procurabimus, vt nō diu in vinculis maneat, & efficiet fortè hæc incarceratio, vt nō solùm fœmina, sed etiam ipse prætor pœnæ subiiciatur, cùm legitimæ contra mulierem extent probationes, ipsam iniquissimè aduersus hunc virum egisse.

Ah crudele genus (meritò hic vir cum Tibul. *eleg. 4. lib. 3.* exclamat) nec fidum fœmina nomen. Ah pereat, didicit fallere si qua virum. Et illud Propertij *lib. 2. eleg. ad amicam. Sed vobis facile est verba, & componere fraudes. Hoc vnum didicit fœmina semper opus.* Docent igitur multa exempla, docet inquam ipsa rerum experientia, quòd mariti in statu matrimoniali multa accidant pericula, multa viræ incommoda, non solùm in reb. domesticis & externis, verùm etiam ab ipsis vxoribus, vt ex prædicto exemplo aliisq; innumerabilibus est compertissimum.

Quod cum ita sit, inhumanum videtur, quòd maritus propter nudā duntaxat doris traditionem haud factam, virtute dicti statuti dotem non lucraretur, maximè cùm secundum leges ciuiles dos priori marito data, censeatur etiam data secundo.

PARS II. NEGANS.

VEriorem opinionem eligēdo respondetur ad minorem I. atg. propositionem, quòd quidem de iure ciuili dos data in priori matrimonio, censeatur etiam data secundo viro, quoad fructus dotis, non autem quoad proprietatem ipsam, vel ēt cōcurrente statuto, quoad ipsam proprietatem, si filij prioris matrimonij non extent, vt per Cuman. *consil. 109.* Sed hoc in casu extant liberi. Ergo dos data in priori matrimonio non censet' data in secundo.

Eadem datur responsio ad II. arg. Nam licet de iure ciuili cēseatur dos data quo ad fructus, non autem quoad proprietatem, & iccirco cùm proprietatem dotis hoc in casu requirimus, & ius ciuile eam non transfert in secundum maritum, necessariò sequitur, quòd prius traditio dotis à muliere sit facienda, antequàm dotem vir possit lucrari.

Ad III. arg. respondetur dupliciter Primò ad eius maiorem, negando quod hîc sit casus dubius, vt per totam hanc partem probatur.

Secundò ad eius minorem, quod licet respectu onerum matrimonij multorumque periculorum vir sit fauendus: tamen cùm etiam maximus fauor sit respectu liberorum prioris matrimonij, non erit vltra terminos statuti pro marito concludendum.

Fundatur prætereà hæc opinio I. hoc modo. Statutū †per quod inducitur correctio iuris communis, est ita restringendum, vt quàm minimè lædat ius illud. *l. fin. §. in computatione. C. de iur. delib. & text. in c. 8. cum dilectus, versic. cæterum. de consuetut. & ibi Abb.* 7

Ergo prædictum statutū est restringendum, vt eius dispositio non aliter procedat, quàm nuda eius verba sonant, putà, si realiter dotis traditio à muliere sit facta,

cùm aliâs ex eo legũ iotroduceretur correctio. *l. hac edictali. C. de ſecund. nupt.*

II. Si ſecundum aduerſam opinionem verba ſtatuti eſſent intelligenda, ſequeretᵉ quòd principalia ſtatuti verba ſuperfluè eſſent poſita, quia verba iſta, *dare & tradere,*
8 nihil operareotur. Sed conſequeos † iura non admittunt. *l. 109. ſi quando. de legat. 1.* Bart. *in l. 2. de vſucap. & in l. 4. §. prater. de dam. inf.* Bald. *in rubr. de contrah. empt. q. 8.* Ergo nec antecedens.

III. Affectio quam mater habet erga liberos, eſt maior ea quam habet erga mari-
9 tum, cùm † patentes maiori amore filios proſequi ſoleant, quàm ſemetipſos *l. iſti quidem. quod met. cauſ. l. fin. in princ. C. de curat. furioſ.*

Ergo mulier vbi actualiter non tradidit vel dedit marito dotem, conſerur amore liberorum in pręiudicium mariti hoc pręrermiſiſſe.

Ex his & ſimilibus fundamentis concludirur, quòd ſecuodum prædictum ſtatutum vir dotem non lucretur, niſi mulier eam viro actualiter tradiderit.

Hanc concluſionem io terminis confirmant Paul. de Caſt. *in conſ. 349. vol. 2.* Curſen. *in Auth. praterea. C. vnde vir & vxor. & in conſ. 78. col. 6.* Signor. de Homod. *in cõſ. 37. & 69.* Iaſ. *in conſ. 30. vol. 1.* Ruio. *conſil. 38. vol. 9. & in conſ. 169. vol. 3.* Roland. à Vall. *in tract. de dote. q. 24. per tot.*

QVAESTIO III.

An cõſuetudo domicilij viri, vel mulieris, aut loci, in quo contractum eſt matrimonium circa donationem vel dotem lucrandam ſit inſpicienda?

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo vel ſtatutum derogat iuri communi.*
2 *Dos quod reſtituatur ſecundum ſtatutum contract. matr.*
3 *Vxor viri domicilium ſequitur.*
4 *Dotis exactio in loco domicilij viri facienda.*
5 *Domicilium viri ſi mutetur, non nouum, ſed vetus quoad dotis reſtitutionem eſt conſiderandum.*
6 *Mulier ignorans ſtatutum domicilij viri, an eo teneatur?*
7 *Contractus debet regulari ſecundum mentem ſtatuentium.*
8 *Scire vel ſcire debere paria ſunt.*
9 *Epiſcopus etiam ignoranter indigno beneficium conferens priuatur pro illa vice poteſtate conferendi.*
10 *Ciuitatem qui acceptat, præſumitur ſe obligaſſe omnibus oneribus eius, etiamſi ea ignoret.*
11 *Statutum domicilij viri, quoad dotis exactionem etiam eſt attendendum, ſi cauſa alibi ſit agitata, vel etiamſi à viro ſit promiſſum ſe dotem reſtituturum vbiq; locorum. num. 12.*
Nec non ſi in loco mulieris domicilium haberet, ſed non principaliter. nu. 13.
14 *Extraneus quando ſtipulatur dotem ſibi reddi non attenditur domicilium viri, ſed contractus.*
15 *Sponſa forum ſponſi non ſortitur.*

PARS I.

Quod conſuetudo loci, in quo contractus celebratus eſt, ſit attendenda.

DEficientibus pactis dotalibus, conſiderandum & inquirendum eſt ſtatutum & conſuetudo loci, in quo coniuges domicilium habent. Sunt enim in plerisq; ciuitatibus certa ſtatuta & conſuetudines, diſpooentes qualiter & in quibus rebus coniuges ſibi inuicem ſuccedant. Et licet huiuſmodi conſuetudines ſint contra ius commune: tamẽ ſecundum eas eſt ſuccedendum, quia ſtatutum & cõſuetudo † de- 1
rogaot iuri communi, vt dixi *in limit. 1. q. in fin. & notatur in l. de quibus. de legib.*

Idcirco non inutiliter quæritur, an conſuetudo domicilij viri vel mulieris, aut loci, io quo contractum eſt matrimonium circa dotem donationemue lucrandam ſit ſeruaoda? Et videtur I. diceodum, quòd conſuetudo loci, in quo contractus dotis celebratus eſt, ſit ſequenda.

Primò per text. *in l. ſi fundus 6. de euict.* ibi *in qua* (regione) *negotium geſtum eſt, pro euictione caueri oportet. tex. in l. heres abſens. §. 1. de iudic. & in c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. lib. 6.* idem dicit Bald. *in Auth. omnes peregrini. C. commun. de ſucceſſ.* quod conſuetudo loci, in quo cõtractus celebratus eſt, ſit inſpicienda. Idem dicit Soc. *conſil. 188. col. 6. num. 13.*

II. Facit in argumeotum communis illa

Doctorum opinio secund. Alex. *cons. 255. viso titulo. citra princ. vol. 7.* quæ vult, quod in
2 dote restituenda† attendatur statutum, in quo dotis contractus celebratus fuit, licet contractus matrimonij in alio loco fuerit factus. Ex quo concludendum videtur, quòd consuetudo loci, in quo dotis contractus celebratus est, circa eam lucrandam sit inspicienda.

III. Facit quod notat Bald. *ad l. 1. in 5. quæst. C. ne fil. pro pat.* vbi inquit, quòd si in loco executionis non possit opponi exceptio peremptoria contra instrumẽtum, si tamen istud instrumentum extra territoriũ confectum sit, in loco, in quo viget ius commune, quod tunc poterit opponi talis exceptio, ex quo colligitur, quod locus contractus sit attendendus. Hoc dictum Bald. refert Paul. de Cast. *in l. diuo Pio § sententiam. col. 2. de re iud.* Ex his videtur concludendũ, quod debeat attendi locus contractus dotis.

Huic conclusioni subscribit Angel. *in l. exigere dotem. in fin. de iud.* Ioan. And. *in c. 1. de sponsal.*

PARS II. NEGANS.

ARgumenta quæ suprà pro parte affirmatiua prolata sunt, haud multum vrgent, quare ad ea refutanda, veramq; conclusionẽ textib. & Doctorum authoritatib. comprobatã demonstrandã, breuiter ad dicta atq. respondebimus, nimirum, quod ista iura, quæ in 1. arg. adducta sunt, locum non habeant in lucranda dote, & aliis lucris, quæ constante matrimonio à cõiugibus acquiruntur, vt plenè probat Suar. *in l. 1. de las ganancias. num. 41. & seq.*

Ratio est, quia vxor est subiecta viro, &
3 eius domicilium† sequitur, ideoq; videtur solutio dotis exigendæ, eiusq; qualitas & effectus in domiciliũ viri translatus, ipsam verò vxorẽ tanquam aduenam alibi cõtraxisse præsumendum, hocq; esse speciale in dote probat per tex. *in l. exigere dotem. de iudic.* vbi dicitur, quod mulier dotem exigere debeat non eo in loco, vbi instrumẽtum dotale confectum est, sed in isto, vbi maritus
4 domiciliũ† habuit. Idẽ tenet ibid. Bart. Albert. Bal. Ang. Paul. Fulgos. & Curt. iun. idẽ Bart. *in l. cunctos populos. col. 6. C. de summ. Trin. & fide Cathol.* Abb. *in c. 1. de sponsa.* vbi dicit, quando statutum vel cõsuetudo disponit de obseruandis quibusdã post consummatum coniugium, quòd tunc debeat attendi consuetudo domicilij mariti; quia vxor sequitur domicilium mariti. *l. fin. §. iidem rescripserunt. ad munici.* quod etiã tenet Bald. *ad c. 1. §. fin. de inuestit. de re aliena facta. in vsib. feud.* Arch. *in c. illud. 12. dist.* Abb. *in c. fin. de for. compet. 12. colum. nu. 30.* pulchrè Felin. *ad d. c. 1. de sponsal. col. antepen. nu. 24.* Curt. iun. *in d. l. exigere dotem.* Paul. de Castr. *in l. cum quadam puella. de iudic. anal. iud.* Et est communis Doctorum opinio, teste Ias. *in l. cunctos populos. numer. 24. & in l. 1. & 2. C. de sum. Trinit.*

Quod etiam videtur procedere post mu
tationem† domicilij. Nam tunc non nouũ, 5
sed vetus viri domicilium consideratur, cum locus, in quo fuit orta obligatio, sit attendendus, & non vbi recepit purificationem, Bal. *ad d. l. exigere dotem,* & ibi cõmuniter Dd. *text. iunct. gloss. in l. si vxor. de iudic.* Dissen. Sal. *in d. l. cunctos populos.* dicẽs, quòd post mutationem eius domus cõsuetudo attendi debeat, quam vir tempore mortis vxoris inhabitat, quem sequitur Schurff. *in repet. l. de quib. de leg.* & communiter Legistæ, *in l. 1. C. de sum. Trin.* sed horũ opinio reprehenditur à modernis *in d. l. cunctos populos.* per text. *in l. libertus. ad municipal.* Ratio est, quia attenditur locus obligationis ex contractu destinatæ, non locus obligationis purificatæ, & sic attenditur primum viri domicilium, non secundum. Soc. *in c. dilectis. col. fin. de for. comp.* vbi hanc opinionem dicit esse iustissimam, cum aliàs facili negotio maritus posset defraudare heredes vxoris suæ. Idem existimat Alexand. *in consil. 100. colum. pen. volum. 3.* Ias. *in d. l. cunctos populos. in 1. lect. colu. 7. C. de summa Trinit. & f. de Cathol.* Curt. iun. *in dict. l. exigere dotem. de iudic. numer. 19.* & ibidem Cagnol. *colum. 8 versic. tertiò ampliatur. colum. 3* vbi hanc receptiorem esse sententiam ait Ruin. *consil 38. col. 2. vol. 3.*

Horum sententiæ etiam nos subscribimus, neq; obstat fundamentum Salyc. *in d. l. si vxor. de iud.* quia multipliciter Doctores ad eam legem respondent. Primò respondet Bar. post glos. *in ead. l.* quòd ideò ibi maritus in vrbe Romana conueniatur, quia ibi contractus matrimonij fuit celebratus.

Secundò respondent Anto. de But. *in c. 1. de sponsal. in fin.* & Paul. de Cast. *in d. l. si vx.* quòd ibi matrimonium diuortio sit solutum, & ideò maritum cum ipsius factum interuenerit carere eo, quod illi vigore *d. l. exigere dotem* concessum erat.

Vlu-

Vltimò respondetur, quòd licet in *d. l. si vxori.* maritus possit coueniri, & ibi dos exigi: tamen per hoc non negat text. quod io lucro dotis attendatur primum domicilium viri, qood virtute *d. l. exigere dotem.* attendi debet. Alex. *d. cons. 100. col. 3*

Ad II. argumētum respondemus quòd illud procedat quoad soleonitates requisitas in contractu conficiendo, Aoton. de Butt. *in c. 1. de spons.* & non quoad repetitionem vel lucrum dotis, quia tuoc consideratur locus viri, Alber. *ad d. l. exigere dotem. col. 1.* Afflict. *decis. 226. col. 2. in fin.* Potest etiam responderi vt Dd. communitet *in d. l. exigere*, quòd sit speciale in dote vt atteodatur domicilium viri, cuius specialitatis tationem ostendit Curt. iuo. & Cagno. *in d. l. exigere.*

Eodem modo respoodetur ad III. argumentum, quòd notata Baldi non obstent, cùm aliud sit in lucro dotis, & aliud io simplici contractu.

Ex prædictis concludimus, quoad donationis & dotis exactionem eiusue lucrum, attendendum esse statutum domicilij viri, & oon vxoris.

Huic conclusiooi assentiuot Batt. & alij, *ad d. l. exigere dotem, & in l. cunctos populos*, & ibid. Fulgo. *C. de summa Trinit. & fide cathol.* Archidi. *in c. illud. dist. 12. Bald. consil. 31. col. 1. & in cons. 208. vol. 3.* Cuma. *cons. 26. col. 1. & cons. 72. col. 2. & cons. 106.* vbi haoc communem dicit. Idem Alex. *cons. 100. col. 1. vol. 3.* Dec. *cons. 19. col. 1.* Socyo. iun. *consil. 14. vol. 1.* vbi in fine dicit hæreticum esse à dicta communi opioione recedere, quia vt dicit Bal. *in l. voluntas. in princ. C. de fideicom.* matrimonium trahit vxorem ad origioē viri. Vide etiam quæ de hac q. scribit Roland. à Valle *in tract. de dote. q. 13. per tot.* vbi etiam prædictos Authores referr, eandem tenet etiam Rogerius. *in tract. de dote. §. fin.*

An autem hæc conclusio ampliari possit, vt etiam procedat si mulier ignorauerit † statutum domicilii viri, intet Docto-
6 rcs cōttouersum est. Quidam existimant quòd non, ex quorum numero sunt Bald *in c. 1. §. fin. de inuest. de re alien. fact.* Alex. *consil. 101. col. 2. vol. 3.* Crot. *in l. omnes populi. nume. 169. de iust. & iur.* Campez. *in tract. dot. part. 5. q. vlt. circa fin.* Ias. *in d. l. cunctos populos. col. 6. vers. quanto singulariter.* Dec. *consil. 283.* & similes. Horum opinio nititur I. hoc fundamento. Extraneus qui ignorat alterius loci statura, contra ius commune disponeotia, si aduersus illud delinquat, non punitur, Curt. Sen. *in consil. 27. col. 10. vers. restat.* Idem teoet Bald. *in l. data opera. col. 6. C. qui accus. non poss.* & allegat ad hoc pulchrum text. *in l. 4. qui cum vno. §. fin. de re milit.* ibi: *sed & ignoranti adhuc disciplinam tyroni ignoscitur.* & est text. *in l. 14. qui commeatus. in fin. eod. tit.* vbi dicitur, tyrooi in hoc crimioe facilius parcetur. Ergo mulier, si ignorat quid comptehendat statutum domicilij viri, est excusanda.

II. Omnis cootractus regulatur secun-
dum † mentem contrahentium. *l. 115. ita* 7
stipulatus. de verb. obligat. At mulier non præsumitur habere tempore cōtracti matrimonij scieotiam statutorom domicilij viri. *c. fin. qui matr. accusat post.*

Ergo non potest dici quòd intentio mulieris fuerit, vt dos debeat restitui secundum statuta domicilij viri. Hæc suot principalia istius opinioois fundamenta, in quibus cætera, quæ ad eandem opinionem confirmandam allegantur, effectualiter iocludontur.

Sed his nō obstaotibus opinio affitmatiua, quòd huiusmodi statotum etiā procedat quoad mulierem ignorantem, de iure verior est, neq; obstant argumenta in contrarium citata, quia respondetur secundum Dec. *in cons. 19.* ad maiorem I. arg. propositionem, io qua dictum quòd quis propter ignorātiam excuset[ur], quòd hoc procedat duntaxat quoad pœnam statuti euitandam, & non vlterius, vt etiam patet ex eis quæ scribit Barba. *cons. 4. col. pen. & in cons. 51. col. 6. vol. 2.*

Negatur mioor propositio II. arg. quia negari non potest quòd mens mulieris fuerit, se velle contrahete secundum iuris communis dispositionem, quæ vult quòd in restitutione vel lucro dotis atteodatur domicilium viti, & non mulieris, per text. *in d. l. exigere dotem.*

Confirmatur etiam hæc vltima opinio per generalē illam regulam, qua dicitur, quòd is qui cum alio contrahit, vel est, vel esse debet, non ignarus cooditionis eius, *l. 19. qui cum alio. de reg. iur.*

Et paria sunt † aliquid scire, vel scire de- 8
bere. *l. 5. quod te. & ibi glos. & Doct. si cert. pet.*

Neque obstat Alexao. responsio. *in consil. 37. vol. 2.* quod d. l. 19. non procedat io muliere, cùm potius virile sit officium alicuius rei inquirere cooditionem,

quàm muliebre, quia respondetur d.l. 19. non distinguere inter virum & mulierem, & ideò nobis quoque non esse distinguendum. Idem tenet Dec. *d. cons. 19. col. 2.* Cuma. *cons. 26. col. 1.* & Curt. iun. *in d. l. exigere.*

II. Confirmatur ista opinio per text. *in c. 20. innotuit. de elect.* vbi licet Episcopus
9 ignoranter † conferat beneficium indigno, priuatur tamen pro illa vice potestate conferendi, nec ignorantia eum excusat.

III. Corroboratur per ea quæ dicit Paul. de Castr. *l. 38. si duo, per illum text. in verb. qui enim scit vel scire potuit, de acquir. hered.* quòd
10 is qui acceptat † ciuitatem, videatur etiam se obligasse omnibus oneribus illius ciuitatis, etiam si illa onera ignorabat, quia sibi imputet quod non perquisiuit, Hoc dictum Pauli etiā approbat Alex. *in cons. 103. col. 2. in fin. vol. 2.* Ripa. *ad d. l. 5. si cert. pet.* vt refert & sequitur Roland. à Valle. *in tract. de lucro dot. q. 14. num. 16.* vide Authores qui hanc opinionem latius tractant & egregiè defendunt, Dec. sibi aduersantem *in consil. 19.* Curt. iun. *cons. 129. col. 2. & in d. l. exigere. col. pen. de iud.* Socyn. iun. *cons. 14. col. fin. vol. 1.* Cagn. *in l. 19. qui cū alio. de reg. iur. nu. 14. & in d. l. exigere. col. 7. vers. sexta limitatio.* vbi hanc receptiorem Doct. sententiam esse ait Roland. *d. q. per tot.* vbi hos Authores etiam refe[...] sequitur. Huius opinionis exceptio [...]nisi mulier verè putasset virum cum[...] contraxit esse forensem, vel ipsius loci [...] quo ipsa habitaret. Dec. *d. consil. 19. col. 2.* Claud. Aquens. *in d. l. cum quadam puella. in prin.* Et ad istum errorem mulieris probandum sufficit assertio viri, vt notab. dicit Purp. *in d. l. cunctos populos, numer. 149.*

Amplia secundò communem istam o-
11 pinionem procedere † si causa non agitatur in loco domicilij viri, sed in alio, quia tunc adhuc est attendendum statutum domicilij viri & nō loci, in quo causa agitatur, vt in terminis decidit Bald. *in cons. 471. vol. 1.* & Cuma. *in cons. 72. col. 2.* Ruin. *cons. 58. col. 3. & 4. vol. 3.* Bald. *in cons. 471.* Phanuc. *tract. glos. 9. nu. 10.*

Ratio est, quia in restitutione vel lucro dotis forū metimur mariti, p tex. *in d. l. exigere dotem. C. de iud.* Dissen. Dec. *in cons. 283. col. 6. vers. ad maiorem tamen declarationem,* cum paria sint forum sortiri, & statutis subiici. Hunc refellunt Bald. Cum. Ruin. *dd. locis* dicentes, quod à pari non procedant forum sortiri, & statutis subiici, quorum opinio verior est.

Amplia tertiò prænominatam opinionem etiam procedere, si vir † promiserit 12
se restituturum dotem vxori tàm in loco contractus, quàm alibi, & vbique locorum. Nam promissione huiusmodi non obstante inspiciendum est domicilium viri, quia ex interpretatione d. l. exigere, videtur restitutio promissa secūdum consuetudinem terræ mariti. Ratio est quia per hanc promissionem minimè videtur renunciatum esse *d. l. exigere,* quia restitutio dotis etiam vbicunque petatur, semper regulatur secūdum statutum vel consuetudinem domicilij viri. Ita sentit Bald. *in d. l. exigere. in fin.* Bart. *in rubr. de consuet. col. 14. n. 32.* quos sequuntur Alex. *in cons. 101. col. 3. vol. 3.* Ias. *in d. l. cunctos populos. in 1. lect. col. 6. in fin.* & expressius *in 2. lect. col. 14. vers. extende.* Ruin. *cons. 58. col. 3. in fin. vol. 3.* Hieron. Cagnol. & Iacob. *in d. l. exigere.* Anchar. *cons. 163.*

Quartò ampliatur vt etiam procedat, si maritus in loco vbi contraxit matrimonium, & dotē habuit, in ciuem fuisset acceptus, & forum ibidem habuisset. Ruin. *in cons. 58. & 59. vol. 3.* & communiter omnes *in d. l. exigere.* Quam ampliationem etiam dicunt procedere, si maritus † in loco mu 13
lieris haberet domicilium, sed non principalius. Ruin. *d. loc.* & Cagn. *in d. l. exigere. nume. 19. 25. & 31.* Phanuc. *d. lo. nu. 18.* vbi hoc esse extra dubium ait. Eiusdem conclusionis exceptio prima est, nisi maritus in vtroque loco domicilium habuisset, quo casu domicilium contractus esset attendendum. Curt. & Cagn *in d. l. exigere.* cuius replicatio videtur nisi non æquè principale haberet.

Secunda exceptio est, nisi extraneus
vel † mulieris mater vel frater dotem de 14
disset, & soluto coniugio dotem sibi restitui stipulatus fuisset: tunc enim domicilium contractus, & non habitationis inspicitur. Bald. *in rubr. de priuil. dot.* Ias. *in l. cunctos populos. C. de sum. Trinit. & fide cath.* Ratio est, quia non vxor ad domicilium viri itura, sed alius stipulatur. Dissent. Curt. & Cagnol. *d. lo.* quorum fundamētum est, quòd licet ratio videatur cessare in muliere, non tamen cessat in viro qui tanquam aduena inde statim recessurus contraxit. Sed communiter eorum sentētia reprobatur.

Ter-

Tertiò excipitur, niſi maritus contraxiſſet in domicilio vxoris, tanquam nunquam receſſurus. Iaſ. *in d. l. cunctos*. Cagnol. *in d. l. exigere*. Dec. *in conſ. 283. num. 8.* & Tiraq. *in legib. connub. gloſ. 2. nume. 46.* & vide Roland. in q. 16. & commune pronunciat Purp. *in d. l. cunctos. num. 120.*

Quartò excipitur, niſi vir & vxor conueniſſent vt dotis reſtitutio fieret ſecundum formam loci contractus. Iaſ. Cagnol. & Curt. *in d. l. exigere*. Bald. *in conſ. 31. vol. 3.* Dec. *in conſ. 195. 283. & 402.* & cõmune Doctorum placitum eſſe pronũcio ex Phan. *d. gloſ. 9. nu. 36.* Quinta exceptio eſt in ſponſa † de futuro, ratio eſt quia ſponſi forum non ſortitur. Bald. *in Auth. omnes peregrini. nu. 4. C. commun. de ſucceſſ.* Iaſ. *in d. Auth. cunctos.* Eſtque commune Interpretum dogma, atteſtante Phanucio. *d. gloſ. 9. num. 40.*

15 Sextò excipitur quoad donationem propter nuptias, cuius cauſa mulier non præſumitur ſecundum ſtatutum domicilij viri cõtraxiſſe, quæ exceptio ſummoperè eſt notanda. Phan. *d. loc. n. 46.* Si verò reperiatur ſtatutũ nihil de donatione diſponens, tunc vxor tñ lucratur mortuo viro de donatione, quantum is de dote. Iaſ. *in l. fin. nume. 10. C. de indict. viduit. toll.* Abb. *in conſ. 46. vol. 1.* Ioan. de Amic. *conſ. 5.*

Prædictæ concluſ. exceptio prima eſt, niſi vir contraheret in domo vxoris animo inde non recedendi, teſte Baldo *in l. fin. in prin. C. ſi non à comp. iud.* vbi dicit, quòd quando vir contraxit cum vxore in eius domicilio tãquam diſceſſurus, & vxorem ſecum tranſuecturus, quòd tũc non attendatur domicilium vxoris, ſed viri, per *d. l. exigere dotem*. Ergo à cõtrario ſenſu, ſi non eo animo contraxerit, non ſecundum domicilium viri, ſed vxoris iudicandum eſt. Idem tenet Alex. *in addi. ad Bart. in l. exigere dotẽ, de re iud.* & ibid. Cur. iun. & Cagn. *col. 4.* Dec. *conſ. 283. col. 5.* Feli. *adc. 1. col. 14. de ſponſ.* Purp. *in d. l. cunctos populos. n. 120.* vbi cõmunem dicit. Declara aũt hoc & limita per d. c. 1. lim. 3. Diſſen. Bald. *in d. l. cum quadam puella. col. 1.* Caccial. *in rep. l. cunctos populos, verſ. quartus caſus. C. de ſumma Trinit. & fide cath.* quorum opinio nititur fundamento. *L. exigere dotẽ*, in qua determinatur, quòd mulier nubendo viro alterius fori, mutet forũ originis ſuæ, & tranſeat in domicilium viri, nõ autem è contra vir in locum vxoris. Sed horum Dd. opinione non obſtante c[o]nſultius & melius eſt, vt prædictam communem ſeruemus opin. à qua ſi in iudicando recederemus, eſſet contra ſtimulum calcitrare, vt dicit Rolan. *d. tract. q. 16. in fin.* vbi hãc cõtrouerſiã pulchrè diſcutit.

Secũda exceptio eſt, niſi tempore quo cõtractum eſt matrimonium, mulier pteſtata fuerit ſe contrahere ſecund. loci conſuetudinẽ in quo copulant. Caſus eſt in *c. 1. de ſponſa.* & confirmat Alb. de Roſa. *in tract. ſtatu. in 2. part. q. 8. in fin.* Idem Bald. *conſ. 31. vol. 3.* & vide Roland. à Valle *in tract. de lucro dot. q. 19. per tot.*

Tertia exceptio eſt, vt hæc concluſio procedat in marito dũtaxat & vxore, non autem in ſponſo & ſponſa, nam iſto in caſu reſpicitur locus in quo cõtractus celebratus eſt. Eſtq; ratio quod ſponſa ſe nondum contulit ad domiciliũ ſponſi. Bald. *in Auth. omnes peregrini. nu. 4. C. comm. de ſucceſſ.* quo in caſu locum habet oppoſitio.

Quartò excipitur, prædictam concluſionem non procedere in patre vel etiam extraneo, mulierem ſub hac conditione dotante, vt ſoluto matrimonio dos ad ipſum redeat. Bald. *in rub. C. de priu. dot. col. 2. verſ. ſed ſtatim quæro.* Felyn. *in c. 1. col. 4. verſ. quartò limita. de ſponſal.* Iaſ. *in d. l. cunctos populos. in 1. lect. col. 6. verſ. tertiò limita.* & eſt communis Dd. opinio, vt teſtatur Purp. *in d. l. cunctos populos. num. 146.* quæ fundatur hac ratione, quia hic, cui dos reſtituenda eſt, non tranſit in domicilium viri, nec eius forum ſequitur ſicut vxor, & ſic ceſſat ratio *d. l. exigere dotem*, & conſequenter eius diſpoſitio.

QVAESTIO IV.

Quæritur ſi dos conſiſtat in bonis immobilibus, quæ ſita ſunt in loco vbi contractus dotis fuit celebratus, an tunc circa dotis exactionem vel reſtitutionem attendatur ſtatutum domicilij viri, an verò contractus.

SVMMARIA.

1 *Lex 65. exigere dotem. de iud. ceſſat in rebus immobilibus. contra nu. 6.*

2 *Arrogatus propter diuerſitatem patrimoniorum poteſt decedere pro parte teſtatus & inteſtatus.*

3 *Statutum diſponens, quod filia non ſuccedat extantibus maſculis, procedit in loco in quo bona ſita ſunt.*

4 *Statutum domicilij viri, iuxta quod dos restituenda, est odiosum. contra nu. 8.*
5 *Statutum vnum ex defectu potestatis non potest tollere alterum.*
7 *Exceptio legis non per Dd. sed per aliam L. introducenda.*
9 *Matrimonium non dotibus, sed affectu contrahitur.*
10 *Statutum odiosum dicitur, quod est contra scriptam legis rationem.*
11 *Lex à superiore condita omnibus statutis & consuetudinibus potest derogare.*
12 *Dos est quiddam incorporale.*
13 *Statutis per contractum potest derogari.*

PARS I. CONCLVDENS,
Quod attendatur locus contractus.

QVOD inspicienda sint statuta istius loci, in quo contractus celebratus est, si dos in bonis immobilibus consistat, communis est Doctorum opinio, vt testatur Cagnol. *in l. 65. exigere dotem. col. 7. de iudic.* quæ l. nititur hoc fundamento. Cessante ratione *d. l. 65.* qua determinatur quod exactio vel restitutio dotis debeat fieri secundum statutum domicilij viri, cessat etiam ipsa legis determinatio. *l. adigere. de*
1 *iure patron.* Sed ratio † *d. l. 65.* cessat in bonis immobilibus, dum illa duntaxat procedat, quando dos consistit in quantitate, vel in alia re mobili. Ratio est, quia non videtur alibi destinata solutio modò res non sit æstimata, nisi in loco in quo contractus celebratus est. Ita determinat Dec. *consil. 283. col. 7. vers. 6.* Curt. iun. *ad d. l. exigere. col. pen.* Ergo. &c.

II. Facit optimè text. *in l. 22. si arrogator.* & ibi Glos. & Dd. *de adopt.* qua in l. determi-
2 natur † quòd arrogatus propter diuersitatem patrimoniorum quæ habet, potest in vno decedere testatus, & in alio intestatus. Eodem modo nostro in casu videtur dicendum, quod propter diuersitatem bonorum diuersis statutis subiectorum etiam diuersimodè dotis restitutio sit facienda.

III. Statutum odiosum vel contra ius commune disponens est strictè interpretandum, vt patet ex communi illa Dd. conclusione, qua volunt quòd statutum
3 disponens quòd filiæ † non succedant extantibus filiis, non extendatur ad bona sita extra territorium statuentium. Bart. *in l. cunctos populos q. 6. C. de summa Trinit. & fide Cathol.* Alex. *cons. 16. in princ. vol. 1.* vbi attestatur hanc esse communem Doctorum opinionem Soc. *in cons. 74. col. 5. vers. sed ad hoc respondeo tripliciter. vol. 1.* Dec. *in cons. 276. col. pen.* Ias. *in cons. 163. col. 2. vol. 2.*

Sed statutũ † domicilij viri, iuxta quod 4
dos mulieri restituitur, est odiosum, quia diminuit patrimoniũ mulieris *l. 3. de damn. infect.* Abb. *in cons. 1. col. 2. vol. 1. & in cons. 19. col. 1. vol. 2.* Io. And. *in c. fi. de elect. in 6.* & deuiat à dispositione iuris communis, secundum quam maritus mortua vxore nihil lucratur. *c. 1. de donat. inter vir. & vx.* Ideoque eius verba strictissimè sunt interpretanda, vt minus lædant iuris communis dispositionem. Dec. *in cons. 353. col. 1.* Ias. *in cons. 58. col. 1. vol. 1.* Paris. *cons. 127. col. 3. in princ. vol. 1. & in cons. 34. col. 2. vol. 3.* vbi inquit tale statutum, ex quo in se non contineat aliquam rationem scriptam, esse exorbitans à iure communi, eique contrariari, cum tollat quo ad partem mulieri de reb. suis liberam disponendi facultatem, & idcirco ad vnguem & contextum seruandum, per *l. quod constitutum. de testam. mil.*

IV. Ex defectu potestatis † vnius loci sta- 5
tutum non potest tollere alterius, quia in quolibet actu requiritur potestas agendi. *l. 9. cum te. C. de donat. ante nupt.* Bald. *in l. 1. de iuram. calum.* Ergo cum ex defectu potestatis vnum statutum non possit tollere alterum, sequitur quod etiam eius vires & effectus non possit tollere.

Ex his & similibus fundamentis videtur concludendum, quod *d. l. exigere dotem* procedat quoad bona mobilia, & non immobilia, extra territorium domicilij viri sita.

Hanc conclusionem confirmant Bald. *in d. l. cunctos populos.* (licet etiam pro contraria opinione allegetur) Dec. *cons. 283 col. 7. vers. 6.* Curt. iun. *in d. l. exigere. col. pen.* Ias. *in d. l. cunctos populos. in 2. lect. col. 15.* Cagnol. *in d. l. exigere. col. 7.* quos refert & sequitur Roland. à Valle *in tract. de lucro dot. q. 20.* Adde Andr. Sicul. *in rubr. de consuet. col. 15.* Brun. *in tract. de statut. exclud. fœm. art. 6. q. 2. in fin.* Ioan. Bapt. *de S. Seuer. in l. 1. C. de sum. Trinit.* & ibid. Cepol.

PARS II. NEGANS.

PRÆDICTA argumenta licet aliqualem videantur habere roborem: ego

tamen

tamen animaduerto contrariam partem
in puncto iuris esse veriorem, quare breuiter
ad singula argumenta in cõtrarium
opposita hoc modo respondeo. Principiò
non obstat I. argumentum: quia minor e-
6 ius propositio non procedit, nam † dicere
rationem *d.l.65. exigere dotem. de iud.* cessare
in bonis immobilibus, erroneum est, cùm
hoc non ex lege, sed ex mera Doctorũ opinione
probetur. Lex enim 65. simpliciter
& generaliter loquitur, ergo nulla Doctorum
interpretatione obstante simpliciter
prout iacet, est intelligẽda, cùm exceptio
7 vel † specialitas alicuius legis non per Doctorum
interpretationem, sed per aliam
legem expressè sit introducenda.

Simili modo non obstat, quod in II. argumento
adductum est de arrogato, quia
propter diuersitatem bonorum & iurium
eo in casu hoc specialiter constitutum est.
Hic verò secus.

Ad III. argumentum respondeo dupliciter.
Primò ad eius maiorem, in qua
dictũ est, quòd statutum odiosum, vel cõtra
ius commune introductum, sit strictè
interpretandum, quòd hoc procedat
quando statutum non interpretatur contra
expressum sensum statuentium, vel
contra ipsa statuti verba.

8 Secundò respondeo, quòd† minor eius
propositio non sit vera, quia tale statutum
nõ est odiosum, imò fauorabile, quia
in eum finem videtur factum, vt viri sint
proniores ad ducendas vxores, quod Reipub.
interest *l.1. solut. matrim.* Purpur. *ad d.l.
cunctos populos. nu.130.* quem sequitur. Ruin.
*cons.58. col.5. vers sexto. vol.3 & in cons.163. col.
2. vol.4.* Adde Bal. *cons.485. col.4. vol.6.* Dec.
cons.19. col.3. Alciat. *in tract. de præsump. reg.1.
præsump.8. n.6.* Sed ista Doctorum ratio mi-
9 hi non placet, cũ matrimonium † nõ dotibus
sed affectu contrahatur, per tex. *in l.11.
iubemus. C. de repud.* ibi: *non enim dotibus, sed
affectu matrimonia contrahuntur.* Idem tex. *in
Nouel. 74. c.4. in princ. & in l.3. de donat. inter
vir & vx.* & improbaui istam rationem latè
infrà quæstion.13 in solur.6. argumenti.
Quare tu aliter ostende huiusmodi statutum
non esse odiosum.

10 Statutum † odiosum dicitur, quod est
contra scriptam legis rationem. Parisiens.
*d.cons.127. col.2. in princ. & in d.cons.34. col.2.
vol.3.* & est communis Doctorũ opinio, vt
ostendi suprà in tertio argumento. Sed q;
dicitur quoad dotis restitutionem esse inspiciendum
statutũ domicilij viri, nõn est
contra scriptam legis rationẽ, imò planè
cum legis ratione, quia *d.l. exigere dotẽ*, perspicuè
hoc determinat. Sed video adhuc
vbi hęreamus in salebra: obiiciũt enim aduersarij
opinatores, istam legem esse intelligendam
de bonis mobilib. vel immobilibus
æstimatis, aut sub ipso viri domicilio
& territorio sitis. Sed ista obiectione nil agunt,
vorsuram (vt dicunt) soluunt. Lex enim
generaliter loquitur, est igitur etiam
generaliter intelligenda, nisi eius specialitas
aliis legibus expressè probetur, vt suprà
dixi. Neque est quòd magnoperè se in
eo fundent, quòd propter defectum potestatis
vnius loci statutum alterius corrigi
non possit, quia licet istud illis largiamur,
adhuc tamen, vt dicitur, hærent in
aqua, cum non statutum statuto, sed lex
à † superiore neminem recognoscenti 11
condita cæteris omnibus statutis deroget.
Doct. *ad l.2. C. quæ sit longa consuet. & c.
fin. de consuet.* Nam eo ipso, quòd lex dicit
dotem esse restituendam secundum statutum
domicilij viri, ostendit simul cæteris
omnibus statutis per eam isto in casu esse
derogatum, cum aliàs lex hoc determinans
plenum & perfectum effectum sortiri
non posset, quia plerunque dotes in
æstimatæ in rebus immobilibus consti
tuuntur.

Ex hac vltima solutione patet etiam
solutio ad IV. arg. in quo de potestatis defectu
dictum est, quia iam responsum est,
quòd non statutum statuto, tanquam par
pari, sed ipsa lex à superiore condita cæteris
omnibus statutis deroget. Pro hac
parte arguit Bald. l. hoc modo. Quando
tractatur de re incorporali, tunc non at
tenditur locus, vbi res sita est. Sed dos † est 12
quiddam incorporale, quia est ius vniuersale,
quod rei non cohæret *l.5. quòd dicitur.
de impens. in reb. dot. fact.* & Doct. *in rubr. solut.
mat.* Ergo non attenditur locus, in quo
bona dotalia sita sunt. Addit Bald. si statutum
diceret, quòd vir lucretur omnia immobilia
vel mobilia bona, quòd tunc statutum
(quia rem decerneret) loci, in quo
res sita esset, attenderetur. Hunc Bald. sequitur
Alex. *in cons.141. col. pen. vol.7.* Caccial.
*in d.l. cunctos populos. col.3. vers. secundus
casus.* vbi inquit, hoc esse de mente omniũ
Dd. & Ias. *ibid. col.7. vers. vltimo.* Sed hoc
vltimũ Baldi dictũ propter suprascriptam
deductionem nostram nobis non placet.

Adde

13 Adde II. arg. per contractum † potest derogari statutis *arg. l. 1. §. si conueniat depos.* etiam si talis contractus sit contra leges vel mores populi. Vasqui *lib 3. §. 28. num. 10.* & est communis Doct. opinio, vt ibid. testatur. Sed maritus contrahendo matrimonium, eo ipso dicitur contrahere quo ad doris restitutionem, secundum statuta ipsius loci, cum contrahat tanquam iturus ad domicilium suum, de quo expresse in d. l. exigere dotem. Ergo maritus si ipso iure ita contrahat cum vxore, & vxor dicatur tacitè consentire, certum est, quòd omnibus statutis per istum contractum sit derogatum. Plura argumenta possunt peti ex supradictis.

Concludimus quòd circa dotis restitutionem inspiciendum sit statutum domicilij viri, siue dos consistat in rebus mobilibus, siue immobilibus.

Huic conclusioni suam sententiam præbent Bald. *d. cons. 208. vol 3. & in repetit. d. l. cunctos populos. col. 30. vers. quintò quæritur.* & ibid. Caccial. *col. 3.* Purpur. *nu. 130.* Ruin. *d. cons. 58. col. 5. vers. sexto. vol. 3. & in cons. 163. col 2. vol. 4.*

Accedit Alex. *in cons. 141. num. 17. vol. 7.* Cassan. *in Consuet. Burgun. rubr. 4. §. 2. num. 9.* & Ias. *in d. l. cunctos. in 1. lect. n. 29.* & Phanuc. de Phan. *isto tract. gloss. 9. nu. 34. vers. horum opinio.* vbi dicit nostram conclusionem sibi longè magis placere & esse veriorem.

QVAESTIO V.

An l. 65. exigere dotem. C. de Iudiciis, disponens quòd circa dotis restitutionem attendendum sit statutum domicilij viri, sit intelligenda de statuto domicilij originis, an vero habitationis?

SVMMARIA.

1 *Originem suam nemo mutare potest.*
2 *In dubio illud attendendum quod causam habet fortiorem, modò vtraq; ratio ob eod. subiecto procedat, nu. 5.*
3 *Mulier quæ est nupta extra locum originis, non desinit esse quoad omnia commoda ciuis ciuitatis originis.*
4 *Origo iuris naturalis est.*
6 *Diœcesis alicuius propria dicitur in qua domicilium habet.*
7 *Domicilium in statuto comprehensum intelligitur de domicilio habitationis.*

PARS I.

Statutum originis esse considerandum concludens.

IN diuersis quæstionibus suprà conclusum est, quòd circa restitutionem & lucrum dotis inspiciendum sit statutum domicilij viri. De quo autem domicilij statuto, originis vel habitationis, hoc intelligatur, inter Doctores cõtrouersum est. Quorundam opinio est, quòd statutum domicilij originis sit considerandum, & non habitationis, quorum fundamenta hæc præcipua sunt.

I. Si statutum domicilij habitationis, & non originis esset inspiciendũ, sequeretur quòd domicilium originis posset mutari vel in aliud transferri, quia si effectus eius domicilij originis tollantur, necessarium est, vt etiam ipsa origo tollatur. Sed consequens est falsum † vt est text. expressus 1 *in l. 6. assumptio. in princ. ad municip.* vbi dicitur: *Neque recusando quis patriam ex qua ortundus est, neque mentiendo de ea quam non habet veritatem mutare potest.* Ex quibus verbis expressè colligitur, quòd quis transferendo incolatum ad alium locum, domicilium originis non mutet. Ad idem text. est *in l. 15. origine. § fin. d. tit.* vbi determinatur, quòd nec per adoptionem possit mutari. Imò nec per monachationem *l. 56. Deo nobis. C. de Episcop. & cleric.* nec per quemuis alium modũ, etiam si locus originis sit vilissimus. *l. fin. & ibi not. C. de municip.* Ergo. &c

II. In casu dubio † semper illud magis at- 2 tendendum est, quod habet causam vel rationem fortiorem. At nostro in casu dubitatiuè quæritur, vtrùs domicilij statutum, originis an habitationis, sit inspiciendum? Ergo debemus illud attẽdere, quod causam vel rationem habet fortiorem, vt est domicilium originis, & non habitationis, vt probat gloss *in l. 1. C. de municip & orig. lib. 10.* & ibi Doct. vbi ponunt casum, quòd si incolatus alicuius ciuitatis habens domicilium originis in altera ciuitate, vocatur ad aliquem honorem vel beneficium ab vtraque ciuitate, quòd debeat suscipere honorem vel beneficium, sibi à ciuitate originis collatum, cuius causa fortior est, pro quo est text. expressus *in l. 17. libertus. § 4. sed eodem ad municipal.*

III. Pro

III. Pro hac opinione facit expresse decisio Bart. *in l. fin. §. idem respondet. ad municip.*
4 qua determinat q. mulier † quæ est nupta extra locum originis, nō desinat esse, quoad omnia commoda & fauores, ciuis originis ciuitatis, quam decisionem amplectuntur Bald. & Salyc. *in l. 2. de iurisd. om. iud.* Si igitur quis non desinat esse ciuis ciuitatis originis, quoad commoda & fauores, certum est, quòd statutum originis, & non habitationis, modò de viri commodo agatur, circa restitutionem vel lucrum dotis sit inspiciendum.

IV. Quod iuris naturalis est, vt est propria origo † *l. 4. origine. C. de municip. & orig. lib. 10.* nō potest mutari. *§. sed naturalia. Inst. de iur. natur. gent. & ciuil.* Sed si statutum domicilij habitationis & non originis esset inspiciēdum, sequeretur, quòd ius naturale eo in casu mutaretur, quia effectus propriè originis mutaret', qui est vt incolatus alterius ciuitatis gaudeat omni cōmodo & fauore ciuitatis originis, & consequenter ipsa origo, cum aliquid esse sine effectu, & non esse, paria sint. Ergo, &c.

Ex his & similibus argumentis concludunt, quòd circa lucrū vel restitutionem dotis, non domicilij habitationis statutum, sed originis sit inspiciendum.

Pro ista conclusione consuluit And. Sicul. *in consil. 4. vol. 2.* & Phanuc. *isto tract. glos. 9. num. 26.*

PARS II. NEGANS.

HISCE non obstantibus contrariam partem, vti in iure magis fundatam, sequimur, negamusque quod in maiore I. argumenti propositione dictum est. Nam ex eo quòd circa hunc casum domicilium habitationis, & non originis sit inspiciendum, non sequitur quòd domicilium originis quoad suos effectus possit mutari, cū nusquam concedamus in prædicta statuti dispositione domicilium originis comprehēdi, vt clari' ex infrà scriptis patebit.

Simili modo non contrariatur, quod in II. argumento dictum est, quia respondetur ad maiorē eius propositionem, in qua
5 dictum, quòd † in casu dubio illud attendendum sit, q. habet causam vel rationem fortiorem, quòd illud procedat, si vtraq; ratio ab vno eodemq; subiecto pcedat, alias secùs, & iccirco licet domiciliū originis habeat rationem fortiorem, tn̄ nō obstat, cū ista ratio nō spectet ad quæstionem nostram, vt probatur per tex. *in l. 65. exigere dotem. de iudic.* ibi: *Exigere dotem mulier debet illic, vbi maritus domicilium habuit.* Hoc est (nisi expressam eorum verborum significationem corrūpamus) eo in loco in quo habitauit, & nō in eo vbi domiciliū habuit originis. Potest etiam responderi *ad d. l. 17. §. 4.* qua maximè dictum argumentum nititur, secund. Bald & Alex. *in l. 1. C. de municip. & orig. lib. 10.* q. ideò domiciliū vel locus originis pferri debet, quia priùs obligatio, ad muneta personalia subeunda, in eo fuit cōtracta. Sed in proposito nō tractatur de obligatione munerū personaliū. Ergo, &c. hanc solutionem extollit & sequitur Ias. *in l. 22. si arrogator, col. 19. de adoption.* & Ruin. *cons. 120. col. fin. vol. 4.* quos refert & sequitur Roland. à Valle *isto tract. q. 22. nu. 27.*

Quod ex decisione Bald. in III. argumento allegatum est, procedit quoad ista commoda, quæ domiciliū originis comprehendit. Sed hæc cōmoda quæ proueniunt ex lege municipali vel statuti, domicilium originis non comprehendit, vt interpretatur *ex d. l. exigere dotem.* Ergo, &c.

Negatur minor IV. arg. propositio, quia per hoc quod attēditur statutum habitationis non tolluntur effectus domicilij originis, nec cōsequenter ipsa origo, cū effectus originis non extendant se ad nostrū casum, vt suptà per *d. l. exigere* ostēsum est. Vlterius ad confirmationē huius quæstionis I. hoc modo argumentatur. Si verum est, vt suprà in II. argumenro dictum, quòd in casu dubio illud attēdendum sit, quod rationem vel causam habet potiorem, cōsequens est quòd domicilium habitationis tanquam causam vel rationem potiorem habens sit attendendum, pro quo est glos. *in c. 11. statutum. §. cum vero. de rescript. in 6.* quod ibidem confirmant Do-
min. & Franc. adduntque, quòd † illa pro 6
pria alicuius diocœsis dicatur, sub qua quis domiciliū habitationis habet, quod etiam vbiq; locorum pro vero accepratur.

Hinc pro indubitato † tenuēte Ant. 7
But. *in cons. 21. in fin.* & Dec. *cons. 352. col. 1. in fin.* Felyn. *ad c. 2. 1. in fin. de sponsal.* Afflict. *decis. 384. in fin.* Alex. *in l. cum quadam puella. col. 3. de iurisdict. omn. iudic.* & Socyn. *in consil. 79. col. 3. vol. 4.* quòd appellatio alicuius domicilij vel ciuitatis in verbis statuti comprehensa referatur ad domicilium vel ciuitatem habitationis, & non originis.

II. Pro hac sententia expresse determi-

nat *d. l. exigere dotem*, secundum communem Doctorum opinionem eam intelligendo, quę vult quod verbum istud, *domicilium*, sit intelligendum de domicilio habitationis, & non originis, vt etiam dilucidè ex verbis finalibus eiusdem l. patet, vt, *in cuius domicilium & ipsa mulier per conditionem matrimonij erat reditura*, quæ verba respiciunt locum, in quo maritus habitat, cum aliâs verbum istud, reditura, nihil operaretur.

Cætera quæ possent produci argumēta breuitatis causa omittimus, & in hac quæstione concludendum arbitramur, quòd *d. l. 65. exigere dotem. C. de iudic.* sit intelligenda de domicilio habitationis, & non originis. Hanc conclusionem confirmant & sequuntur Bald. *in cons. 31. vol. 3.* Curt. iun. *ad d. l. exigere. nu. 18.* Cagn. *col. 8. vers. nona limitatio.* Alex. *ibid. in verb. reditura*, & ibi hāc conclusionem communē esse dicūt. Eandem tenent Crot. *in l. omnes populi. de iust. & iur. col. pen.* Cremens. *sing. 67.* Caccial. *in d. l. cunctos populos.* & ibid. Ias. *col. 18. de adopt.* Roland. à Valle *in tract. de lucro dot. q. 22.* & similes per eundem citati

Amplia, prædictam conclusionem etiam habere locum, quando cōtractus dotis est celebratus in tertio loco, in quo nec vir nec vxor habet domicilium, & hoc propter generalitatem *d. l. 65. exigere*, quæ perinde militat in contractu, in loco tertio celebrato, ac si in domo viri esset celebratus. Item propterea, quia maritus contraxisse dicitur, tanquam statim recessurus, & mulier tāquam statim itura ad domicilium mariti, & icirco eo in casu perinde iudicandum est, ac si contractus in domicilio viri esset celebratus, cum potentia actui propinqua pro actu habeatur. *text. in l. 8. qui pœna. §. 2. Dinus. de manumiss.* & is qui de proximo est cingendus, pro iam cincto reputetur. *l. pen. & ibi Doct. de milit. testam.*

QVAESTIO VI.

Num statutum de lucro dotis disponens, sed vsu non receptum, operetur, vt maritus præmortua vxore dotem lucretur?

SVMMARIA.

1 *Legi non obediens peccat mortaliter.*

2 *Tempus duntaxat non est modus inducendæ vel tollendæ obligationis, nisi cum non obseruantia subditorum coniunctum. nu. 5. & 6.*

3 *Lex non tollitur per non vsum aut desuetudinem.*

4 *Legem, quæ nunquam viguit, nemo dicitur interrumpere.*

PARS I. AFFIRMANS.

PRo parte affirmatiua I. hoc modo argumentatur. Qui legem vel statutum non obseruat, mortale committit peccatum, quia obligatur in foro conscientiæ, & contrafaciens † statuto vel legi peccat 1 mortaliter, vt est commune Doctorum responsum, teste Alciato, *ad c. cum contingat, nu. 99. de iureiur.* Sed ex peccato contra legem commisso, non nascitur legis abrogatio. Ergo salua manente statuti dispositione, licet vsu non recepta, concluditur quòd maritus dotem lucretur.

II. Heredes defunctæ vxoris iuxta statuti dispositionem ad dotem dandam vel relinquendam marito sunt obligati.

Sed solum tempus † non est modus inducendæ vel tollendæ obligationis *l. 44 obligationum ferè. §. 1. vers. placet. de verbor. obligat.* Ergo licet per aliquod tempus statutum non sit obseruatum: tamen per hoc non est inducendum, vt maritus dissoluti matrimonij tempore dotem non lucretur. 2

III. Per non vsum † aut desuetudinem 3 non tollitur lex vel statutum, *arg. text. in l. fin. C. de iure dom. impet.* Ergo si non tollatur, maritus dotem lucrabitur.

Per hæc & similia argumenta videtur concludendum, iuxta prædictum statutum, etiam vsu non receptum, maritum dotem lucrari.

PARS II. NEGANS.

PARTEM negatiuam tanquam veriorē eligendo respondemus ad maiorem I. argumenti propositionem, quòd illa procedat in casu, quo lex à populo est recepta, & in vsum atque obseruationem traducta, cum aliâs legem † quæ 4 nunquam viguit, interrumpere nemo dicatur. Bald. *in Auth. omnes peregrini. C. com mun. de success.* quem sequitur Alex. *in consil. 6. vol. 1.* & Parisiens. *in consil. 47. col. 5. vol. 5.*

vol. 3. & vide glos. *in l. 14. rem non nouam. C. de iud.* Respõdetur ad minorẽ II. arg. quòd licet solum tempus non sit modus inducendæ vel tollendæ obligationis: tamen
5 quando † non obseruantia subditorum cum temporis lapsu est coniuncta, quòd tunc ad obligationem tollendam tempus sufficiat. Ita hoc argumentum soluunt Alex. *in cons. 182. vol. 1.* & Aret. *in consil. 11. col. 3.* Verum est, quòd in antecedenti III. argumenti dicitur, per non vsum, aut desuetudinem non tolli legem vel statutum,
6 nisi casus † euenerit, in quo contra legem vel statutum actus celebratus est, per text. *in c. 7. Ioannes de cleric. coniugat.* vbi est casus quòd licet de iure canonico clerici teneantur portare tonsuram, tamen vbi contrarium per consuetudinem obseruatum est, prævalet consuetudo legi, & est commune Doctorum placitum, attestante Curt. iun. *cons. 129. num. 12.* quam ad hoc refert Villalob. *com. opin. in verb. lex vel statutum. nu. 94.*

Cæterùm vt hanc partem omninò veram esse demonstremus, vnum pro eius complemento addimus argumẽtum. Eo quod nihil est, vel nullius momenti, nemo obligatur. Statutum in obseruantiam non receptum, nec vtentium moribus approbatum, nullius est momenti, vt communi Doctorum confirmatur consensu, laudante id Alexandro *in cons. 6. vol. 1.* idem glossa & communiter Doctores attestantur *in c. 1. de treug. & pac.* Ergo tali statuto nemo obligatur.

Ex prædictis concluditur, quòd marito non detur potestas lucrandi dotem ex statuto, more vtentium non recepto.

Huius conclusionis exceptio est, nisi aduersus maritum non probetur, tale statutum in obseruantiã non esse receptum, incumbit enim hoc probandi onus alleganti, vide Dec. *in cons. 149. col. pen.* quem ad hoc citat & sequitur Roland. *isto tract. q. 99. in fin.* Et sufficit, vt probet decennium à tempore conditi statuti esse effluxum, quo dicti statuti dispositio in obseruantiam non fuerit recepta.

QVAESTIO VII.

An statutum de lucranda dote disponens habeat locum in dotis augmento, constante matrimonio facto?

SVMMARIA.

1 *Correctoria non admittunt extensionem, etiam ex identitate rationis.*

2 *Pactum de lucranda dote factum, habet etiam locum in eius augmento.*

3 *Stipulatio in qua est mentio facta de dote, trahitur etiam ad eius augmentum.*

4 *Stipulatio strictè intelligenda.*

5 *Priuilegium tacitæ Hypothecæ competens doti, competit etiam eius augmento.*

6 *Prouincia aut ducatus augmentum gaudet eisdem priuilegiis, quibus ipsa prouincia.*

PARS I. NEGANS.

EST commune Doctorum axioma, quo dicitur istud, quod contra iuris communis dispositionem est introductum, ita esse constringendum & interpretandum, vt quàm minimè istam lædat dispositionem. Hoc præsupposito consequens esse videtur, hoc statutum de lucro dotis contra ius commune disponens non habere locum in dotis augmento, cum aliàs istud ex interpretatione (quia statutum ipsum hoc non disponit) contra iuris communis dispositionem extenderetur.

Cui accedit † quòd in correctoriis non 1
fiat extensio de vno ad aliud, etiam ex identitate vel maioritate rationis secund. Bald. *in l. 2. C. de dot. promiss.* Dec. *in cons. 353. col. 1.* Ias. *in cons. 58. col. 1.* Paris. *in consil. 127. col. 3. vol. 1.* Doct. *ad l. si vero. §. de viro. solut. matr.* & idcirco cum hoc in casu statutum sit correctorium iuris communis, non debet in eo fieri extensio de vno ad aliud. Ex quo videtur concludendum, quòd in dotis augmento statuti dispositio non habeat locum.

PARS II. AFFIRMANS.

A Communi & vera Doctorum opinione non recedendo, partem affirmatiuam tuemur, & respondemus ad prædicta, quòd licet verum sit, statuti dispositionem iuri communi derogantem ita esse interpretandam & constringendam, vt quàm minimè ius commune lædat, quòd tamen hoc non procedat in casu, quo augmentum idem est cum suo principali, quia tunc eadem iuris determinatio fit de augmento, quæ de principali, cùm alias augmen-

nat *d. l. exigere dotem*, ſecundum communem Doctorum opinionem eam intelligendo, quę vult quod verbum iſtud, *domicilium*, ſit intelligendum de domicilio habitationis, & non originis, vt etiam dilucidè ex verbis finalibus eiuſdem l. patet, vt, *in cuius domicilium & ipſa mulier per conditionem matrimonij erat reditura*, quæ verba reſpiciunt locum, in quo maritus habitat, cum aliâs verbum iſtud, reditura, nihil operaretur.

Cætera quæ poſſent produci argumēta breuitatis cauſa omittimus, & in hac quæſtione concludendum arbitramur, quòd *d. l. 65. exigere dotem. C. de iudic.* ſit intelligenda de domicilio habitationis, & non originis. Hanc concluſionem confirmant & ſequuntur Bald. *in conſ. 31. vol. 3. Curt. iun. ad d. l. exigere. nu. 18.* Cagn. *col. 8. verſ. nona limitatio.* Alex. *ibid. in verb. reditura*, & ibi hāc concluſionem communē eſſe dicūt. Eandem tenent Crot. *in l. omnes populi. de iuſt. & iur. col. pen.* Cremenſ. *ſing. 67.* Caccial. *in d. l. cunctos populos.* & ibid. Iaſ *col. 18. de adopt.* Roland. à Valle *in tract. de lucro dot. q. 22.* & ſimiles per eundem citati

Amplia, prædictam concluſionem etiam habere locum, quando cōtractus dotis eſt celebratus in tertio loco, in quo nec vir nec vxor habet domicilium, & hoc propter generalitatem *d. l. 65. exigere*, quæ perinde militat in contractu, in loco tertio celebrato, ac ſi in domo viri eſſet celebratus. Item proptereà, quia maritus contraxiſſe dicitur, tanquam ſtatim receſſurus, & mulier tāquam ſtatim itura ad domicilium mariti, & ideirco eo in caſu perinde iudicandum eſt, ac ſi contractus in domicilio viri eſſet celebratus, cum potentia actui propinqua pro actu habeatur. *text. in l. 8. qui pœna. §. 2. Diuus. de manumiſſ.* & is qui de proximo eſt cingendus, pro iam cincto reputetur. *l. pen. & ibi Doct. de milit. teſtam.*

QVAESTIO VI.

Num ſtatutum de lucro dotis diſponens, ſed vſu non receptum, operetur, vt maritus præmortua vxore dotem lucretur?

SVMMARIA.

1 *Legi non obediens peccat mortaliter.*

2 *Tempus duntaxat non eſt modus inducendæ vel tollendæ obligationis, niſi cum non obſeruantia ſubditorum coniunctum. nu. 5. & 6.*

3 *Lex non tollitur per non vſum aut deſuetudinem.*

4 *Legem, quæ nunquam viguit, nemo dicitur interrumpere.*

PARS I. AFFIRMANS.

PRo parte affirmatiua I. hoc modo argumentatur. Qui legem vel ſtatutum non obſeruat, mortale committit peccatum, quia obligatur in foro conſcientiæ, & contrafaciens † ſtatuto vel legi peccat 1
mortaliter, vt eſt commune Doctorum reſponſum, teſte Alciato, *ad c. cum contingat, nu. 99. de iureiur.* Sed ex peccato contra legem commiſſo, non naſcitur legis abrogatio. Ergo ſalua manente ſtatuti diſpoſitione, licet vſu non recepta, concluditur quòd maritus dotem lucretur.

II. Heredes defunctæ vxoris iuxta ſtatuti diſpoſitionem ad dotem dandam vel reliuquendam marito ſunt obligati.

Sed ſolum tempus † non eſt modus in 2
ducendæ vel tollendæ obligationis *l. 44 obligationum ferè. §. 5. verſ. placet. de verbor. obligat.* Ergo licet per aliquod tempus ſtatutum non ſit obſeruatum: tamen per hoc non eſt inducendum, vt maritus diſſoluti matrimonij tempore dotem non lucretur.

III. Per non vſum † aut deſuetudinem 3
non tollitur lex vel ſtatutum, *arg. text. in l. fin. C. de iure dom. impet.* Ergo ſi non tollatur, maritus dotem lucrabitur.

Per hæc & ſimilia argumenta videtur concludendum, iuxta prædictum ſtatutum, etiam vſu non receptum, maritum dotem lucrari.

PARS II. NEGANS.

PARTEM negatiuam tanquam veriorē eligendo reſpondemus ad maiorem I. argumenti propoſitionem, quòd illa procedat in caſu, quo lex à populo eſt recepta, & in vſum atque obſeruationem traducta, cum aliâs legem † quæ 4
nunquam viguit, interrumpere nemo dicatur. Bald. *in Auth. omnes peregrini. C. commun. de ſucceſſ.* quem ſequitur Alex. *in conſil. 6. vol. 1.* & Pariſienſ. *in conſil. 47. col. 5.*

vol. 3.

vol. 3. & vide gloſ. *in l. 14. rem non nouam. C.
de iud.* Reſpōdetur ad minorē I I. arg. quòd
licet ſolum tempus non ſit modus indu-
cendæ vel tollendæ obligationis: tamen
5 quando † non obſeruantia ſubditorum
cum temporis lapſu eſt coniuncta, quòd
tunc ad obligationem tollendam tem-
pus ſufficiat. Ita hoc argumentum ſol-
uunt Alex. *in conſ. 182. vol. 1.* & Aret. *in con-
ſil. 11. col. 3.* Verum eſt, quod in antecedenti III.
argumenti dicitur, per non vſum, aut de-
ſuetudinem non tolli legem vel ſtatutum,
16 niſi caſus † euenerit, in quo contra le-
gem vel ſtatutum actus celebratus eſt, per
text. *in c. 7. Ioannes de cleric. coniugat.* vbi eſt
caſus quòd licet de iure canonico cleri-
ci teneantur portare tonſuram, tamen
vbi contrarium per conſuetudinem ob-
ſeruatum eſt, præualet conſuetudo legi,
& eſt commune Doctorum placitum, at-
teſtante Curt. iun. *conſ. 129. num. 12.* quam
ad hoc refert Villalob. *com. opin. in verb. lex
vel ſtatutum. nu. 94.*

Cæterùm vt hanc partem omninò veram eſſe demonſtremus, vnum pro eius complemento addimus argumētum. Eo quod nihil eſt, vel nullius momenti, nemo obligatur. Statutum in obſeruantiam non receptum, nec vtentium moribus approbatum, nullius eſt momenti, vt communi Doctorum confirmatur conſenſu, laudante id Alexandro *in conſ. 6. vol. 1.* idem gloſſa & communiter Doctores atteſtantur *in c. 1. de treug. & pac.* Ergo tali ſtatuto nemo obligatur.

Ex prædictis concluditur, quòd marito non detur poteſtas lucrandi dotem ex ſtatuto, more vtentium non recepto.

Huius concluſionis exceptio eſt, niſi aduerſus maritum non probetur, tale ſtatutum in obſeruantiā non eſſe receptum, incumbit enim hoc probandi onus allegantì, vide Dec. *in conſ. 149. col. pen.* quem ad hoc citat & ſequitur Roland. *iſto tract. q. 99. in fin.* Et ſufficit, vt probet decennium à tempore conditi ſtatuti eſſe effluxum, quo dicti ſtatuti diſpoſitio in obſeruantiam non fuerit recepta.

QVAESTIO VII.

An ſtatutum de lucranda dote diſponens habeat locum in dotis augmento, conſtante matrimonio facto?

SVMMARIA.

1 *Correctoria non admittunt extenſionem, etiam ex identitate rationis.*
2 *Pactum de lucranda dote factum, habet etiam locum in eius augmento.*
3 *Stipulatio in qua eſt mentio facta de dote, trahitur etiam ad eius augmentum.*
4 *Stipulatio ſtrictè intelligenda.*
5 *Priuilegium tacitæ Hypothecæ competens doti, competit etiam eius augmento.*
6 *Prouincia aut ducatus augmentum gaudet eiſdem priuilegiis, quibus ipſa prouincia.*

PARS I. NEGANS.

EST commune Doctorum axioma, quo dicitur iſtud, quod contra iuris communis diſpoſitionem eſt introductum, ita eſſe conſtringendum & interpretandum, vt quàm minimè iſtam lædat diſpoſitionem. Hoc præſuppoſito conſequens eſſe videtur, hoc ſtatutum de lucro dotis contra ius commune diſponens non habere locum in dotis augmento, cum aliàs iſtud ex interpretatione (quia ſtatutum ipſum hoc non diſponit) contra iuris communis diſpoſitionem extenderetur.

Cui accedit † quòd in correctoriis non 1
fiat extenſio de vno ad aliud, etiam ex identitate vel maioritate rationis ſecund. Bald. *in l. 2. C. de dot. promiſſ.* Dec. *in conſ. 353. col. 1.* Iaſ. *in conſ. 58. col. 1.* Pariſ. *in conſil. 127. col. 3. vol. 1.* Doct. *ad l. ſi vero. § de viro. ſolut. matr.* & iccirco cum hoc in caſu ſtatutum ſit correctorium iuris communis, non debet in eo fieri extenſio de vno ad aliud. Ex quo videtur concludendum, quòd in dotis augmento ſtatuti diſpoſitio non habeat locum.

PARS II. AFFIRMANS.

A Communi & vera Doctorum opinione non recedendo, partem affirmatiuam tuemur, & reſpondemus ad prædicta, quòd licet verum ſit, ſtatuti diſpoſitionem iuri communi derogantem ita eſſe interpretandam & conſtringendam, vt quàm minimè ius commune lædat, quòd tamen hoc non procedat in caſu, quo augmentum idem eſt cum ſuo principali, quia tunc eadem iuris determinatio ſit de augmento, quæ de principali, cùm alias augmen-

um cum suo principali non posset dici idem. Sed augmentum dotis idem est cum dote, per text. *in l. 4. si proprietati. de iur. dot.* vbi istud quod doti accedit, dicitur eadem dos, & non noua, quod ibidem Bal. quem refert & sequitur Dionysius *Gothofred. ad eand. l. lit. N.*

Hoc præmisso argumentatur vlterius pro hac opinione hoc modo: Argumentum à pacto ad statutum affirmatiuè va
2 let. Sed pactum ‡ factum de lucranda dote, non solum habet locum in ipsa dote, sed etiam in eius augmento, *text. in l. 26. inter socerum*, §. 2. *cum inter. de pact. dotal.* ibi: *Nec separabitur portio dotis* (loquitur in pacto) *additamenti causa data, si postea nihil aliud conueniat.* Idem tenet hoc ibid. Bald. idem Cyn. *in l. 19 si constante. C. de donat. ante nupt.* & Ruin. *in consil. 134. in fin. vol. 1.* Ergo statutum disponens de lucranda dote, habebit etiam locum in eius augmento.

3 II. Si in stipulatione † facta est mentio de dote, trahitur etiam stipulatio ad eius augmentum, *text. in l. 8. etiamsi. C. de iure dot.* cuius verba sunt: *Cui consequens est, vt etiam id quod additamenti causa in dotem datum est eadem actione* (ex stipulatu) *repetatur.* Istum textum ad propositum valdè commendant Aretin. *in l. 5. si in testamento. de vulg. & pupil. substit.* & Ias. *in rubr. solut. matrim. col. fin.* Ergo si hoc in stipulatione fiat, cur hoc idem non in statuto, cum tàm stipu-
4 latio † strictè sit intelligenda, *text. in l. 99. quicquid adstringenda. de verbor. obliga.* quàm statutum. Idem argumentum probatur hoc modo. Priuilegia sunt strictè intelligenda, Ang. *ad Nouel. 97.* Sed priuile-
5 gium tacitæ hypothecæ, quòd † ex *l. 1. §. & vt plenius. C. de rei vxor. act.* competit actioni de dote, extenditur etiam ad eius augmentum. *text. in c. 2. aliud quoque. Nouel. 97.* Ergo pari modo statutum, licet strictè intelligatur, erit etiam extendendum ad dotis augmentum.

6 III. Facit pulchrè pro hac parte, quòd prouincia † aliquo comitatu aut regno aucta vel augmentata, quòd istud prouinciæ augmentum, siue comitatus sit, siue ducatus, eiusdem prouinciæ legibus & statutis gubernetur, quibus ipsa prouincia. Bart. *in l. 18. si conuenerit. §. 1. si nuda. de pignor. act.* & ibi omnes Doct. Roman. *in consil. 218. col. 3.* Alex. *cons. 114. col. fin. vol. 4.* Curt. Ien. *cons. 56. col. 6.* vbi hoc commune Doctorum esse responsum asserit. Idem refert & sequitur Viuius *com. opin. statutum excludens. num. 26. vers. prouincia aucta.*

Ex his & similibus fundamentis concluditur, quòd statutum de lucro dotis disponens habeat etiam locum in eius augmento.

Huic subscribunt conclusioni Cyn. *ad l. 19. si constante. C. de donat. ante nupt.* Abb. *cons 46. vol. 1.* Paris. *in cons. 126. vol. 1.* Paul. de Castr. *in cons. 290. vol. 1.* Campez. *isto tract. q. 19. part. 5.* & est commune scribentium placitum, vt refert & sequitur Roland. *isto tract. q. 100. in fin.*

QVAESTIO VIII.

An statutum disponens de dote lucranda, habeat locum in dote promissa?

SVMMARIA.

1 *Argumentari licet ab allusione vocabuli.*
2 *Dos dicitur propriè quæ est data, contrà numer. 4.*
3 *Statutum in potiore significato accipiendum.*
4 *Verba statuti secundum communem loquendi vsum intelligenda.*
5 *Dotem non facit nuda promissio. contrà numer. 14. nisi statutum dotem datam requirat, nu 20.*
6 *Promissum in diem, deficiente vel non eueniente die, peti non potest.*
7 *Maritus in dote nullum habet ius, nisi ex persona vxoris.*
8 *Dos duabus de causis constituitur.*
9 *Obligatio in eum casum incedens, à quo exordium capere non potuit, extinguetur.*
10 *Dos sine temporis adiectione promissa statim peti potest.*
12 *Pactum nudum non producit actionem, nisi aliqua lege vel Senatusconsulto vestiatur.*
13 *Pactum nudum producit actionem de dolo.*
15 *Interpretatio Authoris ad l. pen. §. & si. de verb. oblig.*
16 *Verba ambigua pro dote interpretanda.*
17 *Vxorem sine dote in dubio nemo præsumitur ducere.*
18 *Maritus quoad dotis restitutionem est obligatus à die promissionis dotis causa facta.*

19 *Pactum de dote lucranda habet locum in dote promiſſa.*

21 *Statutum communem loquendi vſum conſiderat.*

PARS I. NEGANS.

HVIVS quæſtionis inueſtigatio cum ſit vtiliſſima, teſte Iaſ. *in rubr. ſolut. matrim.* eam intactam non remittemus, & in primis breuiter pro ſententia negatiua hoc modo argumentamur. Ab al-
1 luſione † vocabuli licita eſt argumentatio, vt probatur Inſt. *de teſtam. in princ.* quo præmiſſo ſic inſtatur. Dos dicitur propriè
2 quæ † iam data eſt, ſicut donatio dicitur quaſi doni datio. *tex. in l. 35. ſenatus. §. 1. de donat. cauſ. mort.* ibi: *donatio dicta eſt à dono, quaſi dono datum.* Ex quibus verbis conſtat quòd dos vel donatio propriè dicatur quæ iam data eſt, & non quæ adhuc eſt danda vel tradenda, vt apertè colligitur ex verbo datum, in præterito poſitum. Idem tenet Bart. *in l. iuris gentium. in princ. de pact.* & Alciat. *in l. de quæſtione. de pact. verſ. ſed & illud me monet*, vbi dicit donationem ſumere nomen ab executione, id eſt, à rei datione. Sed dos promiſſa nondum eſt data. Ergo, &c.

3 II. Statutum † accipitur in potiore ſignificato *l. 1. ſi ag. vect. vel emph. pet.* Sed dos in potiore ſignificato ſumpta dicitur quæ tradita eſt, *vt in 1. arg.* Ergo ſtatutum de dote diſponens intelligitur de dote tradita, & non promiſſa.

4 III. Verba † ſtatuti ſecundum communem loquendi vſum ſunt intelligenda. *tex. in c. quamuis. de verb. ſig.* ibi: *vſus tamen obtinuit.* & vide quæ dixi in q. 13. in arg. 7. pro parte negat. adducto. At ſecundum communem loquendi vſum dos dicitur quæ tradita eſt, & non quæ eſt promiſſa. Ergo ſtatutum quòd loquitur de dote, intelligendum eſt de dote tradita, & non promiſſa.

IV. Dos dicitur quæ matrimonij oneribus inſeruit, vt probatur *per l. 76. ſi pater mulieris. in fin. de iure dot.* vbi habet quòd ſi mulier mortis ſuæ cauſa dotem promittat, quòd conſtitutio dotis non valeat: ratio eſt quia matrimonij oneribus inſeruire nequit. Sed dos promiſſa non poteſt inſeruire oneribus matrimonij. Ergo nec dos dici poteſt.

V. Opponitur *l. 7. iuriſgentium. §. igitur nuda pactio, de pact.* ex qua ſic argumentatur. Ex pacto & pollicitatione actio non datur. Igitur dos pacto vel pollicitatione non conſtituitur, & conſequenter ſi qua conſtituta, nulla eſt.

VI. Si dos nuda promiſſione conſtituta valèret, ſequeretur † quòd ex nuda dotis 5
promiſſione etiam nõ interueniente nuncio vel epiſtola dos peti poſſet. Sed conſequens eſt falſum, vt docetur per *l. 1. in fin. de contrahen. empt. & per l. conſenſu. de oblig. & act.* in qua lege dicitur quòd ea quæ conſenſu fiunt, poſſint fieri inter abſentes, ſi vel epiſtola interuenerit vel nuncius. Igitur nuda promiſſio dotis, ſaltem inter abſentes facta, niſi interuenerit epiſtola vel nuncius, non valebit.

Hoc argumentum corroboratur etiam per *l. qui abſenti. de acquir. vel amit. poſſ.* vbi eſt caſus quòd licet dominus ſeruo abſenti ſcribat vt ſit liber, ſeruus tamen ſtatim liber non fit, ſed tunc demum cum certior de eo factus ſit. Idem noſtro in caſu videtur dicendum, quòd nuda promiſſio nõ faciat dotem, niſi maritus priùs de ea certior factus ſit per nuncium, vel per epiſtolam. Vndè cognoſcitur quòd nuda promiſſio non faciat dotem, niſi intercedant maiora remedia.

VII. Quod in diem eſt promiſſum, deficiente † vel non eueniente die peti 6
non poteſt, quia eius negotij obligatio, quod in diem collatum eſt, tamdiu donec dies venerit, in pendenti eſt. *arg. l. 19. non omnis. in princ. verſ. & cum pecunia. ſi cert. petat.* & videtur eſſe text. *in l. 17. ſi mandauero tibi. in princ. verſ. 1. mand.* nihilque die non adueniente ex tali obligatione peti poteſt, *tex. in §. 2. omnis ſtipulatio. Inſt. de verb. oblig. arg. l. 1. in fin. prim. quod quiſq. iur. & l. 6. nam is. de dolo.* Sed noſtro in caſu dos in diẽ eſt ꝓmiſſa. Ergo ea die deficiẽte nil peti poteſt.

VIII. Ad maritum † nullum in dote ius 7
pertinet, niſi ex perſona vxoris ſuæ. *arg. l. 19. in princ. ſol. matr. & l. 12. aſſiduus. §. & id eo. verſ. exceptis. C. qui pot. in pign. habeant.* Sed mulier ante diem conſtitutum nullum in dote ius habuit. Ergo ius aliquod in dote exigenda, quod ipſa nunquam habuit, in maritum transferre non potuit, *text. in l. 26. Sempronius Attalus, in fin. de vſufr. leg. & in l. 55. nemo plus iuris. de reg. iur.*

IX. Ceſſantibus cauſis conſtituendæ dotis, ipſa quoque dotis conſtitutio & exactio ceſſat. *l. 33. quod dictum. de pact. l. 6. adigere. §.*

re. §. *quamuis. de iure patron.* & vide quæ scribit de hoc Ioan. Campez. *in tract. de dote. par.* 1. *q.* 13. *in princ.* Sed nostro in casu cessant causæ propter quas constituitur, vel exigitur dos. Ergo. &c.

Assumptio probatur hoc modo. Dos
8 potissimum † duas constituitur ob causas. Primò propter onera matrimonij subleuanda. *l.* 8. *dotis fructus. in princ. & l.* 79. *si pater mulieris. in fin. de iure dot. & l.* 20. *pro oneribus. C. eod. tit.* Secundò vt mulieri proprium quodammodo matrimonium constituatur, quo sibi potest comparare, quæ ad necessarios vitę vsus pertinent *l.* 3. §. *sed vtrum. de minorib.* Bald. *ad l.* 14. *si dotem. C. de fals. caus. adiect.* Salyc. *in l.* 4. *dos à patre. C. solut. matrim.* & vide Roland. à Val. *in tract. de lucro dot. q.* 68. *num.* 5. Sed postquam filia elocata est, hæ dotis constituendæ causæ cessant. Bar. *in l.* 51. *obligamur. de act. & obligat. per text. in l. pen. C. de repud.* Ioan. Campez. *d. tract. de dot. par.* 1. *q.* 31. *nu.* 1.

Ratio est, quia patet cõstituendo & promittendo filiæ, consentiente eius marito, dotem in certum diem, suo officio satisfecit, ideoq; maritus in hoc consentiens tenetur, interim donec dies aduenerit vxorem alere, sicuti ratione affectionis maritalis etiam facere tenetur, *Glos. in l.* 34. *si stipulata. in verb. contra sexus naturam. de donat. inter vir. & vx.* Et iccirco si mulier ante diei aduentum moriatur, propter alimenta interim ei à marito præstita dos peti non potest, quia maritus hoc volens fecit, cui non infertur iniuria. *c. scienti & consentienti. de reg. iur. l.* 6. *qui autem.* §. *præterea illud. quæ in fraud. credit. l.* 1. §. *vsque adeò. de iniur. l.* 34. *cùm donationis. C. de transact.*

9 X. Quando obligatio † incidit in eum casum, à quo exordium habere non potuit, tunc ipsa obligatio vitiatur, & ad nihilum reducitur, *tex. in l. pen.* §. *etsi placeat. de verb. oblig.* cuius verba sunt. *Etsi placet extingui obligationem, si in eum casum inciderit, à quo incipere non potest.* Idem text. *in l.* 98. *existimo. eod. tit. & in* §. 2. *item contra. Inst. de inutil. stip.* Sed quòd hoc in casu propter mortem mulieris, obligatio vel promissio ratione dotis acta, in eum casum incidenit, à quo exordium habere non potuit, docetur in *l.* 20. *Iulianus. de iure dot.* Ergo, &c.

Ex prædictis concludendum videtur, quòd statutum de dote disponens non habeat locum in dote promissa.

Huius conclusionis exceptio est, nisi sit promissio nullam † diei appositionem habens, quia tunc dos statim peti potest, 10
l. 213. *cedere diem. de verb. sig.* quando autem dies petendæ dotis est adiecta promissioni, de quo casu nos suprà disputauimus, tunc dos antequàm dies aduenerit, peti non potest. *d.* §. *omnis stipulatio.*

Secunda exceptio est, nisi maritus pactus fuerit, sibi in casum soluti matrimonij dotem reddi, *l.* 7. *cum dos. de pact. dotal. & l.* 46. *Catus Seius. sol. matr. fac. l.* 3. *quoties. C. de donat. quæ sub mort.*

PARS II. AFFIRMANS.

Affirmatiuam tenendo opinionem, ad maiorem I. argumenti propositionem respondemus, quòd non solum dos dicatur propriè, quæ iam tradita est, sed etiam † quæ adhuc est tradenda, vt 11
probatur per *tot. tit. C. de dot. cau. non num. & tot. tit. de dot. promiss.* vtrobiq; nominatur dos, tàm promissa, quàm tradita; estque commune Doctorum responsum, teste Zasio *in rubr. sol. matr.*

Neque obstat, quòd interdum ab allusione vocabuli sumatur argumentum, quia hoc procedit vbi est casus dubius, in quo interdum coniecturando ab etymologia vocabuli procedere licet, quod hoc in casu non est opus, cum ll illum expresse determinent. Ad omnem autem altercationem tollendam, Zas. *d. loc.* hoc modo dotem definit. Dos est res, quæ per vxorem, vel eius nomine, marito ratione matrimonij tradita est vel promissa. Per ista verba, *tradita vel promissa*, excluditur disceptatio Doctorum, propterea eam seruate, & videte quæ diximus in *tr. controuers. de dot.*

Eodem modo respondemus ad minorem II. argumenti, videlicet quòd non solum dos tradita, sed etiam promissa, propriè pro dote habeatur, & sic statutũ licet in potiore significatio sumatur, non solum traditam, sed & promissam cõprehendit.

Negatur quod in minori III. argumenti dicitur, quia secundum communem loquendi vsum tàm dos promissa, quàm tradita vera dos appellatur, rarò enim dos ipso nuptiarum die traditur, sed semper fermè promittitur, & tamen vbique terrarum, quod ratione dotis promittitur, dos dicitur.

Non obstat *l. si pater mulieris.* §. *fin.* in

maio-

maiori IV. arg. proposit. opposita, quia ibi mulier constituit dotem ab initio in illud tempus, in quo matrimonium esse nō potest, scil. soluto matrimonio, & ideò dos taliter constituta non valet, *text. in l. 20. Iulianus. de iur. dot.* Si verò ab initio constituatur dos in illud tempus, in quo putabatur posse seruire matrimonij oneribus, tunc bene dos dici potest, etiamsi posteà per pactum ant fatum eò peruenerit, vt matrimonij oneribus nō possit inseruire, *d. l. Iulianus.* Ratio potest esse, quia dos ab initio rectè fuit cōstituta, & ideò cùm semel rectè constituta sit, non extinguit, licet peruenerit posteà ad eum casum, à quo incipere non potuisset, *l. in ambiguis. de reg. iur.*

Respondetur ad antecedens V. arg. videlicet, quòd regulariter quidem verū sit,
12 ex pacto † nudo non nasci ciuilem obligationem, sed naturalem *l. 5. de solut.* Si autem tale pactum lege aliqua vel Senatuscōsulto confirmetur, tunc non solùm naturalem, sed etiam ciuilem parit obligationē, *l. 6. legitima. de pact.* Sed in nostro casu dos nudè promissa confirmatur lege, vt *tot. tit. C. de dot. promiss.* Fac. etiam optimè text. *in l. 9. ex morte. §. hoc tamen. C. de pact. conuent.* vbi probatur, quòd stipulatio de dote lucranda non solùm locum habeat in dote data, sed etiam promissa, de quo vide etiam Ias. *ad rubr. sol. matr. nu 23.*

Et ideò pactum hoc nostro in casu, non solùm naturalem, sed etiam ciuilem parit actionem.

Adde secundam solutionem, nimirum
13 quòd licet † ex pacto nudo non oriatur actio vel obligatio ciuilis, oritur tamen ei actio de dolo, qui damnum passus. Casus est sing. & ibi Bart. *in l. eleganter. §. si seruus pactionis. de Dol.* Item nota, quòd dicta regula non procedat de iure Canonico, *c. 1. de pact.* estque communis conclusio Canonistarum.

Non contrariantur iura in minori VI. arg. propositione adducta, quia loquuntur de contractibus, qui vnius consensu perfici non possunt, sed consensum duorū requirunt. Ideoq; non fiunt inter absentes, nisi per nuncium vel epistolam consensus declaretur. Nos verò loquimur de pollicitatione, quæ solius offerentis est promissio, & iccirco potest fieri inter absentes, non interuenientibus literis vel nuncio. Nō obstat *l. qui absenti. in eod. arg.* opposita, quia valdè diuersa est à nostro proposito. Dominus enim, cùm scribit seruo vt libertatem recipiat, hoc eo animo & ratione facit, vt cupiat eum tunc demum liberum fieri, cùm certior factus de libertate fuerit, *d. l. qui absenti.*

Qui verò absens dotem pollicetur, ea est mente & animo, vt statim velit obligari, & ideò meritò ex pollicitatione obligatur, etiam eo certiore non reddito, cui dotem promisit.

Quod in VII. arg. dictum est, totum concedimus, quia verum est, quod in diem est promissum, ante diem † peti nō posse, vt *in* 14
d. §. 2. Dicere autem, quod propter mortē vxoris dies promissionis nunquam veniat, illud falsum est. Nam licet dos propter matrimonium constituatur, & post mortem matrimonium esse non possit: tamen nihil contrariatur, quia sufficit tēpore promissionis matrimonium fuisse. Nam si verum esset, quòd dos promissa soluto matrimonio prorsus non deberetur, sequeretur q; etiam dos tradita marito non competeret, quia maritus licet cōmodum & fructum dotis ante diei aduentum nō habeat: tamen perinde ipsa dos statim à tempore obligationis illi debetur, ac si tradita esset, *tex. in d §. 2.* ibi: Id autem quod in diem stipulamur, statim quidē debetur, sed peti prius quàm dies venerit, non potest. Idem tex. *in l. 46. centesimis. de verb. oblig.*

Responde ad minorem VIII. argumenti, quòd illa procedat quoad commodum & fructum dotis: mulier enim nullum habet ius ante diem constitutam exigendi dotem, respectu commodi ex ea percipiendi, aliàs dos statim post contractum matrimonium ad mulierem spectat, cum pateat eam statim dotare cogatur, licet interdum eius exactio suspendatur, & ideò dicitur *in d. §. 2. & in d. l. 46.* quòd diei appositio petitioni quidem obstet, obligationem verò non impediat. Ergo illud ius quod habet mulier ratione dotis, vigore statuti in virum transferre potest. *argument. dict. l. 26.* Sempronius Attalus & *l. 55. de reg. iur.*

Respōde ad IX. arg. eius assumptionem negando, quia verum non est, quòd, quando filia alicui in matrimonium tradita est, cessent causæ propter quas dos à patre est constituenda. Nam quod maritus interim antequàm dies, in qua dos debetur, eueniat, matrimonij onera in se suscipiat, hoc facit spe dotis in effectu

posteà accipiendæ, non autem q. gratuitò talia onera in se suscipiat, vt *in d. l. pen.* vbi maritus sola maritali volũtate & affectione absque vlla dotis consideratione matrimonium contrahit, & ideò meritò ibi cessant causæ, propter quas dos constituitur, quia sibi imputet maritus, quòd dotẽ non postulauerit, quod hoc in casu longe diuersum est, cum maritus ea intentione & animo matrimonij onera in se suscepit, vt eueniente promissionis die aliquid commodi in recompensationem onerum, à se matrimonij causa portatorum, accipiat. Igitur cum diuersa ratio sit hoc in casu, etiam diuersum ius erit statuẽdum. Prætereà licet mulier ante diei aduentum mortua sit: tamen adhuc maritum portare onera, quæ causantur ex matrimonio, negari non potest, cum eum sequantur liberi, & alia multa maximam curam & solicitudinem importantia, & ideò meritò lucratur dotem, ad subleuanda matrimonij onera constitutam.

15 Ad maiorem X. argumenti, quod valde obstare videt', hoc modo responde,† videlicet quod *d. l. pen. §. & si placeat.* loquatur in obligatione, quę ab initio cõsistere non potuit, & ideò dicit Paul. IC. quòd obligatio incedens in casum à quo incipere nequit, extinguatur. Sed obiicies fortè, si donatio extinguatur, ergo anteà aliqua fuit, quia alias non extingueretur, si anteà nulla fuisset, cùm priuatio præsupponat habitum.

Responde IC. huiusmodi vocabulo non fuisse vsum, vt velit significare obligationem anteà aliquam fuisse, vt verissimè constat ex verbis consequentibus, quibus dilucidè suam intentionem explicat Præmittit enim primò hæc verba: Etsi placeat extingui obligationem, si in eum casum inciderit, à quo incipere non potest. His præmissis addit exceptionem in hæc verba: non tamen hoc in omnibus verum est. Ecce stipulari viam, iter, actum, ad fundum communem, socius non potest, & tamen si is, qui stipulatus fuerat, duos heredes reliquerit, non extinguitur stipulatio.

Ex his verbis plenè cognoscis, quod IC. loquatur de obligatione, quæ ab initio consistere non potuit, & ideò dicit: Hoc tamen in omnibus verum non est. Nam licet socius non possit stipulari viam ad fundum communem: tamen si habeat duos heredes is qui stipulatus fuerat (aduerte verbum in præterito positum) non extinguitur stipulatio. Ecce ibi denuo vtitur dictione, extinguitur, & tamen anteà fassus est, quod stipulatio à socio fieri non possit, vnde intelligis quod illud verbum vti obiectum est, non sit accipiendũm.

Ne autem quispiam hanc meam conetur refutare solutionem propter *d. l. 98. ex. istimo. eod. tit.* respondeo, quòd ista lex sit interpretanda per text. *in d. l. pen.* cum vna lex per aliam interpretetur, & hoc maximè, quia *in d. l. 98.* ponuntur huiusmodi verba à IC. narratiuè, & non dispositiuè, vt *in d. l. pen.*

Verba eius sunt, & maximè secundum illorum opinionem, qui etiam ea, quæ rectè constiterunt, resolui putant, &c.

Per quæ verba Marcellus I C. disponit, sed aliorum saltem opinionem enarrat, vnde ista lex non obstat. Fortius videtur huic solutioni obstare *d. §. 2. idem iuris est. Inst. de inutilib. stipulat.*

Sed responde, quando res priùs profana vel publica absque promissoris culpa sacra efficitur, quòd tunc stipulatio, quæ in principio licitè fuit facta, ideò irritetur, quia fauore Ecclesiæ & Reipublicæ specificè est prohibitum, vt res sacra vel publica facta non possit vendi vel alienari, text. *in §. vlt. de contrahend. empt.* Sed talis ratio non militat in proposito nostro, neq; specificè est decisum, quòd promissio dotis mortua vxore euanescat. Igitur quod *in d. §. 2.* disponitur, ad nostrum casum non est trahendum.

Cum igitur ex prædictis satis constet, quòd iura in X. argumento allegata loquantur de obligatione, quę ab initio non potuit consistere, nos verò tractemus de obligatione, quæ ab initio fuit valida, necessariò sequitur, quòd ista iura tanquam extra casum nostrum disponentia, nihil contrarientur.

Cæterum indignissimum esset, quòd fructus ab oneribus matrimonij separentur, quòdque reduceretur vt maritus dotem non habuisse existimetur. *l. 11. cum pater. de pact. dotal.* Ideoque etiam rectissimè Imperator Seuerus disposuit, quòd quando in pactione dotali verba ambigua† minusque perspicua sunt, quòd tunc ne maritus matrimonij onera absque dote sustinuisse videatur, interpretatio semper pro dote sit facienda. *d. l. 11.* Vnde etiam est, 16

quòd

quòd mulieres regulariter debeant esse dotatæ. *l. 10. si ega. §. 1. si res. in fin. de iur. dot. l. 41. apud Celsum. §. sed etsi mulier. de except. doli.*

Imò dedecoris quodammodo & vitij loco habetur, mulierem sine dote in matrimonium accipere. Cyn. *in l. 4. si volunta-te.* & ibid. Bald. *nu. 2. C. de dot. promiss.* Vnde
17 in † dubio nemo vxorem sine dote in matrimonium ducere præsumitur. *l. fin. § si à sicero fraudatore. quæ in fraud. cred.* Neque ducere necesse habet. *l. 9. si donaturus. §. de condict. caus. dat.*

Hæc pars confirmatur vlteriùs ex eo,
18 quòd maritus † cui dos fuit promissa, & posteà data ac soluta, præsumitur obligatus à die promissionis ad dotis restitutionem, & non à die traditionis, vt crebrius Doctorum placitum reperitur *in l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab.* de qua facit mentionem Socin. sen. *cons. 236. pro inuestigatione. q. 33. vol. 3.* & Neguz *in tractat. de pignor. 2. part. 2. princ. memb. n. 14.* Cùm igitur maritus debeat habere periculum & incómodum dotis, sequitur quòd ẽt debeat habere eius emolumentũ, hoc est, vt dos promissa pro tradita habeatur, quando de mariti commodo agitur, ex vulg. reg. qua dicitur, quòd ad eum spectet periculum, ad quem spectat commodum.

II. Est tex. pro hac opinione *in auth. quod locum. C. de collat.* vbi filia ex dispositione iuris, vnà cum fratribus ad successionem veniens (quòd ius primitùs filiam debere dotem conferre introduxit) non tantùm dotem datam, vel traditam debet conferre, sed etiam promissam.

III. Adducitur text. *in l. 43. cum post. de administ. tut.* vbi probat, quòd mulier habeat dotem ex eo, quòd viro facta est dotis promissio. Hunc text. ad nostram opinionem confirmandam allegat Salyc. *in l. 19. si constante. col. 2. C. de donat. ante nupt.*

IV. Est text. *iunct. gloss. in l. si mulier. de con-
19 dit. inst.* vbi pactũ † de dote lucranda locũ habet in dote promissa, quod non haberet, si dos promissa non veniret nomine dotis. Istum text. adducunt ad hoc ibid. Bald. Angel. & Paul. de Castr. vt refert Roland. à Valle. *in tractat. de lucro dot. q. 5. num. 7.*

V. Corroboratur hæc opinio ex eo, quod notat Zenzel. *in r. plerumq. & in c. fin. de donat. inter vir. & vxor.* scilicet quod vir, qui lucratur dotem propter adulterium vxoris, ita lucretur promissam, sicut traditam, quod confirmat etiam text. *in d. l. mulier. de cond. inst.*

Ex prædictis concludimus, quòd statutum disponens de dote habeat locum in dote promissa.

Prædictæ conclusionis exceptio est, nisi
statutum expressè † de dote data disponat, 20
tunc .n. vt crebriori Doctorum responso ꝓbatur, dos promissa nõ venit nomine dotis. Ratio est, quia verba statuti sunt intelligenda prout sonant, vt diximus suprà. Ita cõcludit Bar. *ad l. 14. iubemus. §. sanè. nu. 6. C. de sacrosanct. Eccles.* Campez. *isto tract. q. 14. part. 5.* Rol. *in tract. de dote. q. 6. nu. 3. & seq.* Boër. *decis. 22. nu. 13. part. 1.* vbi idem magis receptum ait, & vide quæ de hoc plenè diximus infrà q. 11.

Huius exceptionis replicatio, nisi ex cõmuni loquendi vsu dos promissa pro data
accipiatur, quia in statutis † potius com- 21
munis loquendi vsus est attendendus, q̃ verborũ proprietas, vt probatur *in l. quamuis. de verb. signif. text. in l. Labeo. §. item Tubero. de suppel. leg. & in l. fin. C. de his qui ven. ætat. imp.* & ibi Bal. *nu. 1.* & Castr. *nu. 5.*

Secundò replicatur, nisi mulier per virum ad dotem promissam persoluendam interpellata fuerit, tunc enim dos promissa pro data habetur. Ratio est, ne mulier, vel is, qui dotem promisit, ex suo delicto, vel mora commodum consequatur, *tex. in l. 7. §. fin. de interdict. & releg.* Ias. Cast. & Alexand. *in l. 9. si donaturus. §. fin. de condict. caus. dat.*

Secunda prædictæ cõclusionis exceptio est, vt non procedat in heredibus mariti, vtpotè, si maritus in vita sua neglexisset exigere dotem promissam, non datur eius heredibus exigẽdi potestas. Ratio est, quia maritus sibi debet imputare, quòd dotem non exegerit. Bal. *ad l. 3. C. de dot. promiss. arg. l. si quis arbitratu. de verb. oblig. & argum. l. quod si nolit. § si quid ita. de adil. edict.* Ias. *in l. si donaturus. § fi. de condit. caus. dat.* Brun. *in tract. ex clus. fœm. art. 6. princ. q. 2. memb. 4.*

Tu adde aliam rationem, nempè, quòd maritus in vita sua, non exigendo dotem, præsumatur tacitè remisisse lucrum, & priuilegio dotis lucrandæ pro se introducto renunciasse.

Prædictæ exceptionis replicatio est, nisi maritus ex aliqua iusta causa fuisset impeditus, quò minùs dotem in vita sua exegisset. Vide prædictos authores.

QVAESTIO IX.

An valeat statutum expresſè diſponens, quòd vxore præmoriente ſine liberis maritus lucretur dotem, vel eius partem in præiudicium liberorum primi matrimonij?

SVMMARIA.

1 *Pactum vt ſoluto matrimonio maritus lucretur dotem non valet.*

2 *Statutum expreſſè per legem prohibitum non valet.*

3 *Statutum non poteſt auferre liberis legitimam. contrà num. 8.*

4 *Liberi ſunt onera matrimonij.*

5 *Argumentum de pacto ad ſtatutum negatiuè non valet.*

6 *Liberi deſinunt eſſe matrimonij onera, quando ad eam peruenerunt ætatem, vt proprio ſucco viuere poſſint.*

7 *Lex quæ continet ius voluntarium, & non neceſſarium, poteſt per ſtatutum abrogari.*

8 *Mulieres vetulas ducere Reipub. obeſt.*

9 *Principium quando eſt permiſſum, quod in ſe includit prohibitum, tunc prohibitum fit permiſſum.*

PARS I. NEGANS.

IN hac quęſtione videtur primò concludendum, quòd huiuſmodi ſtatutũ tanquam iniquum; & contra omnem rationem pugnans minimè valeat I. hoc modo illud probando. Quod per expreſſum pactum inter partes fieri non poteſt, illud etiam per ſtatutum fieri haud poſſe indubitatum videtur, cum æquè benè ex pacto oriatur lex, ſicut ex ſtatuto, *text. in l. 1. §. ſi conueniat depoſ.*

1 Sed † per expreſſum pactum non poteſt fieri, quòd maritus lucretur dotem in præiudicium liberorum primi matrimonij, *vt eſt text. expreſſus. in l. 6. hac edictali. C. de ſecund. nupt.* ibi: *Non ſit ei* (coniugi, ſi ad ſecunda vota migrauerit) *licitum nouercæ vel vitrico teſtamento, vel ſine ſcriptura, ſeu codicillis hereditatis iure, ſiue legati, ſiue fideicommiſſi titulo plus relinquere, nec dotis aut ante nuptias donationis nomine, &c. quàm filio vel filiæ, ſi vnus vel vna non extiterit.*

Ex quibus verbis expreſſè colligitur, quòd coniunx tranſiens ad ſecunda vota non poſſit vllo titulo in ſecundum coniugem plus transferre, quàm reliquerit vni ex liberis prioris matrimonij. Vnde videtur concludendum, quòd etiam per ſtatutum fieri non poſſit, vt in præiudicium liberorum vir lucretur dotem.

II. Statutum † vel conſuetudo expreſſè per legem prohibita nihil valet. *Doct. ad l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.* Sed prænominatum ſtatutum eſt expreſſè *per d. l. hac edictali.* prohibitum, cum ea omnẽ modum, per quem in præiudicium liberorum coniugi aliquid legari vel relinqui poteſt, prohibuerit. Ergo, &c. 2

III. Statutum † per quod liberis legitima poteſt auferri, nullius eſt momẽti, quia legitima, cum ſuccedat in locum alimentorum, debetur iure naturali, quod per ſtatutum vel alium quemuis modum non poteſt mutari. §. *ſed naturalia. Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil.* 3

Sed per hoc ſtatutũ poteſt liberis legitima auferri, quia plerunque mulier præter dotem nihil habet, quam ſi per ſtatutum maritus lucraretur, nihil maneret filiis ſuperſtitum; Ergo, &c.

IV. Dos conſtituitur propter onera matrimonij. *l. pro oneribus. C. de iur. dot.* & ab eis ſine iuſta cauſa auferri non poteſt. Sed † liberi ſunt onera matrimonij *text. in l. 56. ſi is. §. 2. de iur. dot.* ibi: *Poſt mortem patris ſtatim onera matrimonij filium ſequuntur, ſicut liberi, ſicut vxor.* Item pulcher text. *in l. 46. ſi maritus. famil. erciſc.* Cuius verba ſunt: *quæ mortuo patre quædam filios ſequuntur, etiam antequàm fiant heredes, vt matrimonium, vt liberi, vt tutela.* & idcirco paulò poſt ait text. *Igitur & dotem præcipere debet, qui onus matrimonij poſt mortem patris ſuſtinuit, & ita Scæuolæ quoque noſtro viſum eſt.* Ergo dos ab eis ſine iuſta cauſa & ratione auferri non poteſt. 4

Ex his & ſimilibus argumentis videtur concludendum, quòd prænominatum ſtatutum non valeat.

Iſtam concluſionem tenent Benedict. Capr. *in conſil. 73.* & Iacob. Butr. Bart. Bald. & Franciſ. de Alber. *in d. l. 6. hac edictali.* prout eos ad hoc allegat Capra *d. conſ.*

PARS II. AFFIRMANS.

VERIOREM opinionem eligendo poteſt negari maior I. argumẽti propoſitio, quia † ſecundum communem Do- 5

ctorum

ctorum opinionem non valet argumentum de pacto ad statutum negatiuè. *l. non est singulis de reg. iur.* Bart. *in l. alia. §. eleganter. sol. matr.*

Ratio est, quia statutum habet maiorem vim quàm pactum, & iccirco si argumentaretur à pacto ad statutum negatiuè, fieret argumentum negatiuè à re minori ad maius, quod argumentum non subsistit. Paris. *in consi. 19. colum. 4. vol. 3.* Boër. *decis. 113. volum. 5.*

Negatur minor II. argumenti propositio. Nam licet *per dict. l. hac edictali.* prohibitus sit omnis modus à iure ciuili introductus, non tamen prohibitus est modus à statuto concessus, cum lex continens ius positiuum per statutum, & non econtrà tollatur. Bald. *in dict. l. hac edictali. colum. 2. versic. modo hic incidunt.* & ibid. Salyc. *q. 6.*

Quod in III. argumento dictum est, concedimus. Nam in quantum per illud liberis legitima derrahitur, non valet, vt in except. dicam, licet quorundam Doctorum opinio contrarium velit. Ioan. de Amic. *in cons. 3.* Paul. de Cast. *cons. 193. & in l. 1. C. de inof. dot.* Paris. *cons. 90. nu. 14. vol. 3.* & Bal. *in consi. 495. vol. 5.* Raro autem totum patrimonium mulieris in dote consistir.

6 Respondemus † ad minorem IV. argumẽti propositionem, in qua dictum, quòd liberi etiam sint onera matrimonij, & iccirco cùm dos propter onera matrimonij constituatur, liberis ea non detrahenda, quòd hoc sit verum quoad tempus, quo liberi semetipsos sustentare nequeunt, eo tempore autem elapso, desinunt esse onera matrimonij, & ideò maritus, quando liberi ad eam ętatẽ peruenerunt, in qua sibimetipsis victum & amictũ acquirere queunt, licitè dotem lucrabitur, quia desinit esse causa proprer quam dicuntur onera matrimonij, scilicet ætatis imbecillitas, propter quam parentes necessariò tenentur alere liberos.

Pro confirmatione harum solutionum

7 l. hoc modo quis potest arguere. Lex † quę continet ius voluntarium, & non necessarium, vt est ius naturale, potest per statutum aut consuetudinem abrogari. *cap. fin. de consuet. & 2. feud. 1. versic. legum.* Sed *dict. l. hac edictali.* continet ius voluntarium & non necessarium, vt testatur ibid. Bald. *colum. 2. & in consil. 495. volum. 5. & notat in Auth. sed si quis. in gloss. magna. in fin. C. de secund. nupt.* Ergo, &c.

II. Prænominatum † statutum adeò validum est, vt etiam legitimam liberis auferre possit. Cyn. *in l. sancimus. Cod. de nupt.* Paul. de Castr. *in l. vnic. C. de inoffic. dot.* Dec. *in consil. 19. colum. 2.* Alciat. *in tractat. præsumpt. in 1. reg. præsumpt. 8. numer. 5.* Paris. *d. consi. 91. colum. 3. vol. 3.* Ergo à maiori ad minus argumentando, multò magis libe ris prioris matrimonij dos per statutum auferri potest. 8

III. Quod publicam concernit vtilitatem magis est attendendum, quàm quod cõcernit priuatam, vulg. Sed statutum, de quo nobis instituta est disputatio, publicã concernit vtilitatem, quia inuitat iuuenes ad cõtrahendum cum viduis iuuenculis matrimonium, q; publicam concernit vtilitatem. Bald. *d. cons. 495. col. 4. vers. item quia.* Dec. *d. cons. 19. col. 2.* Alciat. *d. loc. nu. 6.*

Sed huius arg. ratio mihi nunquam adeò placuit, cùm quia matrimonium non doribus, sed maritali affectione contrahitũ, amorq; honestus solis animis æstimetur. *l. 3. de donat. inter vir. & vx.* tùm † etiam, quia 9 si hæc ratio hoc in casu locum haberet, tàm publicæ vtilitati obesset quàm prod esset, quia adolescentes sæpè propter diuitias moti, vetulas vel propter ætatem steriles ducerent in vxores, cum quibus ne spes quidem prolis est, nedum magna humani generis propagatio, propter quam Respub. augetur & floret. Imò per huiusmodi matrimonia Reipub. tr. nquillitas prorsus perturbatur, cum nulla pax, nulla religio, nulla pietas inter huiusmodi coniuges constare possit, vt ipsa experientia rerum omnium magistra nos quotidiè docet.

IV. Quando † principium est permissum, quod includit in se aliquod prohibitum, tunc non obstante isto prohibito, debemus sequi quod est permissum, *text. in l. 88. ei qui soluendo. de heredib. instit. idem text. in l. 4. si is, qui duas. de seruitut. legat.* vbi propter inseparabilem coniunctionem, cum aliud licitum, & aliud illicitum, totum licet. Sed nostro in casu principium est permissum, scilicet dotis constitutio. Ergo, &c. 10

Ex his & similibus iuris fundamentis concluditur, quòd prænominatum statutum in præiudicium liberorum valeat.

In hanc sententiam iuerunt Bald. *in l. 1. & 2. col. 3. versic. 3. C. de inof. dot.* & ibi Paul.

de

de Castro. Idem Bal. *in d. l. hac edictali. col. 2. versic. modo hic incidunt. & ibid.* Salyc. *quæst. 6.* Paul. de Cast. *consil. 237. colum. 2. & in consil. 448. colum. 2. volum. 2.* Socin. *consil. 52. volu. 3.* Cyn. Dec. Alciat. Paris. *dd. loc.* Curt. sen. *consil. 78. colum. 2. & 3.* Ruin. *consil. 58. colum. 6. vol. 3.* & est communis opinio, vt testatur Paris. *d. conf. 91. col. 2.* & sequitur Rol. à Vall. *d. q. 24. nu. 8.*

Prædictæ conclusionis exceptio est, vt non procedat quoad legitimam. Nam ex quo legitima succedit in locum alimentorum, est iuris naturalis, qnod per statutum tolli non potest. Vnde patet, quòd prædicti Authores, volentes legitimam filiis hoc in casu auferri posse, malè senserint.

Ampliatur etiam prædicta conclusio procedere, si ex verbis statuti tacitè possit colligi, quòd velit derogare dispositioni *d. l. hac edictali.* licet hoc expressè non determinet, vt tenent Bald. *in consi. 495. colum. 2. vol. 5.* Batt. *in l. 1. C. de inoffic. dot.* & ibid. Alex. in eius addit. Salycet. *in d. l. hac edictali.* Paul. de Castr. *in consil. 192. colum. 2. in fin. volum. 2.* Socin. *in consil. 53. colum. 2. & seq. vol. 3.* Dec. *in consil. 19. colum. 2. & in consil. 283. col. 2.* Boër. *decis. 113. colum. pen.* Rnin. *consi. 59. vol. 3.* August. Bero. *in quæst. suis famil. quæst. 119.* Paris. *cons. 91. colu. 4. vol. 3.* vbi hanc conclusionem communiter à Doctorib. teneri asserit. Idem refert & sequitur Rol. à Vall. *in tract. de lucro dot. q. 25.*

Dissentiunt ab hac communi Doctorum opinione Curt. sen. *in cons. 78. col. 5.* Ioan. de Amic. *consil. 11. col. pen. & fin.* & Socin. sibi contrarius *in consil. 35. col. 2. vol. 4.* Sed prior opinio, tanquam communis & magis in iure fundata, in iudicando non est deserenda.

QVAESTIO X.

Statutum tribuens marito præmortua vxore potestatem lucrandi dotem datam, solutam vel receptam, quæritur an hoc verificetur in dote promissa?

SVMMARIA.

1 *Statutum de dote data habet locum in dote promissa, si mulier fuerit in mora. numer. 4. & 9.*
2 *Statutum excludens fœminas dotatas à successione, habet locum si dos sit promissa.*
3 *Dos promissa secundum communem loquendi vsum, propriè dos appellatur, secùs de iure ciuili. num. 6. & seq.*
5 *Expressum plus operatur, quàm tacitum.*
8 *Actionem ad petendum qui habet, non dicitur propriè rem percepisse.*
10 *Mora in dote tradenda quando committatur à muliere.*
11 *Statutum considerat vsum loquendi, qui vigebat tempore conditi statuti, & non pòst.*
12 *Maritus licet in rei veritate dotem non acceperit, tamen quando aliquo modo ei satisfactum est, totam dotem accepisse dicitur. & nu. 13. contrà nu. 14.*
15 *Rubrum generaliter disponens magis est attendendum, quàm nigrum specialiter determinans.*

PARS I. AFFIRMANS.

HÆc quæstio inter Doctores controuersa est, quare eam intactam nō remittemus. Quorundam Doctorum opinio est, quod hoc statutum verificerur etiam in dote promissa, quæ opinio ꝓbatur I. per tex. *in l. fin. & ibi gloss. C. de dot. promiss.* vbi exponit glos. verbum, *dederit*, id est, dare promiserit, & ideò istam gloss. extendit Bald. ibidem ad hanc opinionem, scilicet quòd statutum † disponens de dote data, 1
habeat etiā locum in dote promissa, quod idem voluit Gloss. & ibi Bart. & Doct. *in l. 1. § accedit. C. de rei vx. act.*

II. Confirmatur ista opinio ex eo, quòd statutum † excludens fœminas dotatas à 2
successione, habeat etiam locum in dote promissa. Bal. *ad l. non sine. vers. modo hic quæritur. C. de bon. quæ lib.*

III. Quoad interpretationem statuti communis † vsus loquendi attenditur. Bar. 3
in l. non dubium. C. de legib. Fac. c. quanquam. 2. q. 7. ibi: *secundum vocabula, quæ vsus obtinuit.* Sed secundum communem loqnendi vsum, dos promissa venit etiam nomine dotis, quia vbique fermè terrarum tempore contracti matrimonij dos promittitur, ac statim non traditur, & tamen semper populari circumfertur sermone, tantum vel tantum in dotem esse datum.

IV. Statutum disponens de dote restituenda, verificatur etiam in dote promissa, vt latè ostendimus suprà q. 4. Ergo etiam in dote data, quia verbum, *restituo*, prę supponit dotem esse datam.

Ex his & similibus argumentis concludunt, pręnominarum statutum habere etiam

iam

iam locum in dote promissa, cui conclusioni assentiunt Bald. *in d. l. fin.* Alex. *in cons. 63. in fin. vol. 4.* Afflict. *in constit. reg. in verb. licentiam. col. 2.* & similes.

PARS II. NEGANS.

CVM nostrum non sit verba statuti extendere, communi adhæreamus doctrinæ, respondendo ad Gloss. *dict. l. fin.*
4 & ibi not. per Doct. quod loquantur † in casu, vbi mulier fuit in mora in tradendo dotem. Nam ex quo stetit per eam, quo minùs solueretur, perinde haberi debet, ac si dos esset data, & statuti conditio impleta. *l. Labeo scribit. de contrahen. empt. l. in executione. §. fin. de verbor. obligat.* De his infrà plura.

Ad II. respondeo, quod licet secundum communem Doctorum opinionem verum sit, statutum excludens fœminas dotatas à successione, etiam habere locum in eis, quibus dos est promissa, hoc tamen procedere eo tantùm in casu, in quo statutum simpliciter loquitur, secùs si aliquid expressè exigat vel determinet. Soc. *consil. 92. colum. 3. vol. 1.* At nostro in casu statutum expressè disponit de dote dota, & non promissa. Ergo, &c.

Quod in maiore III. argumenti propo-
5 sitione dictum est, concedimus. Nam si communis loquendi vsus reperiatur, iuxta quem dos promissa etiam pro data reputatur, tunc prædictum statutũ de dote duntaxat data disponens, habet etiam locum in dote promissa, de quo in except. plura dicemus.

Respondemus ad IV. argumentum, eius consequentiam esse falsam, cùm tantum non sit, quando statutum loquitur per modum taciti suppositi, quantum est, quando disponit expressim de dote data. Ratio est, quia expressum plus operatur quam tacitum, *not. in l. expressa. de reg. iur.*

Confirma prædictas solutiones I. per text. *in cap. fin. Nou. 2.* quem ad hoc allegat Bartol. *in l. 14. iubemus. §. sanè. C. de sacrosanct.*
6 *Eccles.* vbi determinatur, quod † mulier vel alius eius nomine, licet dotem promiserit, si tamen eam non dederit vel tradiderit marito, quòd tunc etiam antenuptialem donationem non debeat accipere, ex quo constat, quòd dos promissa non habeatur pro tradita, cũ aliàs mulier ràm respectu dotis promissæ, quàm traditæ antenuptialem donationem capetet.

II. Facit † quod dicit Angel. *in cons. 158.* 7
scilicet, si stante statuto de lucranda dote, viro sit promissa dos per socerum post quinquennium soluenda, si interim moriatur vxor, quòd tunc maritus eam non lucretur, ex quo constat, quòd non sint idem dos data & promissa. Hunc Angel. sequitur Ias. eiusque dictum notabile reputat, *in l. si donaturus. col. fi. de condit. caus. dat.* Idem dicit Boër. *decis. 22. nu. 40.* & Crot. *in Rubr. sol. matr.* quos ad hoc refert & sequitur Rol. à Vall. *in tract. de dote. q. 6. nu. 5.*

III. Qui habet actionem † ad petendum (vt hoc in casu maritus) non dici- 8
tur verè & propriè rem percepisse, sed fictè & interpretatiuè. *l. qui actio. & ibi not. & l. minus. de re iud.* Sed statutum non est intelligendum vel interpretandum fictè, sed propriè & strictè. *l. 64. si verò. §. 9. de viro. sol. matr. & l. 99. quicquid. de verb. oblig.* Ergo dos promissa & adhuc petenda respectu statuti, non accipitur pro data.

Ex prædictis concludimus, quod statutum disponens de dote data, non habeat locum in dote promissa.

Huic conclusioni fidem adhibet Bald. (licet etiam pro contraria opinione allegetur,) *in l. fin. colum. 1. C. de dot. promiss. & in consil. 333. volum. 4.* ex quo dicit, quòd huiusmodi statutum non habeat locum in dote confessata, cùm aliud sit dos data, & aliud dos confessata, vt etiam not. *in l. assiduis. C. qui pot. in pignor. hab.* Hoc idem sequuntur Paul. Alexan. & Ias. *in l. si donaturus. §. 1. de cond. caus. dat.* vbi Alexand. inquit hanc magis communem esse Doct. opinionem. Eandem tenet Aret. *in rubr. solut. matr. colum. 1. in princ. & in l. de diuisione. eod. tit.* & ibi Socin. Eandem etiam communem dicit Ruin. *consil. 25. colum. 1. volum. 1.* Guid. Pap. *decis. 274. col. 2.* ex eo quod se remittit ad Bart. idem tenentem, *in d. l. iubemus. §. sanè. C. de SS. Eccles.* Boër. *decis. 22. col. 5.* refert & sequitur Rol. *d. q. 6. nu. 5.* Veriorem etiam pronunciat Viui. *com. opin. in verb. statutum excludens. nu. 26.*

Huius conclusionis exceptio I. est, nisi mulier † fuisset in mora in tradendo do- 9
tem. Nam ex quo stetit per eam, quòd dos promissa non soluatur, quoad fauorem mariti perinde est, ac si tradita esset. Est casus secund. Bartol. *in c. pen. Nouel. 2.* & hoc

hoc fortè propterea, quod aliàs debitor melioris conditionis esset, quàm is, qui fuisset diligens in soluendo, contra *l. non solum. de noxa. actio. & l. Seruius. quod vi aut clam.* Idem tenet Bald. *in l. fin. colum. 1. C. de dot. promiss. & in d. consil. 333. volum. 4.* Confirmatur hæc etiam limitatio per magis communem Doctorum opinionem, vt testatur Alexand. *in l. si donaturus. §. fin. colum. fin. de condit. caus. dat.* eamque magis veram esse dicit *in consil. 63. colum. fin. volum. 4.* Boër. *decis. 22. colum. 5. in fin.* Ruin. *consil. 225. in princip. & in consil. 206. colum. 2. volum. 1. & in consil. 110. col. 5. volum. 5.* eandem tenet Alciat. & Ruin. *in rubric. solut. matrimon.* & Phanuc. de Phan. *isto tractat. §. restituenda. num. 34.*

10 Quo autem casu † & quando mulier dicatur esse in mora, inter Doctores controuersum est. Quidam enim existimant mulierem dici esse in mora ex eo, quòd vir sustineat onera matrimonij, licet nulla interpellatio expressa vel tacita præcesserit. Ex quorum numero est Paul. de Castr. *in l. peculium est. in princip. de pecul.* Fundamentum eius opinionis videtur esse in eo, quòd ex tunc mulier teneatur ad vsuras, quæ etiam hodie sunt permiscibiles, *not. in leg. insulam. §. vsuras. solut. matrimon. & in cap. salubriter. de vsur.* ad quas fortè non teneretur, si non esset in mora.

Altera opinio est Battol. *in consil. 133. colum. 2.* vbi concludit, motam causari per cursum diei solutioni dotis appositæ, dicit esse casum *in cap. fin. Nouell. pr.* Hoc idem sentit Paul. de Castr. *ad l. iubemus. §. sanè colum. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* quem sequitur Socin. *in l. de diuisione. colum. 2. solut. matrimon.* vbi dicit ad hoc requiri, quòd promittens sit in mora, vt interpellatio facta sit expressa vel tacita per cursum diei.

Et hoc videtur etiam esse secundum eund. de mente Gloss. *in dict. l. de diuisione*, cum dicit quòd mora irregularis non operetur, quoad lucrum fructuum percipiendorum, ex quo videtur sequi quòd etiam non operetur quoad lucrum statuti. Hæc sententia est communior, & de iure verior.

Prædictæ exceptionis replicatio videtur, nisi data fuerit dilatio ad soluendā dotem, & interim vxor moriatur, quo casu maritum non lucrari dotem asserunt. Ratio est, quia durante dilatione non potuit aliqua mora committi, Bald. *consil. 291. vol. 1.* Boër. *decis. 22. nu. 40.* Huius duplicatio est in dote simpliciter ad arbitrium boni viri promissa, de qua alibi latiùs diximus, & vide Rol. *isto tract. q. 88.* Phanuc. *d. loc. nu. 40.*

II. Exceptio est, nisi secundum communem loquendi vsum dos promissa statim dicatur data, quod plerunque fieri videmus. Nam licet pater mille filiæ suæ in dotem promiserit: tamen iuxta vulgarem sermonem eum mille in dotem dedisse pronunciamus. Vbicunq; igitur huiusmodi loquendi modus reperitur, ibi etiam dos promissa pro data accipitur, quod notatu est dignissimum, & facit ad hoc quod dicit Bart. *in l. stipulatio ista §. hoc quoque. de verb. oblig.* & Socin iun. *consil. 128. nu. 184. vol. 1.* vbi dicit, quòd statutum faciens mentionem de substitutione verificetur in fideicommissaria substitutione, modo ita sit communis vsus loquendi. Nota ad hoc etiam quę isdem author scribit *in consil. 203. colum. 2.*

Hæc exceptio procedit duntaxat quo ad communem loquendi vsum, qui † vigebat tempore legis municipalis, non qui posteà inoleuerit. Socin. *in l. Gallus. §. si eius. de lib. & posthum.* Quapropter qui vult quòd dos promissa ex communi loquendi vsu veniat etiam pro data, debet probare talem loquendi vsum fuisse tempore conditi statuti, nec sufficit eum probare de præsenti, cum statuentes non præsumantur habuisse respectum ad futurum loquendi vsum, sed ad præsentem sermonem, qui tempore conditi statuti erat in vsu. Soc. iun. *consil. 35. col. 14 vol. 1* & Curt. iun. quos ad hoc citat & sequitur Roland. *d. q. in fin.* 11

III. Prædictæ conclusionis exceptio est, nisi in statuto obiter adiectum reperiatur de dote promissa, cuius occasione posset declarari, statuentes idem voluisse in dote promissa, Socin. iun. *in d. rubric. num. 54.* Alexand. *in consil 63. in fin. vol 4* Ang. *in consil. 76.*

Rationem addunt, quia præcedentia declarantur ex subsequentibus, & econtra *l. 50. §. si seruus plurium. §. fin de legat. 1. & l. 21. heredes palam. § si quis testam. fac. poss.* ibi: *quod si aliquid pertinens ad testamentum faciat, testamentum non vitiatur.*

IV. Exceptio est, nisi aliquo † modo possit dici, marito de dote promissa esse satisfa- 12

ctum, licet in rei veritate maritus paratam non acceperit pecuniam. Exemplum est, quando causa dotis certa pecuniarum determinatione promissæ, statim datur nomen aliquod in solutum, quo casu, cùm maritus accipit loco pecuniæ creditum, simul etiam in se istius crediti periculum suscepisse præsumitur, etiamsi nunquam exegerit creditum, nec potest cedendo istud liberari. Corn. *in consil. 52. volum. 1. & in consil. 151. volum. 2.* Alexand. *consil. 26. volum. 2.* Bartol. Imol. & Castr. *in l. penult. §. si vir. solut. matrimon.* quod cum ita sit, meritò etiam dotis lucrum habebit. Ruin. *in consil. 197. lib. 1.* Socin. *consil. 32. volum. 3.* Boër. *decis. 21.* Aliud exemplum est, in casu quo maritus accepit fideiussores, quia promissio fideiussorum habetur pro quadam satisfactione. Soc. *d. cons. 32. Fac. l. si rem. §. 1. de pignor. act.* & vide Ias. *in l. 1. qui satisd. cog.* quod est diligenter notandum.

13 V. Exceptio est, nisi maritus † partem dotis promissæ exegisset, quia ratione partis solutæ dos in totum soluta existimatur. Socin. iun. *consil. 35. num. 16. volu. 1.* Ruin. *consil. 225. nu. 5. vol. 1.*

14 Sed verius † est, vt eam pro parte tantùm exacta lucretur. Socin. *in consil. 32.* tex. & ibi Bartol. *in l. fin. de fundo dot.* Roland. *isto tractat. quæst. 10.* & Phanuc. *eod. tractat. d. §. restituenda. numer. 54.* & vide Bald. *in l. si traditio. quæst. 11. C. de act. empt.* & Bartol. ac Salycet. *in l. Iulianus. §. offerri. eod. tit.* Idem in terminis tenet Socin. *consil. 32. colum. pen. in fin. vol. 4. & fac. text. quem ipse allegat in c. fin. Nouell.* ibi: *quæ verò minùs, quàm professa est, dedit, tantum recipiat solum, quantum obtulit.*

Ex quibus verbis probatur, quòd mulier, quæ partem dotis obtulit, lucretur etiam pro ea parte donationem propter nuptias. Eodem modo hoc in casu est dicendum, quòd maritus debeat lucrari partem dotis solutæ, cum dos & donatio propter nuptias pari passu ambulent. *Authent. dos data. C. de donat. ante nupt.* Accommoda quę dicit in eodem fermè passu Cuma. *consil. 26.*

15 VI. Exceptio † est, nisi rubrica statuti per verba generalia disponat, vt: *Præmortua vxore vir dotem lucrabitur.* Nă licet tunc nigrum specialiùs loquatur, vt: *Præmortua vxore vir dotem datam lucrabitur*: tamen potiùs rubrum generaliter disponens, quàm nigrum specialiter determinans, est attendendum, *l. regula. §. 1.* & ibi Bart. *de iur. & facti ignor.* Ratio est, quia rubrum dispositiuè loquens, potest pro textu allegari, *iuxta not. per Gloss. & Doct. in rubr. de fideiuss. dot. dent.* Idem tenet in terminis quæstionis nostræ Bal. *in consil. incip. Rubrica dicit*, quem referunt & sequuntur Ias. Dec. & Alciat. *in l. 1. si cert. pet.*

Hanc limitationem ad nostram quæstionē summoperè notandam esse iudico, cum multi citiùs circa statuti dispositionem verba nigri, quàm rubri respiciant.

QVAESTIO XI.

An statutum disponens quòd maritus lucretur dimidiam partem dotis, & aliam restituat, habeat locum in dote promissa?

SVMMARIA.

1 *Dare & promittere dotis respectu sunt paria. & nu. seq. contrà nu. 8. solutur nu. 13.*
4 *Ratio onerum matrimonij æquè militat in dote promisso, ac in dote tradita.*
5 *Pactum de non petendo dicitur datio.*
6 *Restitutio cadit in dote promissa.*
7 *Statutum est ius irregulare & anomalum.*
9 *Intellectus Authoris ad l. fin. C. sol. matr. verior. nu. 17.*
10 *Authoris replicatio.*
11 *Verbum, Restituat, commodè ad dotem promiss. extendi potest.*
12 *Promissioni inest datio.*
14 *Æqualitas in donatione propter nuptias & dote seruanda.*
15 *Verbum, Restituat, verificatur etiam in restitutione iuris.*
16 *Rolandi solutio ab Authore reprehenditur.*
18 *Rolandi inductionem l. fin. sol. matr. Author taxat, eundemq. male pro se Romani decisionem induxisse ostendit. nu. 19.*
20 *Verbum plures habens intellectus, is approbandus, qui maximè iuri communi conuenit.*
21 *Statutum recipit interpretationem passiuam à iure communi.*
22 *Statutum vel lex est interpretanda, ne sequatur inhumanitas, & vt quàm minimè lædatur iuris communis dispositio. nu. 23.*

PARS I. AFFIRMANS.

HANC quæstionem profundam esse, & subtilem aiunt Doctores, prout in

rei veritate ex infra scriptis argumentis patebit. Pro parte affirmatiua I. videtur disponere text. *in leg. fin. C. ad l. falcid. in verbis siue soluerit, siue super hoc cautionem fecerit.*

Ex quibus verbis intelligitur, quòd da
1 re & † promittere sint paria. Ergo cum dare & promittere sint paria, videtur dicendum, quòd idem sit statuendum in dote promissa, quod statuitur in dote data.

2 II. Est clarior † text. *in l. 43. cum poss. de administrat. tut.* ibi: *siue exacta sit dos, siue maneat nomen, quia potest efficere, vt ei accepto feratur, & argument. l. 33. si extraneus. de iur. dot.* vbi perinde iudicatur de dote promissa, & propter æs alienum consumpta, ac si viro esset tradita.

3 III. Similis † text. est *in l. fin. C. sol. matr.* ibi: *Dos quæ data dicitur vel promissa.* Ex quib. verbis constat, quòd inter dotem datam & promissam non magna sit differentia, quod etiam perspicuè ex definitione dotis constat, quæ expresse verbum promissionis in se comprehendit.

IV. Ratio statuti, propter quam lucratur dos, sunt onera matrimonij. *l. 30. pro onerib. C. de iur. dot.* & dixi de hoc alibi latiùs.
4 Sed ista ratio † non minùs habet locum in dote promissa, quàm in dote data.

Ergo etiam statuti dispositio non solùm debet habere locum in dote data, sed etiam in dote promissa. *arg. l. adigere. de iur. patron.*

V. Principali aduersæ opinionis fundamento sublato, necessarium est vt ipsa opinio tanquàm infirma tollatur. Principale autem fundamentum, quo maximè contraria opinio nititur, huiusmodi est, quòd nimirum verbum istud, *Restituere*, non possit verificari in dote promissa.

Hoc autem falsum esse ostenditur ex eo, quod potest fieri mediante pacto restitutio iuris de non petendo dotem, sicut in simili dicimus de iis, quibus liberatio legatur. Hi enim quando agunt vt liberentur, dicto modo eis restituitur promissum. *l. si quis acceptilat. de liber. l. quod nihil. de condit. causa dat.* Hinc
5 fit, quod pactum † de non petendo ficatur datio. Bald. *ad l. 1. C. de bon. mater. gl. ss. in l. siue apud acta. Cod. de transactio.* Item quod pactum de non petendo cōtineat in se donationem rei deductæ in pacto, adeò vt indigeat insinuatione. Alciat. *in l. dedisse. de verb. signif.* & Rui. *consi. 133. col. 4. vol. 4.*

VI. Videtur esse textus luce meridiana clarior. *in d. l. fin. C. solut. matrimon.* quæ dupliciter potest induci. Primò, vt suprà: secundò hoc modo. Si veritati consonaret, quòd dos promissa hoc in casu non haberetur pro tradita vel data, sequeretur quòd in dote promissa non caderet restitutio, cùm istud quod non est potentia vel actu traditum, restitui non possit.

At consequens est falsum, vt patet † ex 6
presse per text. *in d. l. fin.* in qua determinatur, quòd in dote promissa cadat restitutio. Verba text. sunt: *Si constante matrimonio maritus fatali fuerit sorte consumptus, dos quæ data dicitur vel* (nota) *promissa, ex eius vxoris facultatibus ad eandem reuertatur.* Ex quibus verbis omninò conuincitur, quòd tàm dos promissa, quàm data possit restitui.

Ex his & similibus argumentis videtur concludendum, quòd prænominatum statutum habeat etiam locum in dote promissa.

Huic conclusioni suam sententiam accepto ferunt Saly c. *in d. l. fin. C. solut. matr. & in l. si constante. colum. 2. C. de donat. ante nupt.* vbi hanc partem tutiorem esse dicit. Hunc refert & sequitur Ias. *in rubr. D. solut. matrimon. num. 20.* & eandem opinionem dicit confirmari per ea, quæ dicit Bart. *in cons. 123.* Hos tanquàm meliorem opinionem eligentes sequitur etiam Alciat. *in l. restituere videtur. de verbor. signif.* vbi dicit, nullam diuersitatis posse ostendi rationem, quare maritus non eodem modo debeat lucrari dotem promissam, sicut traditam, quòdq; maritus satis dicatur restituere, qui actionem remisit, remq; in eum casum restituit, ac si promissa non esset. Deniq; in horum sententiam etiam inclinat Angel. *cons. 158. col. 2.*

PARS II. NEGANS.

PARTEM negatiuam tenendo responderi potest *ad d. l. fin.* in 1. argumento oppositam, quòd licet promissio & datio dotis procedant à pari, vt in ea l. probatur, quòd tamen hoc sibi locum non vendicet in statuto. Ratio est, quia statutum, cùm sit contra ius commune introductum, strictè est interpretandum. Doct. *in l. si vero. §. de viro. solut. matrimon.* & non exten-

dan

7 dendum, cum sit ius irregulare & anomalum, vt testatur Bal. *consi. 411. Ciuitas Mantua. col. fin. vol. 3.*

Præterea, si prædictum argumentum à paritate rationis introductum haberet locū in statuto, sequeretur, quòd eommunis opinio, qua determinatur, quòd dos promissa non veniat pro data, quam in præcedenti quæst. defendimus, nòn procederet. Sed consequens falsum esse in eadem quæstione ostendimus. Ergo necessariò concludendum est, quòd ratio à paritate rationis in prædicto argumento opposita, in l. municipali vel statuto non procedat. Præterea ista æquiparatio, dare scilicet & promittere, *in dict. l. fin.* procedit duntaxat quoad approbationem heredis, cùm in vno casu heres videatur approbare, sicut in alio.

8 Deniq; † soluere & promittere non tàm paria sunt, quàm disparia, vt probat Gloss. vlt. & ibi Corn. *in d. l. fin.* & Ang. *in l. ea quæ. C. de donat. ante nupt.* quos refert & sequitur Roland. à Vall. *in tractat. de lucro dot. quæst. 11. numer. 21.* Qui enim promittit non propterea soluit. *l. nepoti. de fund. dot.* Vnde in totum manet prædictum argumentum solutum.

Non obstant iura in II. argumento opposita. Nam quòd ex illis probatur maritum perinde ex promissione teneri, ac si dos tradita esset, procedit quoad commodum vxoris, & non mariti. Ruin. *consil. 197. col. pen. in princ.*

Non contrariatur quod in III. argumento dictum est, dotem promissam esse etiam dotem, quia licet hoc ita sit: tamen ex eo non sequitur, quòd maritus vigore statuti debeat lucrari dotem, cùm istud duntaxat loquatur de dote tradita, (vt verbum restitutionis nobis indicat) & non promissa, licet per hoc non negetur, dotem promissam etiam venire nomine dotis.

Respondeo ad IV. argument. quòd licet ratio statuti sint onera matrimonij, eaq; militet etiam in dote promissa, quòd tamē propterea maritus dotem haud traditam non lucretur. Ratio est, quia statutum expresse exigit traditionem, eum sine illa dotis restitutio fieri nequeat, & antequàm statuti dispositio possit habere locum, illud prius est implendum, quod statutum exigit.

Quod dictum est in V. argumento, verbum istud, *Restituere*, posse verificari etiam in dote promissa, apparet esse falsum ex eo, quòd statutum loquitur de dote vel re dotali, & non de actione vel obligatione dotis, quæ resultat ex promissione. Rol. *d. q. 11. nu. 25.*

Non aduersatur VI. argumentum, quia respondetur secundum Rol. *d. q. 11. nu. 26.* quòd tantum absit, vt *d. l. fin.* aduersetur, vt planè probet contrarium.

Sed hæc solutio videtur nimis apertè pugnare † contra textum, quare tu aliter solue, nempè, quòd dictio ista, promissa, non capiatur *in dict. l. fin.* propriè, quasi dos nondum esset tradita, cùm aliàs restitutione non opus esset, sed quòd etiam dicatur dos promissa, quæ tradita est, vt verbi gratia: Dotem illam quam habes, istam ego tibi promisi, & igitur dotem, licet sit tradita, etiam promissam appellare possumus. Hoc idem etiam patet ex definitione dotis, in qua dictio ista, tradita vel promissa, promiscuè sumitur. 9

Hæ solutiones I. hoc modo confirmantur. Vbi statuti verba cessant, ibi etiam eius dispositionem cessare necessarium est. Alexan. *ad l. sed hoc ita, & l. non tantum de re iudic.* Ias. sibi contrarius *in l. si donaturus. §. fin. colum. pen. de cond. caus. dat.* Socin. *in l. de diuisione. col. 2. sol. matr.* Ruin. sibi contrarius *consi. 197. vol. 1.*

Sed nostro in casu statuti verba cessant, quia loquuntur de dote quæ tradita est, vt ex restitutionis verbo cognoscitur, & non quæ est promissa. Ergo, &c.

II. Confirmatur per text. *in d. l. fin. C. solut. matrimon. iunct. gloss. ibid.* vbi probatur, quòd dos promissa non possit repeti. Istam legem ad propositum etiam allegat Rol. *d. q. 11. nu. 15.*

III. Pro hac opinione facit decis. Roman. *sing. 487.* vbi dicit se Romæ consuluisse, in qua vrbe fuisset constitutum, quod quicunq; defuncti voluntatem non exequitur, priuetur omnibus beneficiis, ac omnia bona Testatoris teneatur statim restituere, talem constitutionem habere locum in eo, penes quem sunt bona defuncti, & non in eo, qui defuncti voluntatem non esset executus. Ex hac Romani consultatione arguit Rolan. *d. q. 11. num. 15.* quòd verbum istud, *restitutio*, locum habeat in eo, penes quem res est.

Ex his & similibus fundamentis concluditur, quòd prædictum statutum non habeat locum in dote promissa.

Hanc conclusionem confirmant Gloss. *in l. si constante. C. de donat. ante nupt.* Angel. sibi contrarius *in d. consil. 158.* Ias. sibi contrarius *in d. l. si donaturus. §. fin. col. pen. de cond. caus. dat.* Crot. *in rubric. solut. matrimon.* Alex. *in dict. l. non tantum. colum. 6. de re iudic.* & alij quos ad hoc refert & sequitur Roland. à Valle *d. quæst. 11. num. 14.*

REPLICATIO.

10 CVm † hæc quæstio ardua sit, & profunda, non videntur prædictæ solutiones & argumenta, pro parte negatiua adducta, sine scrupulo procedere. Quare ea hoc modo replicamus, respondendo ad solutionem I. argumenti, in qua dictum, quòd ratio à pari non procedat in statuto, cùm istud strictè sit interpretandum, quòd hoc non sit verum, quia iuxta interpretationem iuris Ciuilis, etiam argumentum hoc in casu à paritate rationis procedit, & dos promissa pro data & tradita habetur. Hoc cum ita sit necessarium est, vt idem in statuto dicamus, cùm istud interpretationem accipiat à iure communi, vt testatur Bald. *in l. omnes populi. col. pen. de iust. & iur.*

Præterea istam responsionem non obstare, per totam hanc replicationem & argumenta pro ea allegata patebit.

Neq; contrariatur, quod in ea dictum est, præcedentem quæst. in qua determinatur, quòd dos data non comprehendat promissam, non procedere, si hoc in casu non negatiuam amplecteremur sententiam, quia respondetur, quòd in præcedenti quæst. satis pateat per verba ista, *dotem datam*, quòd statutum tantùm intelligat dotem datam vel traditam, & non promissam, cum verbum istud, *Datam*, non possit aptè extendi ad dotem promissam, vt est communis Doctorum opinio.

11 Sed nostro in casu † verbum istud, *Restituat*, commodè ad dotem promissam extendi potest. Nam licet quis non possit restituere dotem, quam non habet, potest tamen restituere actionem dotis, quod cum facit, perinde est, ac si ipsam dotem restitueret, cùm is, qui habet actionem, rem ipsam habere censeatur, & cedendo eam, dotem ipsam effectualiter cedere præsumatur.

Proinde dici non potest, quòd verbum istud, *Restituat*, nihil operetur. Cæterùm quod in d. solutione dictum est, æquiparationem istam, scilicet dare & promittere, procedere, quoad approbationem heredis tantùm, verum non est, cùm satis constet † dationem promissioni effectualiter 12 inesse, cum aliàs alicuius rei promissio nullius esset momenti.

Deniq; quod in eadem solutione annectitur, *dare † & promittere*, nō tàm paria esse 13 quàm disparia, non obstat, quia licet disparia sint quoad superficiē (vt ita loquar) non tamen quoad medullam & corticem disparia sunt, cùm promissio cadat in debitum, & effectualiter ei datio inesse debeat.

Quod in II. solutione dictum est, huic replicationi videtur omninò suffragari, quia si verum sit, quòd maritus maneat vxori, quoad commodum eius ex promissione, obligatus, certum est, quòd etiam ipsa vxor ex promissione obligetur marito. Et vt apertiùs loquar, si verum sit, quòd nuda dotis promissio respectu commodi vxoris habeatur pro ipsa traditione, vt probatur per *d. l. 33. si extraneus. de iur. dot.* indubitatum est, quòd etiam dotis promissio, quando agitur de commodo mariti (vt in hoc casu) habeatur pro ipsa traditione, vt ipsa naturalis ratio videtur exigere, *l. nam hoc natura. de reg. iur.* & probatur per text. *in Auth. æqualitas. C. de pact. conuent.* cuius verba sunt: *Aequalitas † omnimodò seruanda* 14 *est in dote & donatione antenuptiali, non tantùm in lucris exinde prouenturis, sed etiam* (nota) *in præstatione & constitutione vtriusque, &c.* Si igitur promissio dotis respectu commodi vxoris habeatur pro ipsa traditione, certum est, quòd etiam respectu cōmodi mariti idem iudicandum sit, cum ęqualitas inter virum & vxorem omnimodò sit seruanda.

Non aduersatur quod in III. argumenti solutione dictum est, statutum duntaxat loqui de dote tradita, & non promissa, propter verbum istud, *Restituat*, quia respondetur † verbum istud non solùm esse intelligendum 15 de reali dotis restitutione, sed etiam de restitutione actionis, quæ marito ad dotem exigendam competit, vt in V. argumento pro hac parte adducto ostensum est.

Vnde

Vndè patet quòd verbum iſtud, *Reſtituat* in ſtatuto per actionis reſtitutionem ſatis verificetur.

Quod ad I V. argumentum reſponſum eſt, nõ aduerſatur, quia iam ſæpiùs dictum eſt, verbum iſtud, *Reſtituat*, non ſolum eſſe intelligendum de dotis reſtitutione, ſed etiam de reſtitutione iuris, quod competit marito aduerſus eũ qui dotẽ promiſit.

16 Non obſtat Rolandi † reſponſio ad V. argum. quia licet ſtatutum loquatur principaliter de dote, tamen per hoc non negatur, quòd loquatur etiam de eius actione, cùm is qui habet actionem effectualiter quoad ius, etiam dotem habere dicatur, & conſequenter reſtituendo actionem, etiam dotem reſtituere præſumatur.

Quod ad ſolutionem VI. argumenti attinet, breuiter replicandum eſt, quòd iſta Rolandi ſolutio contra apertum videatur pugnare tex. quare non attendenda.

17 Ad alteram † à me datam poteſt reſponderi, quòd dictio iſta, promiſſa, non capiatur in d. l. fin. impropriè, vt facillimè ex mente conditoris poteſt cognoſci. Nam ſi verum eſſet, quòd dictiones iſtæ *promiſſa & tradita, in d. l. fin.* eandem haberent ſignificationem, ſequeretur, quòd vna eſſet ſuperflua & nihil operaretur. Sed conſequens eſt falſum, cum Imperator nihil ſuperfluè poſuiſſe præſumatur. Ergo, &c. Neque iſta ſolutio probatur ex definitione dotis, quia cum dicitur in ea, *tradita vel promiſſa*, refertur verbum, *Tradita*, ad dotem datam, & dictio promiſſa, ad dotem nondum traditam.

Non obſtant denique argumenta pro vlteriore confirmatione allegata, quia reſpondetur ad I. argum. eius minorem negando, cum ſtatuti verba noſtro in caſu non ceſſent, vt patet ex ſupradictis, quib. oſtenſum, quòd verbum iſtud, *Reſtituat*, etiam verificetur in cedendo actionem de dote.

18 Ad II. argumentum quod motum eſt per Roland. † reſpondeo, tantum abeſſe vt *d. l. fin. C. ſol. mat.* contra hanc opinionẽ diſponat, vt planè contrarium dicat. Et intelligendo text. prout iacet, ne iota quidem videtur in eo reperiri, quæ dicat dotem promiſſam non eſſe reſtituendam, quia licet vir ipſam dotem realiter non poſſit reſtituere, ius tamen quod in ea habet, reſtituere poteſt, & ideo ſubtiliter & rectè dicit textus, quòd tàm dos data, quàm promiſſa reſtitui poſſit.

III. Planè nihil videtur obſtare † quod ex deciſione Romani Rolandus opponit, quia is qui non ſecundum præno minatæ Vrbis ſtatuta defuncti voluntatem exequitur, eo ipſo amittit ius ſuum, & ideò ius illud quod non habet reſtituere nequit, cùm non entis nullæ ſint qualitates. Maritus autem, licet vxor moriatur, retinet tamen ſibi ius in dote, pro rato temporis quo vxorem habuit, vel ſibi dos promiſſa fuit, & ideò ius illud quod habet, rectè reſtituere poteſt. Vnde videmus, quòd diuerſa ſit ratio inter Romani deciſionem & noſtram, & conſequenter diuerſum ius ſtatuendum. 19

Ad confirmãdam hanc replicationem I. hoc modo argumentari poteſt. Quandocunque † verbum in ſtatuto vel lege municipali poſitum plures habet intellectus, tunc is debet approbari, qui maximè conuenit iuri communi, quia vnum ius debet intelligi & interpretari per alterum. *l. pen. qui ſatiſdar. cog. iunct. Auth. offeratur. C. de lit. conteſt.* Sed intellectus iſte, quem iam modò defendimus, maximè conuenit iuri communi, cùm de iſto iure dos promiſſa quoad omnes effectus & priuilegia pro tradita habeatur, vt ſparſim per *tot. tit. de iure dot.* probatur. Ergo huiuſmodi intellectus eſt approbandus. 20

II. Statutum recipit interpretationem paſſiuam † à iure communi. Bald. *in l. omnes populi. col. pen. de iuſt. & iur.* vbi dicit, quòd ſi eſſet prohibitum ſtatutum gloſſare vel interpretari, quòd tamen nihilominus poſſet interpretari per legem, cùm iſta prohibitio eſſet intelligenda de gloſſa hominis, & non legis. Sed interpretatio iuris communis facit pro hac opinione, vt ſuprà demonſtratum. Ergo, &c. 21

III. Statutum vel lex † eo modo & ratione eſt intelligenda, ne ex ea ſequatur inhumanitas. *tex. in l. furti. §. pactus. de his qui not. infam.* 22

Sed ſi ſtatutum intelligeremus ſecundum opinionem negatiuam, ſequetur ex eo intellectu quædam inhumanitas, quia poſſet fieri, quòd vir ſine dote vxorem haberet per viginti annos, & ſub ſpe futuræ dotis omnia ma-

matrimonij onera sustineret, si iam mortua vxore totaliter dote deberet carere, esset magna inhumanitas. Ergo, &c.

IV. Statutum ita est interpretandum, vt
23 quàm † minimè lædat ius commune. *l. fin.*
§. in computatione. C. de iure delib. Sed si secundum aduersæ opinionis intellectum interpretaremur statutum, de quo nobis instituta est disputatio, sequeretur ex ea interpretatione iuris communis læsio, quia ius commune eosdem effectus & priuilegia tribuens marito propter dotem promissam, quę tribuit ꝑpter dotē traditā exinde tolleretur. Ergo hoc statutum iuxta aduersam opinionem non est interpretandum. Confer ad hanc quæstionem, quæ dixi in q. an statutum disponens de dote lucranda habeat locum in dote promissa.

Ex his & similibus argumentis & rationibus, in vtramque partem discussis, apparet, hanc quęstionem esse valdè difficilem & profundam. Cęterum ego pro hoc tempore in hac quæstione nihil certi concludo, sed illam tibi, mi frater (vt etiam habeas quod agas) considerandum relinquo.

QVAESTIO XII.

An statutum dicens quòd superstes coniunx debeat lucrari dotem, vel donationem propter nuptias, habeat locum in coniuge putatiuo?

SVMMARIA.

1 *Mulier putatiua gaudet priuilegio prælationis. & nu. 2. & 3.*
4 *In fauorabilibus ex identitate rationis fit extensio.*
5 *Maritus putatiuus dotis fructus lucratur. contrà nu. 15.*
6 *Marito tantum datur de dote putatiua, quantum de vera, & vide nu. 10. & seq.*
7 *Intellectus Authoris ad l. 22. §. fin. sol. matr.*
8 *Matrimonium lege prohibitum scienter contrahens punitur.*
9 *Intellectus Authoris ad l. 42. §. fructus. sol. matr.*
10 *Intellectus eiusdem ad l. 61. de ritu nupt.*
11 *Pactum dotis causa factum non procedit in matrimonio putatiuo.*
12 *Casus in statuto comprehensos oportet esse veros.*
14 *Maritus putatiuus non gaudet priuilegio, ne conueniatur vltra quam facere possit.*
16 *Mulier ratione furti potest conueniri act. de furto.*
17 *Statutum de lucranda dote disponens habet locum in matrimonio putatiuo, ignoranter contracto.*
18 *Ignorantia quomodo probetur.*

PARS I. AFFIRMANS.

QVÆSTIO hæc propter diuersas Doctorum opiniones dubia & intricata esse videtur. Nos pro maiore eius declaratione pro affirmatiua I. hoc modo argumentamur. Matrimonium putatiuum eadem habet priuilegia & beneficia, quæ habet matr. verum *tex. in l. 22. si cum dotem §.*
fin. solut. matr. vbi mulier † licet matrimo- 1
nium lege prohibitum contraxerit, gaudet tamen priuilegio prælationis & aliis dotibus concessis. Et dicit ibid. glos. quòd mulier putatiua etiam habeat tacitam hypothecam priuilegiatā, sicut in vero matrimonio. Sed priuilegium lucrandi dotem, à statuto coniugi concessum, habet locum in matrimonio vero. Ergo & in putatiuo.

II. Adducitur text. huic opinioni cli- 2
peum præbens † in *c. 2. de donat. inter vir. & vx.* ibi: *quem loco viri tenebat, diuortio inter eos solenniter celebrato, & in fin. eiusd. c. ad restitutionem dotis & diuisionem eorum, quæ olim communiter habuerunt, &c.* Ex quibus verbis expressè videtur probari, quòd dos eodem modo sit restituenda, & lucra communicanda in matrimonio putatiuo, sicut in matrimonio vero. Idem hoc probatur per tex. in c. seq. vbi eodem modo dos putatiua est restituenda, sicut dos vera.

III. Argumenti loco adducitur text. † *in* 3
l. 74. si sponsa. de iure dot. vbi dicitur, quòd sponsæ putatiuæ, vel illi quæ matrimonium ex integro non consummauit, idem ratione dotis detur priuilegium, quod datur veræ sponsæ.

IV. In fauorabilibus † ex identitate ra- 4
tionis fit extensio, per tex. *in l. 24. si constante. in princ. solut. matr.* Sed materia dotis est fauorabilis, vt ibid. probatur. Ergo in ea fit extensio de dote vera ad putatiuam. Facit ad hoc *glos. sing. in l. 13. dotale prædium. de fund. dot.* vbi tenet, quòd quemadmodum fundus dotalis non potest alienari in dote vera, ita nec in dote putatiua. Idem fac.

text.

tex. *in l.4.eiuſd.tit* ibi: *plenius interpretãda eſt*, (Lex Iulia quæ de dotali prædio diſpoſuit) *vt etiam de ſponſo idem iuris ſit, quod de marito.* Et talis interpretatio fit fauore dotis, cum aliâs lex Iulia propriè in marito, & non ſponſo diſponat.

5 V. Allegatur text. † *in l. 42. in inſulam.* §. *fructus.ſol. matr.* vbi expreſsè dicitur, quòd eodẽ modo maritus lucretur fructus dotis in matrimonio putatiuo, ſicut in matrimonio vero. Verba tex. ſunt. *quamuis ſeruam fuiſſe poſtea conſtiterit, peti* (fructus ex dote perceptos) *non poſſe placuit.*

6 VI. Eſt † textus *in l.61. dote. de ritu nupt.* vbi probatur, quòd tantũ marito reddendum ſit de dote putatiua, quãtum de dote vera. Idem eſt text. *in l.2. § fin. & in l.ſeq. de priuil. cred.* per quas motus eſt Cyn. & alij ad hanc opinionem tuendam.

VII. Statutum tribuens poteſtatem lucrandi dotem, ratione onerum matrimonij fundatur. Sed iſta onera ſuſtinet etiam maritus in matrimonio putatiuo, Ergo, &c.

Hoc argumentum confirmat text. ad propoſitũ hoc ſing *in l.6. ſi ante. ſol. matr.* vbi probatur, quòd licet propter defectum ætatis matrimonium non valeat, quòd tamen ſecundum formam pacti coniunx dotem lucrari poſſit.

Hanc concluſionem tenet Specul. *de donat. inter vir. & vx.* §. *firmatis, verſ. ſed matrimonium*, dicens, omnia priuilegia, quæ competunt in vero matrimonio, competere etiam in putatiuo, quem ſequitur Alex. *in d. l. ſi cum dotem.* §. *fin. in princ.* Et ibid. Bar. dicit iſtum tex. ad hoc eſſe notãdum. Item eſt gloſ. pro hac opinione ſing. *in l. 1. C. de cond. ob cauſ.* dicens, quòd condictio ob cauſam, quæ datur ad repetendam dotem putatiuam, perinde ſit priuilegiata ſicut actio de dote, quæ datur ad repetendam dotem in vero matrimonio. Iſtam gloſſam ibidem ad hoc notat & ſequitur Baldus. Item eſt gloſ. hoc confirmans *in l. 9. ſi ego.* §. *2. dotis. de iure dot.* Idem facit gloſ. *in l. 61. Procul. 9. eod. tit.* vbi dicit, quod quemadmodum titulus dotis eſt oneroſus in vero matrimonio, *vt in l.19. ex promiſſione. de verb. & obligat.* ita in matrimonio putatiuo. Idem fac. gloſ. *in c. fin. de donat. inter vir. & vx.* dicens, quòd donatio facta inter coniuges putatiuos, perinde non valeat ac ſi facta eſſet inter coniuges veros.

Ex his omnibus concludendum videtur, quòd ſtatutum tribuens ſuperſtiti coniugi poteſtatem lucrandi dotem, habeat locum in coniuge putatiuo.

PARS II. NEGANS.

SI iuxta Rhetorum præcepta quæſtionem cum omnibus ſuis circumſtantiis ſumma conſideremus diligentia, contrariam opinionem eſſe veriorem libetè fatebimur. Nam quod in maiori I. Argumenti propoſitione dictum eſt, per l. 22. procedit duntaxat in muliere ratione fauoris, quò citiùs nubere poſſit, vt probatur per text. in *d. l. 2.* §. *fin. cum l. ſeq. de priuil. credit.* cuius verba ſunt: *Tamen æquum eſt, hanc ad priuilegium admitti, licet nullum matrimonium contractum ſit: idem puto dicendum, &c.* Addit l. ſeq. *intereſt enim Reipub. & hanc ſolidum proſequi, vt ætate permittente nubere poſſet.* Et ita ſoluunt Doct. maximè Alex. in *d.* §. *fin.* Sed conſiſte parum, ſcio quid dictur' ſis. Si iſta, inquies, fortè ſit ratio propter quam vxor putatiua eodem gaudet priuilegio, quo vxor vera, meritò etiam lucrabitur donationem propter nuptias, ſibi ex ſtatuto competentem, quę etiam maximam illi nubendi anſam præberet? Reſpondeo legem ſæpenumero ratione fauoris propter delictum aliquem haud punire, non autem inſuper præmiare, ſufficit enim duntaxat in eius fauorem datum eſſe priuilegium præ cæteris creditoribus recuperandi, quod intulit.

Rurſus obiicies, in dd. ll. matrimonium ſolui propter defectum ætatis, & non conſanguinitatis, & ideò mitiùs contrahentes puniri. Propter † hanc & ſimilem ob
lectionem tu aliter prædictum nodum 7
ſolue, nempè quòd d. l. 22. & ſimiles loquantur in caſu, quo mulier ignoranter matrimonium lege prohibitum contraxit, vt patet ex verbis eiuſd. *l. ſi mulier in conditione mariti errauerit, putaueritque eſſe liberum, cum ſeruus eſſet.* Ideòque quoad iſtum caſum non punitur, quia ignorantia excuſat, vt dicam in except.

Simili modo II. argumen. non obſtat, quia d. c. 2. & 3. loquunt' in caſu, in quo matrimonium putat. ignoranter fuit contractum, *vt ibid. gloſ. in c. 2.* interpretatur.

Ad III. arg. reſpõderi poteſt, vt ſuprà in prima ſolutione primi arg. addoq; aliã reſponſionẽ, nempè quòd in *d. l. 74. ſi ſponſa. de*

de viro. sol. matr. ibi, *in quibus igitur casibus lex deficit, non erit nec vtilis actio danda*, & ibi Bald. ex quibus verbis apertè colligitur, quòd vbi verba legis cessant, intelligatur etiam mens eius cessare. Statutum verò habetur pro lege. Ergo vbi eius verba cessant, cessabit etiam statutum.

13 III. Adduco † tex. *in c. 10. si verò ab initio, Nouell. 22.* cuius verba sunt: *vnde neque lucrum ex matrimonio* (cum famulo contracto) *contemplandum esse, neq; aliquid tale, sed puram rerum competentium per congruas actiones redditionem.* Idem tex. *in c. 17. adscriptitio eiusd. Nouel.* ibi: *vnde neq; nuptiæ sunt quod factū est, nec oblatio dotis, nec antenuptialis donationis* (quā alias lucrabatur, vt diximus in tract. controuersiarum de bon. const. mat. acquisitis, q. 25. 5.) *sed pura facti mali correctio.*

14 IV. Est † text. *in c. 1. de donat. inter vir. & vx.* vbi probatur, quod maritus propter matrimonium putatiuū teneatur integram dotem restituere, nec gaudet beneficio, sc. ne conueniatur vltrà nisi in quantum facere potest, sibi à lege concesso, quia cùm non sit maritus, non debet sibi consuli cum præiudicio mulieris. Idem tenet ibid. Ioan. Andr. Abb. & alij.

15 V. Fac. casus † *sing. in d. l. in insulam. §. fructus. sol. matr.* vbi maritus non lucratur fructus dotis putatiuæ, tāquam maritus, quia aliàs omnes lucraretur, quòd non facit, sed sibi eos vt quilibet bonæ fidei possessor in recompensationem expensarum, in re dotali præstitarum, retinet, & quod reliquum est restituere tenetur.

16 VI. Fac. † tex. *in l. si concubina. rer. amot.* vbi probatur, quòd licet mulier ratione furti non teneatur actione furti, sed rerum amotarum, tamen hoc priuilegium cessare in vxore putatiua, eamque vt quilibet priuatus actione furti teneri. Tenet hanc opin. Bald. & Salyc. *in d. l. si ante. solut matr.* Idem Bald. *in l. pen. quod falsi tut.* Ang. *in d. c. adscriptitio.* Alex. *in d. l. si cum dotem §. fin. col. 2.* & ibid. Roman. Idem Bald. *in c. tirauit. de probat.* & ibid. Ioan. And. Abb. & Ant. quos sequuntur Ioan. de Im. Paol. de Cast. & Alex. *in l. diuortio. §. impendio. sol. matr.* Iacob. de Bel. *in l. vnic. in fin. C. de rei vx. act.* & idem Alex. *in l. maritum. sol. matr.* & est commune Doctorum placitum, attestante Rolando, *isto tract. q. 97. num. 6.*

Ex præmissis concludo, quod statutum tribuens potestatem superstiti coniugi lucrandi dotem, vel donationem propter nuptias, non habeat locum in coniuge putatiuo.

Huius conclusionis exceptio est, nisi coniunx † bona fide & ignoranter matrimonium lege prohibitum contrahat, per text. *in c. 2. & ibi Abb. de don. inter vir. & vx.* & est casus optimus in *l. pen. §. fin. quod fals. tut.* quem text. dicit Bald. *in l. 1. C. de condict. ob. cau.* se didicisse à Bart. dicitur enim ibi, quòd si parens decepit generum suum ratione ætatis filiæ suæ, asserens ipsam esse maturam nuptui, cùm non esset, quòd tunc gener eius, si infrà duodecimum annum moriatur, lucretur dotem, quam ex pacto vel statuto debebat lucrari soluto matrimonio, & sic lucratur dotem in matrimonio putatiuo. Idem facit *l. fæminis. C. ad Velleian.* & videtur esse text. *in d. §. si mulier.* qui expressè præsupponit ignorantiam. 17

Allegant præterea Doct. tex. *in l. 58. à Diuo. de ritu nupt.* vbi dicitur, quòd si liberta senatorem in contrahendo deceperit, dicens se esse ingenuam, cùm non esset, quòd nullum ex dote lucrum habebit. Ergo è contrario si non deceperit, secùs erit dicendum.

Tu adde alium text. *in d. c. 10. si verò ab initio. Nouel. 22.* Vbi dicitur, si quæ tanquam libera contrahens matrimonium, & post ea serua existens declaretur, quòd illa nullum ex matrimonio lucrum sortiatur modò non scienter, & ex animi malignitate contraxerit. Verba text. sunt: *Hæc autem decernimus: & tale non dicimus esse matrimonium, si causam animus incertus disponat, solum neque consensu domini, neque malignitate eius aliqua, neque negligentia conuicta.* Idem facit optimè text. in c. seq eius Nouell. & est communis hoc in casu Doct. opinio *in d c. 2.* vt testatur Gomesius *ad l. 50. taur. numer. 77.* Diff. Bald. Nouel. *hoc tract. par. 11. num. 22.*

Sed dices fortassis, hanc ignorantiam non excusare impedimentum consanguinitatis, tanquam perpetuam prohibitionis causam habens, & prædicta iura loqui in prohibitione duntaxat temporali, putà in seruitute, qua cessante cessabit etiā impedimentum, secund. *l. vnic. C. si rector prouinc.* qua in lege huius rei casum esse dicit Bald. *in c. iurauit de probat.* Idem hoc in expresso tenent Bal. Ang. & Salyc. *in l. 1. C. de condit. ob. caus.* Felyn. *in c. 1. de sponsal.* Ripa

in rub.

in rubr. sol. matr, Idem exprefsè Marſ. *ſing.* *129*. Pariſ. *conſ. 34. col. 3. vol. 3.* Bald. Nouel. *in tract. de dote. part. 11. num. 29.* dicit eſſe text. *in d. l. 1.* Campez. *eod. tract. part. 5. q. 8.* & Roland. à Vall. *eod. tract. q. 97. num. 13.* Item obiicies fortè, quòd hæc ſit ignorantia iuris, quæ non excuſat, *tex. in l. conſtitutiones. C. de iur. & fact. ignor.* Sed poſito quòd conſanguinitas perpetuò matrimonium impediat, tamen iuſta ignorantia tanti effectus eſt, vt etiam in tali caſu excuſet. Imò non tantum in lucro dotis operatur, ſed etiam efficit, vt liberi ex illegitimo coitu nati fiant legitimi, & ſui heredes. Bald. *in l. qui contra. C. de inceſt. nupt.* per text. *in c. 2. qui filij ſint legit.* & ibid. gloſ. *in verb. concepti*, idem text. *in c. ex tenore, & gloſ. ibid. in verb. legitimum, eod tit.* Felin. *in c. quoniam. num. 12. de Symon. Roman. conſ. 506. num. 4. in re præſenti.* Anchar. *conſ. 401. nu. 1. Stipoſius qui ſecundam.* vbi dicit, quòd ſuperueniente ſcientia liberi poſtea nati fiant illegitimi.

Cęterùm eſto quòd ſit ignorantia iuris, tamen adhuc excuſat à pœna incœſtus, text. habetis *in l. 38. ſi adulterium. §. 1. & ſeq.* modò ſit ignorantia iuris poſitiui, ſecùs ſi eſſet iuris gentium, vt ibid. Idem tenet Hippol. *in l. qui ignorans. num. 15. ad l. Cornel. de ſicar.* & conſequenter ab amiſſione lucri dotis videtur excuſare. Diximus de hoc puncto clarius in q. 60. per *tot. tract. controuerſ. de dote.*

18 Quomodo † autem probetur ignorantia, vide Socyn. *reg. 177.* Roman. *403. nu. 16.* Et dic breuiter, quòd regulariter præſumatur, niſi probetur ſcientia, per text. *in c. 47. præſumitur. de reg. iur. text. in l. verius. de probat. text. in §. quod autem. Inſt. de legat.* Probatur etiam per iuramentum, quia ignorantia in intellectu & conſcientia conſiſtit, tex. *c. cum in tua. §. fin. qui matr. accuſ. poſſ. & in c. paſtoralis. in fin. de except. & in l. non omnes. §. à barbaris. de re milit.* Iaſ & Zaſ. *ad §. ſed iſta. nu. 88. & 22. cum ſeq. Inſt. de action.* Fallit in caſibus per Felyn. *in c. quoſdam. num. 6. de præſumpt. & in c. 2. nu. 11. de conſtit.* annotatis. Quando autem quis præſumatur ſciens vel ignorans, vide Specul. *ad. tit. de compet. iud. §. 1. verſ. ſed nunquid.* Bald. & Flor. de ſancto Petro *in d. l. verius.* Alex. *conſ. 31.* Et quando poſſit aliquem excuſare, vide Bal. *conſ. 244. in fin. vol. 2.* Quando excuſet à delicto Aret. *ad §. pœnales. verſ. in ead. gloſ. Inſt. de act.* Et de hac ignorantia dicemus alibi perfectiùs, vbi melior dabitur occaſio.

QVAESTIO XIII.

An ſtatutum dicens, quòd prædefuncta in matrimonio vxore maritus dotem lucretur, habeat locum in deſponſata per verba de præſenti?

SVMMARIA.

1 *Sponſa quæ dicatur de futuro, quæ de præſenti.*
2 *Legatum ſub conditione relictum, ſi contraxerit cum Titio, debetur, etiamſi contraxerit per verba de præſenti.*
3 *Statutum de dote lucranda diſponens habet etiam locum, ſi vnus coniugum monaſterium ingrediatur.*
4 *Statuti ratio de dote lucranda ſunt onera matrimonij. alia ratio, num. 5. alia, num. 6 rurſus alia, nu. 10. refutantur nu. 11. & 14.*
7 *Res in locum deſtinata perinde habetur, ac ſi in eo eſſet.*
8 *Pactũ matrimonij cauſa appoſitum, non priùs implendum, antequàm ipſa nuptiarum feſtiuitas acceſſerit.*
9 *Origo magis vel principale attendendum, quàm accidens.*
11 *Onera matrimonij quanam ſint verè oſtenditur. & nu. 14.*
12 *Intellectus Authoris ad l. Deo nobis. C. de Epiſcop. & cleric.*
13 *Campezij intellectus ab Authore improbatur.*
16 *Matrimonium non dotibus, ſed ſolo contrahentium amore eſſe contrahendum, Iureconſultorum, Philoſophorumque authoritate comprobatur. & nu. 54.*
17 *Doctor eſt reputandus qui ſub ſpe certa Doctoratus dignitatem deſtinauit.*
18 *Extenſio de caſu vero ad fictum non admittitur.*
19 *Intellectus Authoris aliis reprobatis ad l. vnic. C. de implend. lucr. deſcript. & nu. 5c*
20 *Feſtiuitas nuptiarum non celebratur duntaxat per verba de præſenti.*
21 *Ritus celebrandi nuptias apud gentiles, & apud Chriſtianos. & nu. 57.*
22 *Intellectus Decii ad l. 2. de dot. præleg. improbatur. nu. 37.*
23 *Intellectus ad eand. Aretini, Tiraquelli & Rolandi improbatur pariter ab Author nu. 38.*
24 *Intellectus Authoris, aliis reprobatis ad d. Deo nobis, tuetur. nu. 60.*

PARS I. AFFIRMANS.

ANTEQVAM ad principalem perueniamus quæſtionem, præmittimus quòd † ſponſa propriè appelletur, quæ per 1
verba de futuro contrahit, *l. 1.& 2.de ſponſal.* Card. poſt Paul. de Le. *in clem. diſpendioſa. q. 26. de iudic.* dicendo: *Ducam vel accipiam te in vxorem*, quæ verba ſecundum quoſdam in noſtra Germania propter linguæ proprietatem, etiam ſponſalia de præſenti indicant, niſi addatur conditio, vt: *Si me expectaueris per triennium*, vel ſimile aliquid per quod cognoſcatur, ſponſalia eſſe de futuro, vide Schneid. *Inſt. de nupt. part. 1. nu. 2.*

Dicitur etiam ſponſa largo modo, nempè, quæ contraxit ſponſalia de præſenti, dicendo: *vis me habere in tuam coniugem?* & ipſe reſpondendo: *cupio*, vel, *nemo nos ſeparet niſi mors.* Et talia ſponſalia licet concubitus non interuenerit, verum dicuntur matrimonium, vt probatur Matth. *1.& in c. ſufficiat 27. q 2.& c. cum locum. extr. eod. l. 1. 1. §. fin. & ſolet. §. 1. de his qui not. infam. l. item apud Labeonem. §. ſponſus. de iniur. l. ſi vxor. §. Diuus. cum §. præced. de adult. l. nuptias. de reg. iur. §. 1. Inſt. de patr. poteſt.* Nam non ſunt ſponſalia reſpectu vinculi matrimonialis, ſed executionis, quia vterq; in futurum ſpondet reſpectu executionis, vt ſponſalia per concubitum conſummentur, de quo vide Schneid. *d. loc. nu. 15.* Panor. *ad c. pen. de ſponſal. & in rub. eod.* & ibi Anton. de Butr.

His præmiſſis quæritur an ſtatutum tribuens marito, vxore in matrimonio prædefuncta, poteſtatem lucrandi dotem, habeat locum in ſponſa per verba de præſenti? Hæc quæſtio ſcitu digniſſima eſt, & in vtramque partem valdè diſputabilis, vt quæ maximè dubia eſt, teſte Vital. Nemauſ. *in repetit. l. nihil intereſt. num. 34. rer. amot.* & mirabiliter à Doctoribus diſputata, vt ait Gail. *2. obſer. 80. in princ.*

Pro parte † affirmatiua adducitur text. 2

in l.15.cum fuerit. de condit.& demonst. vbi est casus: si legat testator aliquid Titio, si contraxerit in familia, quod hoc legarum etiam debeatur, si contraxerit per verba de præsenti. Ergo pari modo sponsus de præsenti lucrabitur dotem vigore statuti, tatio est quod hic spõsus verus maritus dicatur, *d.c.sufficiat. & d.l.nuptias.* Nõ cõtrariantur huic argumento verba ista, *statim atq. ducta,* in *d.l.cui fuerit,* adiecta, quia ducta ibi intelligitur, quæ per verba de præsenti ducta est, vt patet ex glos. ibid. & verbis conseq. *nuptias enim, non concubitus, &c.*

II. Est text. *in l.32. cum hic status. §. si mulier & maritus. de donat. inter vir. & vx.* ex quo probatur, quòd licet mulier & maritus separatim habitent, quòd tamen, si donatio inter eos facta sit, soluto matrimonio confirmetur, & valeat. Non aliter dicendũ videtur in hac nostra materia, etsi enim vxor non sit traducta ad domum, neque viro cohabitauerit, quòd tamen statutum deferẽs marito mortua vxore luctum dotis, nihilominùs habeat locum, cùm non coitus, sed maritalis affectio matrimonium faciat.

3 III. Videtur † esse text. *in l.56. Deo nobis. vers. nam & maritis. C. de Episcop. & cleric.* vbi docetur, quòd si statutum vel pactum est, vt vnus cõiunx altero præmortuo debeat lucrari dotẽ, habeat ẽt locum, si vnus eorum monastetiũ ingrediatur. At constat ꝙ matrimoniũ interueniente copula carnali, altero inuito nõ soluatur, *c. Agatosa. & c. desponsatam. 27.q.2.* Ergo necessariò sequitur, quòd potestas lucrandi dotem etiam competat in casu, vbi traductio ad domum nondum facta est.

4 IV. Statutum † propter oneta matrimonij fundatur, *arg. l.30. pro oneribus. C. de iure dot.* Sed matrimonij onera etiam ante ductionem in domũ sustinet maritus, nempè in vestimentis vxori comparandis, & similia ad domesticam vitam necessaria procurandis. Ergo etiam sponso lucrum dotis ex statuto debitum competit.

5 V. Non † incongrua & illa statuti ratio videtur, quòd maritus ideo à statuto dotis lucrum capiat, vt habeat defuncta coniuge quo tristitiam repellat. Nam quemadmodum Senatusconsultum Tertul. in solatium defuncti filij, eius successionem tribuit matri, vt videre est Inst. ad Terrul. eodem modo videtur dicendum de hoc statuto. Ita Bal. Nouel. *in tract. de dote. part. 6. priuil. 37. in fin.* Sed maritus propter decessum vxoris nondum in domum ductæ tristior sæpissimè est, quàm si esset carnaliter ab eo cognita, vel in domum ducta. Ergo meritò in amissæ coniugis solatium dotem lucrabitur.

VI. Infertur † alia ratio, circa quam statuti dispositio se fundat, nimirum, vt spe lucri mariti ad coniugia contrahenda inuitentur, eoque citiùs mulieres vitos inueniant, Bald. *consil 485. col. 4. vol. 6.* Dec. *cons. 19. col. 3.* Alciat. *in tract. præsumpt. reg. 1. præsumpt. 8. num. 6.* Gail. *d. obser. 80. num. 6.* Sed talis ratio est ante traductionem in domum. Ergo & eius effectus. *arg. l. adigere. de iure patron.* 6

VII. Statutum de dote lucranda disponit. Sed ante copulam carnalem & traductionem in domum dicitur etiam dos, *l. denique & seq. de ritu nupt.* Ergo etiam de illa dote lucranda disponit.

VIII. Res † ad locum aliquem destinata, perinde habetur ac si in eo esset, *l.17. fundi. § fin. & l.18. granaria. de act. empt.* Sed mulier, vbi per verba de præsenti matrimonium contractum est, à parentibus statim in domum mariti est destinata, eiusque forum sequitur. Cyn. & Doct. *in l. libertis libertaque. C. de oper. libert.* Bart *in l. Mauia. fin. de annu. leg.* Alex. *ad l. cum quædam puella. de iurisdict. omn. iud.* Ang. *in § fuerat. Inst. de act. num. 24.* Ergo perinde habetur, ac si ducta esset in domum mariti. Huc accommoda, quòd potentia actui propinqua pro actu habeatur, *text. in l. qui pœna. §. Diuus. de manumiss.* & quòd is qui modò est cingendus, pro iam cincto reputetur. Bart. & Bal. per illum text. *in l. pen. de milit. testam.* quos ad hoc citat Ang. *d. § fuerat.* & Gail. *d. obser. 80. nu. 5.* 7

IX. Est text. in *l. si vxor. §. diui. ad L. Iul. de adult.* determinans, quòd in materia pœnali & odiosa ad pœnam introducendam sufficiat, qualitercunque matrimonium contractum sit. Cùm igitur nostro in casu matrimonium celebratum sit, debet habere in eo multò magis locum statuti dispositio, vt maritus lucretur dotem, cùm quia hic non agimus de pœna, tùm etiam propter verbum illud, *qualitercunque*, designans siue carnalis copula & traductio ad domum interuenerit, siue non. Ang. *ad d. § fuerat*

X. Negari non potest quòd dictum statutum loquatur in veris & legitimis cõiu-

gibus

gibus. Sed qui per verba de præsenti contraxerunt, veri & legitimi coniuges dicuntur, *d.c.sufficiat 27.q.2.* Ergo negari non potest, quòd statuti dispositio in eis quoque locum habeat.

XI. Est text. *in l. vnic. C. de imponend. lucrat. descript. lib. 10.* vbi dicitur, quòd licet parens filiam extraneo nubentem dotauerit, & fortè fortuna res eius, cui data est, vertatur ad lucrum, quòd tamen inter res lucratiuas non sit numeranda. Ex quo infertur, quòd dos ratione statuti marito obueniens, non dicatur, lucrum sed debitum. Debitum verò non solùm ex causa onerosa, verùm etiam ex promissione & mera liberalitate proficiscitur. Ergo licet maritus matrimonij onera non sustinuerit, tamen nihilominus dos ei debetur.

XII. Argumentatur per *l. 24. sancimus. in princ. C. de nupt.* vbi videtur esse textus expressus hanc sententiam cõfirmans, cuius
8 verba sunt: *in qualicunq.* † *pacto* (nuptiarum causa inito) *quod ad dandum vel faciendũ, vel non dandum vel faciendum concipitur, non aliter intelligi conditionẽ esse adimplendam, vel nõ extenuandam, nisi ipsa nuptiarũ accedat festiuitas.* Sed nostro in casu accessit nuptiarũ festiuitas, cũ illa per verba de præsenti, & non per concubitum aut traductionem celebretur. Ergo quod debetur marito ex pacto vel statuto (vt colligitur ex verbo, *qualicunque*) illi dandum est, licet concubitus & traductio ad domum non interuenerit.
9 XIII. Quod † procedit ab origine magis inspiciendũ est, quàm quod procedit à casu & per accidens, *gl. in l. si duo. de acquir. hæredit.* Ang. & cõmuniter Doct. *ad d. §. fuerat.* Sed lucrũ, ꝙ à defuncta vxore debetur marito ꝓcedit ab origine, sc. matrimonio. Ergo hoc magis inspiciendum est, q̃ traductio ad domũ, & onera, circa quę aduersa pars videtur se fundare, cũ ista accidentaliter, & non ab origine procedant.

XIV. Verba statuti per omnia, & in omnibus huic casui adaptantur, cùm simpliciter habeant: *prædefuncta in matrimonio vxore, maritus dotem lucratur.* At hoc in casu vxorẽ mori in matrimonio, suprà satis demonstratum est. Igitur vi illorum verborum, *per omnia & in omnibus,* eius quoq; dispositio debet habere locum. *l. hos accusare. §. omnibus. & ibi Bart. de accusat.*
10 XV. Adducitur † text. *in l. 2. cũ quis. de dote præleg.* vbi dicitur, ꝙ lucrũ dotis matrimonij causa acquirat. Ergo nõ ꝓpter onera.

XVI. Quod maritus lucratur vigore prędicti statuti, est lucrum, Socyn. *cons. 233. col. fin.* Ergo si sit lucrum, non est dicendum, quòd cõcedatur propter onera & expẽsas, cùm aliàs lucrum, si daretur ex causa onerosa, dici nõ posset. Ex hoc videtur cõcludendum, ꝙ hoc lucrũ non propter onera, sed propter ipsum matrimonium acquiratur. Per hanc rationem huic parti subscribit Ioan. de Monte Sperello *in auth. ex testamento. C. de collat.* quem refert Roland. à Valle *in tract. de lucro dot. q. 4. num. 9.*

Ex prædictis concludunt, quòd prædictum statutum habeat etiam locum in desponsata, per verba de pręsenti. Hanc conclusionem tenent Cyn. *in l. cum in te q. vlt. C. de don. ante nupt. & in l. pen. de don. inter vir. & vx.* Bart. *in l. nihil. rer. amot.* Bald. sibi contrarius *in d. l. Deo nobis.* & ibi Paul. de Castr. *& in cons. 153. vol. 1. idem in l. si marito §. si pater. num. 2. sol. matr. & in l. si donaturus. § fin. nu. 4. de condict. caus. dat.* Ias. *ibid. n. 19.* Ang. *ad d. §. fuerat. nu. 24.* vbi inquit, quòd licet de mera iuris subtilitate contraria opinio sit verior, in practica tamen hanc partem esse seruandam. Afflict. *decis. 61. nu. 5.* Ias. *cons. 58 n. 1. circa fin. vol. 1.* vbi cõmunem pronunciat. Matthes. *sing. 74.* & ibi in addit. Rom. *ad l. 1. C. vnde vir & vx.* Corn. post Bald. & Fulgos. *in l. non sine. C. de bon. quæ lib.* eandem crebriori calculo approbatã effatur. Corn. *cons. 84. lib. 3.* Bal. Nouel. *tract. dot. part. 8. priu. 38.* vbi hanc partẽ crebrius à Doctorib. receptã ait, eamq; cõmuniter in practica obseruari. Idem Ioan. Campez. *in tract. de dote, part. 5. q. 13. in fin.* Ioan. Ant. Rubert. *cons. 19.* vbi eandem communem magisq; veram asserit, si maritus ante traductionem ceperat sustinere onera matrimonij, in faciendo mulieri vestes & iocalia. Ioan. de Arnono *in epithomą 38. quoniam casus iste.* Rol. à Valle *isto tract. q. 106. nu. 18.* vbi commune Interpretum axioma dicit, refert & sequitur Viuius *recept. sent. verb. lucrum. n. 12.* eandẽ tenet Ruinus *cons. 58. col. 2. vol. 3.* Nicol. de Vbald. *tra. de success. ab intest. part. 4. col. 2.* Brun. *in tract. ex clus. fœm. art. 6. memb. 4. q. 19.* & Curt. iun. *in l. vnic. C. vnde vir & vx.*

PARS II. NEGANS.

FATEMVR ingenuè, quòd hęc quæstio adeò nodosa sit & intricata, vt primo aspectu vix eius veritatem cognoscere

potuerimus, eius tamen rationes & argu-
menta, quæ in vtramque partem addu-
ci possunt, cũ profundius cõsideraremus,
negatiuam nobis esse sequendam & tuen-
dam sententiam existimauimus. Respon-
demus igitur ad l. oppositum, quòd in eaà
diuersa ratione argumentatum sit. Nam
quod dicitur in *d.l. cui fuerit. de condit. & de-
monst.* ei legatum deberi, qui per verba
de præsenti contraxit matrimonium, hoc
ideò fit, quia iam impleuit per verba de
præsenti conditionem (id est, matrimo-
nium) propter quam tale legatum factum
est. Verùm nostro in casu licet per verba
de præsenti matrimonium contractum
sit: tamen adhuc nondum impleta est
conditio, circa quam statutum tribuens
marito facultatem lucrandi dotem se fun-
11 dat, nempè † onera matrimonij à viro non-
dum habita, quæ non consistunt in com-
parando vxori vestimenta, vt in 4. dicitur
arg. sed in defendendo eam, & eius libero-
rumq; suorum curam in aduersa fortuna
habendo, *text. in l. 56. si is. §. 2. de iure dot.* ibi:
*post mortem patris statim onera matrimonij fi-
lium sequuntur,* (addit onera) *sicut liberi, sicut
vxor.* Idem pulcherrimus tex. *in l. 46. si ma-
ritus. fam. ercifcund.* cuius verba sunt: *quia
mortuo patre quædã filios sequũtur,* etiam ante-
quàm fiant heredes, vt matrimoniũ, vt li-
beri, vt tutela. Et quòd huiusmodi matri-
monij onera nominet text. patet ex verbis
sequentib. *Igitur & dotem præcipere debet, qui
onus matrimonij post mortem patris sustinuit, &
ita Sceuola quoq; nostro visum est.* testaturque
idem Lycurgus dicens: Graue onus mu-
lier est. Nam (vt cum Antiphonte quæ in
vxore deteriora sunt, tacendo præterea-
mus, & ea quæ omnium commodissima
sunt recenseamus) quid homini suauius
fuerit, quàm vxor grata? quid inquam
dulcius, cùm aliâs, tùm in ætate iuuenili?
Sed eidem rei cui iucunditas inest, in vi-
cina est molestia. Nam voluptates non
solæ accedunt, sed comites earum sunt
tristitiæ & labores. Qui enim vxorantur
(ait Ferrariens. *in pract. form. libel. quo vxor
agit ad dotem & vsumfr. in verb. vxoris quon
dam.*) visuri sunt mortem & dissolutio-
nem eorum, visuri sunt sanguinis proprij
interitum, vxoris propriæ & filiorum, ve-
xationes inopinatas passuri, curas im-
mensas circa vitæ necessarias sui coniugis
ac filiorum habituri. Cruciatus etiam va-
rios à principe sustinebunt circa onera, ta-
bellias & alia grauamina, quæ omnem
consolationem plerunq; extinguunt. Ec-
ce hæc vera dicuntur matrimonij onera, à
quibus meritò iuuenis abhorreret. Et ic-
circò nõ immeritò Chætemonem dixisse
ferunt, melius esse sepelire vxorem, q̃ du-
cere, cũ nõ nisi bini, teste Hipponacte, sint
cum vxore iucũdissimi dies, alter quo du-
citur, alter quo mortua effertur. Vnde
suadet Minander dicens: *Nullus vnquam
mihi amicus vxorem ducat, quia* (vt alibi di
cit) *vxorem habere, & liberorum esse parentem
multas in vita sollicitudines adfert.* Hæc
Thales considerans roganti matri vt vxo
rem duceret, respondit nondum tempus
esse, & deinde maior natu interrogatus di-
xit, non amplius esse tempus. Sed Deus
cuius sapientiæ finis non est, voluit hæc
occulto suo iudicio à cordibus hominum
abscondere, vt turpia euitarent, quæ aliâs
relaxatis pudicitiæ frenis committerent,
seque ipsos illicito amore contaminarent.
Quid † dices ad textum *in d. l. Deo nobis.* 12
C. de Episcop. & cleric. de quo valide loco III.
argumenti oppositum est? Responde per
Solem demirantem quòd Bald. & alij per
istum text. cum Bartolo transeant, cùm
ne iota quidẽ in eo inueniatur, quæ aduer
sæ partis opinionẽ corroboret, videl. quòd
iste tex. non loquatur in sponsis de pñsenti
sed in marito & vxore, qui per concubi
tum & cohabitationem matrimonium ex
integro consummarunt, vt patet ex verbis
leg. *siue maritus siue vxor religionis causa à con
iugio recesserit.* Per coniugium verò Impe
rat. intelligere mutuam cohabitationẽ &
concubitum, dicendũ est, cùm aliâs in cõ-
dendo legem errorem commisisset, quia
certissimum est, etiam de iure communi
(Codicẽ & Nouellas intelligo) quòd con
iugium proprio vocabulo sumptum, per
religionis ingressum non possit solui, si e-
nim posset solui, sequeretur quòd is qui ma
net in seculo, aliud posset contrahere ma
trimonium. Sed hoc non potest Ergo, &c.
Vnde necessariò dicendum est, quòd Im-
perat. voluerit p coniugiũ significare co
habitationẽ vel corporalẽ coniũctionem,
& q talis corporalis cõiunctio altero con-
iuge cõsentiente posset solui, & nõ coniu
giũ vel matrimoniũ spirituale, q simplici
ter p verba de præsenti contrahi, *c. d. c. suffi
ciat. 27. q. 2.* Ideoq; cũ Imp. de matrimonio
plenè cõsũmato disponat, in quo maxima
ex parte matrimonij onera à marito habita

sunt

sunt, meritò etiam maritus per religionis ingressum, qui morti æquiparatur dotem lucrabitur, vt multi existimant, sed de hoc aliàs plura. Et istam legem de matrimonio plenè cōsummato esse intelligendam apertè cōuincitur ex *l. 53. §. ad hæc. eod. tit.* ad quam Imp. se refert dicens: *nam & maritis & vxoribus, qui seculo renunciant, tam anteriore lege à nobis prouisum est, &c.* Verba anterioris legis hæc sunt: *Adhac sancimus, si ue vir ad solitariā vitā venire voluerit, siue mulier viro derelicto, ad exercitationē monasticam venerit, ne hoc damni causā præbeat, sed vt sua omnimodo recipiat, ita vt liceat vxori & dotē recipere suā & propter nuptias donationē et q̄ cū eo* COHABITAVERAT. Et paulò post: *quasi videatur is qui diuertit à communi (*nota*) alterius conuictu, mortuus esse in alterius contubernio, cum cohabitanti (*aduerte*) sit omnino inutilis.* Ecce ex his verbis conuincitur, quòd *d. l. Deo nobis*, in contrarium allegata secundum nostram solutionem sit interpretanda. Quòd vero vnus coniunx, licet carnalis copula interuenerit, monasterium possit ingredi, modò alter consentiat, probatur in *d. c. Agatosa. & in d. c. desponsatā. 27. q. 2.* quod hodiè fieri non posse dicit Ang. *add. §. fuerat. num. 24.* Vnde totum prædictum argumentum in totum habes solutum. Vide etiam omnino ad hanc solutionem quæ diximus in *q. seq. num. 3.*

13 Respondet† aliter Campez. *d. tract. q. 13. vers. non obstat. part. 5*, videlicet, *d. l. Deo nobis*, non loqui in marito carnaliter cōiuncto, cùm matrimonium secundum ius ciuile ex variis causis soluere poterat, inter quas causa religionis erat vna, sed cum reuerentia Domini: ista solutio non valet obolum, cùm sit contra ipsissima l. verba, quæ quoad nostrum casum nihil quicquam, vel de sponso futuro, vel de præsenti (vt ipse existimat) disponit, sed de vero & proprio marito, qui per cohabitationē & coniunctionem matrimonium ex integro cōsummauit, vt hoc ipsa legis verba (de quib. suprà) satis disertè ostendunt, tametsi & isto in casu non modica sit controuersia, cùm multi putent, etiam maritum non lucrari dotem, si mulier matrimonio copula carnali consummato, viri consensu religionem profiteatur, de quo puncto vide plenè Phanuc. *tract. de lucro dot. §. per mortem. num. 23.* quòd si verum, esset optima prædictæ *l. Deo nobis*, solutio.

Quod in l V. dicitur argumento, statutum propter onera matrimonij dotis lucrum viro tribuere, nō adeo inficias imus. Sed dicere quod in minori eius propositione dictum est, onera nimirum consistere in comparando vxori vestimenta, &c. ridiculum est, cū facillimo negotio vir, si illi ab vxore, vel eius parentibus detur pecunia, vestimenta procurare possit. Et illam pecuniam non ex dote sumendam, vbique ferè terrarum consuetudo docet. Præcipua verò matrimonij onera quænam sint, diximus suprà in solut. arg. I.

Ad V. argumen. † respondemus, interpretando statutum per ius commune, 14 quod fieri potest, *l. 1. §. lex Falcidia. ad. l. Falcid.* videlicet q̄ nobis alia non sit fingenda ratio, quàm illa quam statutum patitur, & Imp. dedit. Rationem verò, propter quam lucratur dos expressit Imp. *in l. dotis fructum, in princ. l. si is. §. 1. & d. l. pro oneribus. C. de iure dot.* ibi: *Pro oneribus matrimonij, mariti lucro fructus totius dotis esse, quos ipse cepit.* idem text. *in l. si quis pro vxore. §. 1. & in d. l. vnic. §. si vero. C. de impo nent. lucrat. describ. l. si ante. & l. de diuisione. sol. matr.* Et licet hæc iura, de fructibus dotis lucrandis, & non de ipsa dote loquantur, tamē per consequentiam ad ipsam dotem referenda sunt. Hæc cum scriberemus, nobis sese præclarus obtulit tex propter quem multùm gauisi sumus, *in l. dotem. de Castrens. pecul.* pro nostra opinione determinantem. Verba text. sunt: *Nam hereditas aduentitio iure quæritur, dos autem matrimonio cohærens, oneribus eius.* Idem tex. *in l. si filia. § 2 famil. ercisc.* ibi: *Hoc amplius filius fam. heres institutus, dotem vxoris suæ præcipiet, nec immeritò, quia iste matrimonij onera sustinet.* Fac. etiam optimè tex. *in l actione. §. fin. cum l. seq. pro soc.* præsupponitur enim in *d. §. fin.* quod societas, quæ sustinet onera matrimonij, debeat etiam eius fructus lucrari, & posteà continuando eundem casum determinat, q̄ si eo tēpore quo societas requiritur, & inter socios æqualiter diuiditur, & ratio est, quia eodem modo, quo lucrantur fructus, lucratur etiam ipsa dos. Ita deducit hoc Decius *cons. 560. nu. 4.* vbi n. 6. respondet aliter, nempe, si statutum talem rationem habuisset, etiam vxori in solatiū mariti defuncti aliquod lucrum dedisset. Sed hoc nō fecit. Ergo, &c.

Ratio † quę loco V l. arg. adducta est nō 16 contrariatur, quia absurdum est dicere, dotem inuitare aliquē ad matrimonium contrahendum, cùm matrimonia non

d 3 doti-

doribus, ſed affectu contrahantur, *l. 11. iubemus C. de repud.* ibi: *non enim dotibus ſed affectu matrimonia contrahuntur. l. ſi vicinis. C. de nupt. text. in Nouel. 74. c. 4. in princ.* ibi: *Quia enim & antiquis promulgatum eſt legibus, & à nobis ipſis ſunt hæc eadem conſtituta, vt etiam nuptiæ extra dotalia documenta ex ſolo affectu valeant.* Idē text. in vulg. *l. nuptias. de reg. iur.* Amor. n. honeſtus quo matrimonia contrahuntur, nō donationibus, ſed ſolis animis æſtimatur, vt eſt text. præclarus *in l. 3. de donat. inter vir. & vx.* Quare rectiſſime Muſonius inquit, non oportere vxorem ducturos reſpicere nobilitatem generis, neque dotis magnitudinem, neq; corporum formoſitatem, cùm nō opes, aut forma, aut nobilitas, poſſint ſocietatē vel cōcordiam promouere, neque ad meliorē liberorum procreationē quicquā prodeſſe. Ideoq; nec immerito ab Euripide in Creſſiſ malam vxorem diuitiarum aut nobilitatis reſpectu ducentes ſtolidi appellantur.

Melius igitur eſt (ſecundum Diodotū) benè educatam ducere vxorem ſine dote, quàm cùm pecuniis malam, præſertim cum vitæ particeps futura ſit. Vnde reſte Euripide in Antiope, quicunq; nuptias aut genere præſtantiores contrahunt, aut multarum opum gratia, vxorem ducere neſciunt. Imitemur igitur potius eundem Euripidem in Meleagro, dicentem: *Si mihi ducenda eſſet vxor, quod Dij auertant, malim ex illis mulieribus, quas labor quotidianus exercet, familiæ meæ prolem ſuſcipere, nam & pater & mater, ſi vitam duriuſculè viuant, meliores procreant liberos.* Hæc ad vnguem olim viros ſumma ſapientia præditos obſeruaſſe, patet ex Pericle apud Stob. ſer. 70. qui cùm apud Athenienſes Imperatoris munere fungeretur, duo eius filiam ambiebant, quorum vnus diues ac imperitus erat, alter vero pauper & ſtudioſus, elocauit eam pauperi dicens, illum qui diues fieri poſſit meliorem eſſe, quàm qui iam ſit. Idem refertur de Lacone quodam homine opulentiſſimo, qui cùm bono & pauperi adoleſcenti filiam in vxorem daret, reprehenſus eſt à cognatis, ſed ipſe excuſans ſe dixit: *Ego mihi generum comparaui quem diuitem potius quàm pauperē futurū expectem.* Horum multa ſimilia, tàm ex ſacris, quàm ex prophanis ſcripturis depromi poſſunt, quæ cùm vnicuique ſemper obuiam eſſe poſſint, plura tranſcribere inutilis laboris eſſe duximus. Quare demirandum eſt (vt ad rem redeamus) Paulum & Socynum *in rubr. ſol. matr.* eorumque ſequaces, hanc lucrādi rationem eſſe dixiſſe, cùm non ſit ratio, ſed alienum aliquid ab omni ratione. Neque probatur per *d. l. qui liberos* (aliâs incip. *capite trigeſimo quinto.*) *de ritu nupt.* per Gail. d. lo. aliosq; ad confirmandum allegata, quia non vult quòd per dotem viri ad matrimonium inuitentur, ſed quòd dos vbi matrimonium contractum eſt, vel iamiam contrahendum, à parentibus ſit danda, quò melius maritus matrimonij onera ſuſtinere poſſit. Et illā l. hoc modo eſſe intelligendam, patet ex ſuprà allegatis ll. & declaratur ex abſurdo, quia ſi vera eſſet d. ratio, ſequeretur quòd matrimonia eſſent venalia, quòd dicere abſurdiſſimum eſt. Vnde habes cognoſcere, mi frater, quàm miſerè Doctores interdum ſuas conentur tueri opiniones.

Progrediendo ad VII. argumentum reſpondemus, quamuis dos etiam dicatur ante ductionem in domum: tamen prius ſuum effectum ſortiri non poſſe, quàm ductio ad domum facta ſit, & matrimonij onera ſuſtenta, vt ſuprà eſt declaratum.

Communis illa Doctorum theorica loco VIII. argumenti oppoſita, intentioni noſtræ non aduerſatur, cum illa in contractu emptionis & venditionis, non autem matrimonij procedat. Nam quando res empta de vno loco in alium eſt deſtinata, & fortè fortuna pereat, antequàm ad locum deſtinatum perueniat, perinde habetur, ac ſi in iſto loco periiſſet, in quo erat deſtinata, vt colligit Dominic. de S. Geminia *ex c. præſenti. § fin. de præbend. in 6.* quod idem de ſimilibus, quæ emptionem & venditionem reſpiciunt, dicendum videtur. Item non obſtat text. in *d. l. qui pœnæ. §. Diuus. de manumiſſ.* quia ibi potentia actui propinqua, odio committentis delictum pro ipſo actu reputatur.

Non contrariatur text. *in d. l. pen. de mil. teſtam.* quia ibi de proximo cingendus, fauore militis pro iam cincto habetur.

Ex † hoc text. poteſt probari quod Zaſ. 17
ſcribit in *l. cætera. §. ſed ſi ſeparauit. verſ. ex quo ego. de legat. 1.* quòd is qui deſtinauit dignitatem Doctoratus, ita vt ſit aliqua ſpes eius dignitatis, poſſit ſe gerere & nominare pro Doctore abſque vlla pœna falſi, modò hoc fieret ex cauſa non dolo vel fraude. Quæ enim in milite obtinent, etiam obtinent

nent

nent in Doctore, per text. *in l. aduocati. C. de aduoc. diuers. iud.*

18 Secundò respondetur, quòd † ista iura in prædicto arg. allegata, procedant quidem de iure communi, quod quandoque extenditur de casu vero ad fictum, secùs autem in dispositione statuti, quod est contra ius commune, & in quo non admittitur dicta extensio, *l. 3. §. hac verba.* & ibi Bartol. *de neg. gest.* cùm aliud sit de eadem statuti dispositione, matrimonium esse consummatum, vel de proximo consummandum. Fac. quæ dicit Ias. post Bald. *ad l. cætera. §. sed si parauerit. de leg. 1.* Alexand. *ad l. 1. § fuit quæsitum. ad Trebell.* & Barbat. *in cap. 1. colum. fin. de feud.* Vide tertiam solutionem *in tractat. nostro controuers. de bon. const. matr. acq. q. 28. in solut. 6. arg.*

Cætertùm ista & similis iuris theorica habet locum in casu dubio, & per ius vel rationem determinato, quod in nostro casu non subest, vt per tot. bane patt. patet.

IX. Arg. non obstat, licet etiam à Doctoribus moueat, quia *in d. l. si vxor. §. Diui.* agitur de pœna adulterij. Vnde sufficit qualitercunque matrimonium contractum sit, ne delictum maneat impunitum. Sed in nostra materia non agitur de pœna. Ergo in ea eodem modo matrimonium non cõsiderandum, quo consideratur *in d. §. Diui.*

Respondemus ad minorem X. arg. quòd quidem ita sit, per verba de præsenti verũ & legitimum contrahi coniugium spiritualiter considerando, non autem per verba de præsenti consummari. Sed antequã statutum habeat locum, consummatio necessaria est, cum sine illa matrimonij onera non possint impleri. In nostro autem casu cõsummatio nondum facta est. Ergo nec in eo statuti dispositio habebit locum.

19 XI. Dicunt † dissentientes *in d. l. vnic. C. de impon. lucr. descript.* esse pro eorũ sententia text. præclarum. Sed nos dicimus in ea esse text. pro nostra demõstratione admirabilem, tacitè hanc quęstionẽ determinantem. Verba tex. sunt: *Si verò vel socer futurus, filij vel nepotis, vel pronepotis sponsæ affinitatis coeunda causa donauerit: vel parens etiam filiam, vel neptem, vel proneptem, curiali seu extraneo nubentem dotauerit, licet casus euentu, res eius cui data est, vertatur ad lucrum, nec inter lucratiuas numerabitur, nec descriptionis oneri subiacebit.*

Addit causam propter quam inter res lucratiuas non sit numeranda. Nec enim iuris optimi est matrimoniũ, cùm tot tantisq; suis difficultatibus opprimatur, aduẽtitiis etiam cumulare ponderibus. Dicit Imperator, quod licet res in dorem data, casus euentu in lucrũ vertatur, putà per pactum statutum, aut similem modum, quòd tamen inter res lucratiuas non sit numeranda, quia maritus non simpliciter eam lucratur, sed cum quodam onere adiecto, vt patet ex verbis: *Nec enim iuris optimi, &c.* Ex quibus cognoscitur, quod matrimonij onera sint causa, propter quam marito dos debeatur. Vir igitur vbi matrimonij onera non sustinuit, dotem etiam non lucrabitur, quia cessante causa cessat effectus. *d. l. adigere. de iur. patron.*

Præterea, si dos debeatur viro tanquàm debitum, necessariò sequitur, quòd vel illi à patre ex mera liberalitate, vel in creditorum aut onerum compensationem debeatur. Sed in nostro casu neq; ex liberalitate, neq; in compẽsationem creditorum debetur. Ergo necessariò sequitur, quòd dos viro debeatur in compensationem onerum matrimonij. Onera autem matrimonij vir sustinere dicitur, quando matrimonium consummauit, vt suprà probauimus.

Ad XII. arg. respondetur minorem eius propositionem negando, quia † veritati haud consonat, quòd per verba duntaxat de pręsenti celebret nuptiarum festiuitas, cùm ad istam festiuitatem etiã proclamatio, sacerdotis benedictio, & similes solennitates requirãtur. Nam † sicut olim apud gentiles igni & aqua nuptiarum festiuitas celebrabatur, vt constat ex *l. pen. in fi. de donat. inter vir. & vx.* & testatur Var. *lib. 4. de lingua.* dicens: *Causa nascendi duplex, ignis & aqua, ideò ea in nuptiis in limine adhibentur. Mas ignis quòd ibi semen, aqua fæmina, quòd fœtus ab eius humore fit.* Ita hodiè apud Christianos benedictione diuina celebrantur, teste Ambros. *9. epist. 70.* vbi ait: *Ipsum coniugium velamine sacerdotali & benedictione sanctificare oportet.* Et per Conciliũ Carthaginense *4. c. 13.* constitutum est, vt sponsus & sponsa in templum deducantur, ad benedictionem sacerdotis recipiendam. Ab Euaristo Pontifice *30. q. 5. c. 1.* mandatum est, non aliter legitimũ esse coniugium, quàm si suo tempore sacerdotaliter, vt mos est, cũ precib. & oblationib. à sacerdote factis benedicat. Idẽ pulchrè comprobat Tertul. 2. ad vx. dicẽs. 20 21

Vnde sufficiam ad enarrandam tantam fœlicitatem matrimonij, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsignatum Angeli renunciant. Vnde Scholiastes Harmenop. *4. tit. 4.* negat, nudo consensu matrimonium cõtrahi: ita, vt nisi factum Dei verbum fuerit recitatum, neq; nuptiæ consistant, neque prohibeantur contrahentes à se mutuò separari. Quod idem probatur ab Innocent. *c. 4. de sponsal.* nouissimè per Concilium Trident. constitutum est *sess. pen.* vt fiant in præsentia Parochi, & duorum vel trium testium. Hæc cùm sint Canonica, in casu matrimoniali sunt seruanda. Patet ergò ex prædictis, quòd sicut olim igni & aqua, sic hodie sacerdotali benedictione nuptiarum festiuitatem celebrari. Sed vbi hoc modo nuptiæ celebratæ sunt, illicò vxor ad domum mariti ducitur (nec obstat; quòd etiam vir quandoq; ad domum vxoris ducatur, quia nihilominus dotem lucrabitur, vt alibi diximus. Et sic meritò quãdo talis festiuitas, & ductio ad domum facta est, dotem habebit, modò quædam diuturnitas in matrimonio concurrat, cùm & istam statuti ratio requirat, vt pleniùs *in q. 67.* dicetur. His sic præmissis, videtis apertè, quòd dissentientes ipsimet ex hac lege eorum opinioni laqueum iniiciant.

Si enim (vt volunt per d. l. sancimus) quod debetur marito ex pacto vel statuto, illi non priùs sit soluendum, nisi quando ipsa nuptiarum festiuitas interuenerit, necessariò debent etiã admittere, quòd tunc demum maritus lucrabitur dotem, quando ductio ad domum facta est, quia festiuitas nuptiarum, & ductio in domum, est quasi vnus actus.

Progredimur ad XIII. oppositum, dicendo minorem eius propositionem esse falsam, ex eo, quòd non procedat lucrum dotis ab origine, scil. matrimonio. Nam licet dos constituatur ratione matrimonij. potestas autem eam lucrandi venit ex statuto, & non ab origine, cum aliàs omnibus qui matrimonium contraherent, etiam in quocunque loco hæc potestas concederetur.

Ad XIV. argumentum responderi potest per Angel *in d. §. fuerat. Instit. de act.* & alios, quòd propriè sumendo dictionem istam, *In*, non simpliciter denotet matrimonium, per verba de præsenti contractum, sed etiam quòd sit per ductionem ad domum & copulam carnalem consummatum, cum ista dictio dicatur à præpositione, *Intra*, perfectionem rei cui adiicitur, significanti, *l. 1. §. in flumine.* & ibi Bart. *de fluminib. l. 1. §. 1. de cloac.* Sed hęc solutio non videtur nobis esse tuta, cùm per verba de præsenti matrimonium sit satis perfectum *d. c. sufficiat. 27. q. 2. d. l. nuptias. de reg. iur.* & consequẽter dictio illa, *In*, suum effectum sortiatur. Quare tu aliter solue, nempè, quòd statutum matrimonium tam strictè non consideret, putà quoad spiritualitatem, quia hoc modo illud considerando, dicuntur etiam isti, qui per verba de præsenti contraxerunt, esse in matrimonio, & consequenter, si in eo moriantur, in eo mori, sed quòd eius executionem, hoc est, ductionem ad domum, concubitum & similia respiciat, circa quæ statutum potissimùm se fundat, vt passim per prædicta probauimus.

Respondemus † ad XV. argumentum, quòd *d. l. cum quis.* ad excludendum iudicium patris dicat, matrimonij causa maritum dotem lucrari, interim tamen non negare, quod onera sint causa proxima & immediata, matrimonium causa remota Dec *d. cons. 560. nu. 5.* 22

Secundò † respondetur, quòd ibi dictio. *Causa*, potest exponi non pro causa omninò immediata, sed pro causa mediata, non multùm à causa immediata remota, quæ dicitur tanquàm causa immediata. *l. vxori quis. de auro & arg. leg.* Hanc solutionem esse de mente Aret *in l. 6. fiante nuptias. col. fin. solut matrimon.* eamq; acceptare Tiraq. *in repet. l. fin. in verb. largitus. num. 189. C. de reuo cand. donat.* refert & sequitur Rol. à Vall. *d. loc. nu. 14.* vbi secundam addit solutionem, scilicet quòd licet matrimonium sit causa proxima & immediata huius lucri, ex statuto prouenientis, non tamen ex eo sequi, quod etiã onera non sint causa æquè proxima, quod videmus in dote (inquit) quæ licet propter matrimonium detur. *l. 4. de iur. dot.* tamen ex eo non sequitur, quòd etiam propter eiusdem matrimonij onera non concedatur. Hæc solutio cum superiore Aretini solutione in effectu non differt. 23

Tu † secundum me ad *dict. l. cum quis. de dote praleg.* responde hoc modo, quòd ibi maritus ex testamento lucretur dotem, & non ex statuto, & iccirco legem præsumi, testatricem fuisse principaliter motam te-

spe-

ſpectu vinculi & amoris matrimonialis, quo caſu meritò matrimoninm eſt potiſſima cauſa lucri dotis. Sed noſtro in caſu matrimonium eſt principalis cauſa cõſtituendæ dotis, ſtatutum verò principalis cauſa eam lucrandi, ideóque cùm ſtatuti principalis ratio ſint ipſa matrimonij onera, vt per totam banc partem pater, non tàm ipſum mattimonium, quàm eius onera, principalem dotem lucrandi præbere poteſtatem dicendum eſt.

25 Reſpondemus ad XVI. arg †quòd lu-
crum marito vel vxori ſtatuti ex donatio
ne propter nuptias vel dote obueniens, nõ dicatur merè lucrum, vt in ſpecie vult Bal. *in l. 5. non ſine. C de bon. qua lib. & in l. 20. cum multa. C. de donat. ante nupt.* vbi inquit, quòd tirulus dotis non ſit titulus donationis, etiamſi apponatur pactum de lucranda dote, vt idem tenet Alexand. *in conſil. 167. col. 2. in fin. vol. 6.* & Ruin. *conſ. 11. col. pen. volum. 5.*

Prædictis argumentis ſic ſolutis, vlteriùs pro hac parte I. hoc modo argumentatur. Si mulier, quæ matrimonij onera non ſuſtinet, non lucratur, ſequitur quod idem de viro matrimonij onera non ſuſtinente dicendum ſit.

Sed priùs eſt verum, vt probatur *arg. l. 2. & auth. dos data. C. de donat. ante nupt.* Ergo & poſterius, *l. 10. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ſolut. matr.* Hoc argumentum producit Bal. *in d. auth. dos data.*

II. Ab alluſione vocabuli licita eſt argu-
mentatio. *Inſt. de teſtam. in princ.* quo pręſup
26 poſito ſic argumentatur. Vxor † dicitur quæ
eſt in vſu viri, Salyc. *in l. cum inter. C. de donat.*
ante nupt. Sed quando non eſt traducta ad
domum, non dicitur in vſu viri. Ergo, &c.

III. Certum eſt, quòd ſtatutũ dicitur ac-
cipi in potiore ſignificato, maximè cùm
exorbitet à iure communi, *l. 1. ſi ag. vect. vel*
27 *emphyt. pet.* At maritus † propriè dicitur,
qui ritus ſuos, hoc eſt, ordines & res ſuas v-
xori præbet, quod ante ductionem non
contingit.

Ergo neceſſariò ſequitur, ſtatutum ſi in potiore ſignificato ſit intelligendũ, quod loquatur de marito, qui vxorem ſuam duxit ad domum.

IV. Verbum, coniugatio, ſi noſtro in caſu ſecundum ſuum eſſe perfectum ſumatur, denotat inter virum & vxorem copulam eſſe ſubſecutam. Sed matrimonium dicitur maris & fœminæ cõiugatio, *l. 1. §. ius naturale. de iuſt. & iur.* Ergo ſi verbum illud ſecundum ſuam perfectionem intelligatur, denotat copulam carnalem.

V. Matrimonium † de præſenti non dici 28
tur perfectè matrimonium, *text. in cap. cum*
initiatur. & ibi gloſſ. 27. q. 2. & gloſſ. in c. inſtitu-
tum. §. iuxta hanc. in verb. Ambroſ. ead. cauſ. &
q. vbi dicit Theologos tenere, quòd in bea-
ta virgine Maria deſponſata Ioſeph, per-
fectum fuerit matrimonium, quoad ſan-
ctificationem, non autem quoad ſignifica
tionem, & eſt text. de hoc *in c. decreta. §. cum*
ergo 27. q. 2. Sed in noſtro caſu eſt matrimo-
nium de præſenti. Ergo non propriè ma
trimonium.

VI. Poſito non autem conceſſo, quòd ſtatutũ ſimpliciter loquatur de matrimonio, attamen debet intelligi, in quantum maritus ſuſtiner onera, vt *in d. l. dotis fructus. & in l. fi. in princ. de dol. except.* quia ſtatutum recipit interpretationem paſſiuam à iure communi. *l. 1. § lege Falcidia.* & ibi Bartol. *ad l. Falcid.*

VII. Statuti verba † ſecundum commu- 29
nem loquendi vſum ſunt intelligenda,
text. *in c. 9. quamuis. de verbor. ſignificat.* ibi:
vſus tamen obtinuit. text. in l. fin. C. de his, qui
ven. ætat. impet. & ibi Bald. *numer. 1.* Caſtr.
numer. 5. text. in l. Labeo. §. 1. Tubero. de ſup
pel. leg. & in l. liberorum. §. quod tamen Cel
ſus. de leg. 3. Bartol. *in l. omnes populi. num. 58.*
de iuſt. & iur. latè Alexand. *conſil. 115. circa*
dubitationem. vol. 2. Iaſ. *ad rubr. de noui oper.*
nunc. numer. 7. vbi inquit, quòd non ſolùm
in materia fauorabili, ſed etiam odioſa &
pœnali communis loquendi vſus ſit atten
dendus.

Sed ſecundum communem loquẽdi vſum, ſponſa de præſenti non appellatur vxor, Abb. *in c. ſi inter. de ſponſal. per text. in c. 2. de deſpon. duor.* Ergo ſtatutum quod loquitur in vxore, non habet locum in ſponſa cùm illa, ſecundum communem loquendi vſum, non appelletur vxor.

Plura ad hanc partẽ tuendam poſſent pferri argumenta, quæ cùm breuitatis cauſa, tùm quia aduerſatiorum argumenta ſuprà ſunt ſoluta, omittimus.

Ex prædictis concludimus, quòd ſtatutum deferens marito poteſtatem lucrandi dotem, prædefuncta vxore, non habeat locum in deſponſata per verba de præſenti.

Hanc partem tanquam communẽ magiſq; in iure fundatam, ſequuntur & con

fir

firmant, Salycet. *in l. 6. cum in te. nu. 4. & seq. C. de donat. ante nupt.* vbi hanc sententiam pulchrè defendit, & pluribus rationibus illustrat Bald. *ad l. s. non fine. num. 1. C. de bon. qua lib.* Felyn. *in rubr. de sponsal. num. 1. & seq.* vbi communem pronunciat, Abbat. *in c. 13. tertio loco. de præsumpt. & in c. 7. ex publico. de conuersat. coniug. & consil. 1 per tot.* Socin. *ad l. 15. cui fuerit. de condit. & demonstrat.* vbi plures allegat, dicitque quòd hæc crebrior Doctorum sit sententia, licet aliàs articulus sit admodum dubitabilis. Ferrar. *in forma libelli, quo vxor agit ad dot. in verb. vxoris quondam Thadei.* vbi dicit consuetudinem videri in hanc partem inclinasse. Hyppol. *sing. 109. num. 3.* vbi communem dicit. Eandem magis communem & consuetudine approbatam ait Parisien. *consil. 62. num. 19. volum. 4.* vbi ait, quod ab hac parte in iudicando non sit recedendum. Dec. *consil. 560. num. 5. in fin.* vbi idem communem pronunciat. Corn. *consil. 240. num. 10. volum. 2.* Cuman *ad l. 5. de diuisione. & in l. 22. si cum dotem. § 12. transgrediamur. solut. matrim.* Felyn. *in rubric de sponsal colum. 3.* Paul. de Castr. *ad dict. l. 15. cui fuerit.* Dec. *in consil. 177. colum. 1.* & Ioan. Brunel. *in tractat. de sponsal. conclus. 1. colum. 7.* vbi hanc conclusionem magis communem pronunciat.

REPLICATIO.

30 PRÆDICTÆ † solutiones & argumenta pro parte negatiua adducta, abundè ad eam stabiliendam satis esse poterant, nisi dissentientes suam istam sententiam nimis tenerè deamarent. Etiam nunc ab nutantes negant sibi factum satis. Quam obrem vrgemur nostrarum solutionum & argumentorum Replicationem addere, vt ea tandem refutata, luce clarius appareat, eos volentes nolentes in eandem reuolui foueam, ex qua se extricare conantur. Te interim, mi frater, rogatum volo, ne aliquo ex hac longa disputatione tædio afficiaris, sed auido cupidoque animo rationem cum ratione, leges cum legibus argumentum cum argumento pugnare contempleris. Sed agedum ferratam illam aduersariorum aciem, Nestoreaque (si credere fas sit) instructam arte, experiamur.

Responsio per nos *ad dict. l. cui fuerit. de condit. & demonstrat.* data, ex eorum sentu hoc modo replicari potest, videlicet eo i pso solutionem istam ostendi iuri haud consentaneam, quo ostenditur rationem statuti æquè in matrimonio, per verba de præsenti contracto, verificatam, sicut in matrimonio per copulam carnalem consummato. Pro † cuius ostensione hoc pro 31 certo præsupponendum, secundum Castrens. *in d. l. cui fuerit. & in l. si donaturus. § 1. de condict. ob caus.* & Ias *in consil. 135. volum. 2.* propter dotis lucrum in hoc statuti passu tria duntaxat requiri. Primum quòd virgo sit nupta. Secundum quòd sit mortua ante virum. Tertium quòd sine liberis decesserit.

Sed ista tria verificantur in matrimonio, per verba de præsenti contracto. Primum, quia desponsatio per verba de præsenti verum matrimonium efficiens, in tercessit, *d. l. nuptias. de reg. iur. d. l. sanctimus. C. de nupt. dict. c. sufficiat, &c.* Secundum in facti contingentia præsupponitur. Tertium eodem modo in facto præsupponitur. Ergo verificatis omnibus statuti requisitis, necessarium est eius dispositionem in proposito habere locum. Ad istam solutionem adducunt quædam (vt isti putant) similia. Primum quòd mater transiens ad secunda vota amittat tutelam, habeat etiam locum, si contraxerit sponsalia de præsenti, Lopez *in Rubr. ext. de donat. inter vir. & vxor. §. 55.* Item † quòd propter 32 sola sponsalia de præsenti contracta vacent beneficia clerici, Rot. *decis. 26. in not. de cleric. coniug.* Item quod hoc casu prohibeatur donatio inter virum & vxor. & alia plura allegant, vt per Phanuc. de Phan. *de lucro dot. in gloss. verb. nupta numer. 58. & sequenti.*

Replicatur II. solutio, videlicet quòd non solùm soluto matrimonio conuale scat donatio inter eos coniuges facta, in ter quos copula intercessit carnalis, sed etiam inter coniunctos per verba de præsenti tantùm, Doctor. & ibi text. *in d. l. 32 cùm hic status. §. pen. & l. 66. Seia. de donat. inter vir. & vxor.*

Negant † quod in solutione III. argu 33 menti dicitur, text. duntaxat *in d. l. 56. Deo nobis C. de Episc. & cleric.* loqui in marito & vxore, sed omninò etiam in sponsis qui matrimonium non consummauerunt, quòd & isti secundum statuti dispositionem possint lucrari, vt ibidem omnes tenere Doctores asserit Phanuc. *dict. loc. numer. 59.*

To

Tutius est, vt negent quod in I V. argumento admiserunt, matrimonij scilicet onera non esse causam finalem, sed impulsiuam tantùm, propter quam dotis lucrum
54 tribuitur, matrimonium † verò per verba de præsenti contractum causam lucrandi præbere finalem. Intellige quòd quidem statuentes moti fuerint propter onera matrimonij, sed ad istum finem concesserint lucrum dotis, vt homines allicerentur ad matrimonia contrahenda, sicque propter fœdus matrimonij principaliter maritum dotem lucrari. Præterea propter coniugij onera maritus dotis fructus lucratur, sicq; eorum causa satis lucri marito concessum est, vt habetur *in d. l. 20. pro oneri. de iur. dot.* Angel. *in dict. c. 17. adscriptitio. Nouell. 22.* Ias. *in consi. 58. & in consil. 115. volum. 1.* per text. *in l. 2. cum quis. in fin. princip. de dote præleg.* ibi: *quia matrimonij causa id lucratus est.* Cæterùm fatuum esse inquit Phanuc. *d. loc. numer. 64.* dicere matrimonij onera esse causam & rationem statuti, cùm quibusdam leue matrimonium sit, & non graue.

Per prædicta replicatur etiam solutio V. argumẽti, cum nulla alia finalis lucrandæ dotis ratio appareat, quàm ipsum matrimonij fœdus. Boër. *decis. 113. numer. 4.* Socin. *in consil. 223. circa fin. volum. 2.* vt hoc ipsum reputat esse veritatem Phanuc. *d. loc. num. 64.* Quod cùm ita sit, necessarium est, vt propter onera matrimonij, tanquàm causam solummodo impulsiuam præbentia, nihil inferatur, etiamsi illa hoc in casu deficiant, *not. per text. in leg. 1. §. secundo loco. de postul.* Accedit quòd quando aliæ statuti vel legis finguntur rationes, quàm in statuto legeuè sunt expressæ, quòd tunc, illis etiam cessantibus, statuti dispositio operetur. Cassan. *in consuet. Burgund. cons. 1.* Sed ratio onerum matrimonij vltra rationes in statuto expressas fingitur, vt suprà in I. replic. ostensum. Ergo, &c.

Vnde etiam ll. in eodem argumento allegatæ corruunt, vel saltem de ratione statuti impulsiua sunt intelligendæ.

V I. Solutionem per nos hoc modo replices, quòd licet matrimonia secundum leges non dotibus, sed personarũ affectione sint contrahenda, quòd tamen propter mores prauorum hominum, qui non nisi propter opulentas dotes matrimonia celebrant, statuentes potuerint fuisse moti, vt dotem mariti lucro cederent, quod etiam ius Ciuile quandoque fuisse secutum videmus, vt exemplum est in vsuris. Quę licet omni iure sint reprobatę; tamen propter impios hominum mores, qui vna vice non poterant aboleri, necessarium fuit, vt aliqualem vsurarum exactionem concederet, vt pleniùs ostendimus *in tractat. nostro controuers. de bon. const. matr. acquis. quæst. 12.*

Quòd statutum non priùs ad effectum possit produci, quàm ductio ad domum facta sit, & onera matrimonij sustenta, vt in V I I. diximus solutione, statuto haud consentaneum esse ex prædictis asserunt.

V I I I. Solutionem tollunt hoc modo. Si verum esset, quòd illa theorica duntaxat haberet locum in emptione & venditione, vel fauore tantùm militis de proximo cingendus pro iam cincto haberetur, sequeretur quòd illa & similis theorica ad nullum alium casum posset extendi, quod secundum omnes Doctor. est falsum. Vel si veritati consonaret, quòd haberet locum in casu tantùm dubio, vt in solutione asseritur, sanè hoc in casu obtineret, cùm is, iuxta maximam hanc Doct. controuersiam, videatur satis dubius. Pari modo non obstat secunda solutio, quia, vt in principio huius Replicationis est ostẽsum, non requiritur, vt matrimonium sit consummatum, sed vt per verba de præsenti saltem sit contractum.

Concesso eo, quod in I X. solutione dictum est, hæc sententia videtur confirmari. Si enim quoad pœnã sufficiat matrimonium qualitercunq; contractum, quanto magis quoad commodum, cùm matrimonij, quod est fauorabile, commodo sit plus fauendum, quàm eius pœnę, *c. odia. c. in pœnis. & vtrobiq; Doct. de reg. iur.*

Negant quod in solutione X. dictum est, statutum non priùs habere locum, antequàm matrimonium per copulam & ductionem consummatum sit, vt suprà declaratum.

Quòd text. *in d. l. vnic. C. de imponend. lucrat. descript.* in solutione X I. retorqueatur pro parte negatiua, non videtur iustè posse fieri, quia is textus idem determinat in sponsa, quod in vxore, vt constat ex verbis *sponsæ affinitatis coeundæ causa,* licet posteà determinando ad vxorem progrediatur, addatque causam, de qua anteà

dixi-

diximus impulsiuam, quæ etsi hic desideratur, non tamen contrariatur, vt paulò ante commemorauimus.

Rursus quod dicitur in solutione XII. falsum esse, quod tempore sponsaliorum de pręsenti contractus, nõ accedat nuptiarum festiuitas, videtur apertè veritati contrariari, quia eo ipso quod talis fit contractus, celebrantur omnia quæ ad substantiam martimonij pertinent, licet quædam non substantiales tunc fortè adhuc desiderantur solennitates, quæ hoc in casu non ligant.

Accedimus ad XIII. solutionem, & re-
35 plicamus non procedere † quod in ea dicitur luctum hoc non causari ab origine, scilicet matrimonio, sed à statuto. Nam licet statutum de dote lucranda disponat: non tamen alia ratione & fundamento disponit, quàm propter ipsum matrimonium. Quod cùm ita sit non immeritò dicitur, matrimoniũ huius lucri principalem esse originem, ac proinde cùm hoc in casu subsit matrimonium, etiam dotis subesse lucrum.

36 Non † contrariatur grammaticalis illa XIV. solutio, cùm non sit releuans, teste Iasone *dict. consil. 135. consil. 58. & consil. 115. volum. 1.* quibus in locis effatur, rationes Salyceti esse grammaticales, non releuantes. Alteram solutionem à nobis datam similiter non leuare autumant, cum statuti dispositio non nisi tribus fundetur fundamentis, inter quæ ductio ad domum, concubitus & similia non computantur. Ergo licet considerentur, nihil tamen, vt dicitur, faciunt ad rhombum.

His sic præmissis transimus ad XV. so-
37 lutionem, replicando † quòd non duntaxat ad excludendum iudicium patris, *d. l. 2. de dote praleg.* matrimoniũ lucri causam describat, sed etiam vt eandem lucri rationem ostendat, cùm aliâs eius verba non perfectam & propriam haberent significationem. Et eo ipso quod dicit matrimonium esse causam lucri, negat eius onera finalem præbere rationem, vnde Decij solutio succumbit.

38 Altera † solutio Aretini, Tiraq. & Rol. est expostitia cõtra ipsissima text. verba, cum ista non nisi matrimonium principalem lucrandæ dotis præbere rationem apertè disponant.

39 Ad Solis † quid dicent solutionem, suo experiemur tempore, non erit fortè absque Censore, cùm multi eorum (heu dolor) hoc seculo extent iniquissimi. Sed agedũ vt suprà multoties, ita ad hanc nostram solutionem, vnam in gratiam aduersatiorum disputantium replicationem addamus, videlicet, ex quo textus non loquatur expresśè de testamento in casu nostro, sed in genere de lucto dotis, nos non posse textum generaliter loquentem ad specialitatem aliquam ducere, quod faceremus, si ista verba, *quia matrimonij causa, &c.* ad dotem ex testamento debitam constringeremus, cùm etiam de statuto intelligi possint.

Nec videtur obstare, quod dicitur subiectam materiam hoc exigere, quia respõdet multoties plus reperiri in nigro, quàm comprehenditur in rubro, & iccirco cùm aptè prædicta verba ad statutum etiam possimus referre, per rubrum hoc facere non impedimur.

Progrediendo ad XVI. solutionem, replicamus, quòd imò dos nostro in casu dicatur lucrum, si enim non diceretur lucrum, statutum non disponeret, quòd maritus dotem lucraret, sed potiùs quòd ei dos deberetur.

Sed vt non solùm simus aduersariis in dictis solutionibus replicandis adiumẽto, sed etiam in oppositis argumentis soluendis eis opem præstemus, accedimus ad I. argumentum, eius maiorem negando, quia si in tali puncto, in quo nos versamur, mulieri daretur potestas donationem lucrandi, vtique eam etiam non sustentis matrimonij oneribus lucraretur, quia, vt sæpiùs dictum est, huiusmodi onera non finalem huius lucri causam præbent.

Nec obstant oppositæ in eodem argumento leges, cùm istæ de matrimonij contractu, & dotis donationisuè constitutione & exactione loquantur.

II. Et III. arg. rationes adducunt grammaticales, quæ non sunt releuantes, secundum Ias. *d. loc.*

IV. Argumentum ratione etiam nititur grammaticali, ac proinde non obstat. Potest etiam responderi secundum Phanuc. *dict. loc. num. 60.* quòd verbum illud, *Coniugatio*, æquè benè verificetur in matrimonio per verba de præsenti contracto, ac in matrimonio carnali copula consummato, cùm etiam ante carnalem copulam verè & propriè matrimonium

dica-

dicatur, alioquin, inquit, matrimonium, quod fuit in Paradiſo terreſtri inſtitutum à DEO omnipotenti, antequàm parentes noſtri peccarent. *c. ſicut.* §. *his autem.22.q.2.* non fuiſſet verum propriumque matrimonium, quod eſt falſum. Item inter ſanctiſſimam virginem Mariam, & ſanctum Ioſephum, non fuiſſet verum matrimonium, quod pariter veritati non conſonat.

Quod dicitur in maiori propoſitione V. argumenti, matrimonium de præſenti non dici perfectè matrimonium, non procedit ſecundū ſimpliciter, ſed ſecundum quid, hoc eſt, tantum quoad copulam carnalem, quod à ſtatuto non conſideratur, Bart. *in l.45. hoc legatum. de legat.3.*

Non obſtat VI. argumentum, quòd ſtatutum ſit intelligendum, in quantum maritus matrimonij onera ſuſtinuerit, cùm hoc ſuprà refutatum ſit, nec probatur per *dict. l. dotis fructus*, & ſimiles, quia iſtæ non diſponunt de lucro ipſius dotis, ſed de eius fructibus.

40 Reſpondemus † ad minorem VII. argumenti, ꝙ varius hoc in caſu loquendi vſus reperiatur, imò quòd homines non ſolùm ſponſam de præſenti, ſed etiam de futuro vxorem quandoque appellent, & viceuerſa mulierem, cum qua matrimonium conſummatum eſt, infra nuptiarum annum ſponſam cognominant, ſicq; videmus quòd communis effandi vſus potiùs pro hac opinione militet, quàm pro altera, vt hoc Corneum *in conſil. 116. volum.3.* animaduertiſſe ſcribit Phanuc. *d. loc. nu. 62.* vbi pariter allegat Caſtrenſ. *in conſilio 115.* dicentem, quòd ſecundum communem loquendi conſuetudinem ſponſus & ſponſa de præſenti appellentur maritus & vxor.

Prædictis ſic abſolutis, concludunt denuò, vt in prima parte concluſum eſt.

Hanc concluſionem tàm in conſulendo, quàm in iudicando omninò ſequendam exiſtimant Phanuc. de Phan. *d. gloſſ.2. in verb. nupta. nu.57.* cùm ſit de iure probabilior, pluriumq; Doctorum authoritatibus confirmata, &c.

Concluſionis huius ampliationem primam dicunt, vt etiam procedat, ſi matrimonium per momentum ſtetiſſet. Bald. Angel. Alexand. *in l. non tantum. Cod. de legat.* Paul. de Caſtr. *in d. l. ſi donaturus.* §. *1.* Aretin. *in leg. 2. & in l. ſi ante nupt. ſolut.* *matrimon.* vide Tiraquell. & plures ab eo allegatos, *in l. ſi vnquam. numer.177. C. de reuocand. donat.* Sed eſt controuerſa hæc ampliatio, vt patet per Iaſon. *in dict. l. non tantum.*

Secundò ampliatur etiam procedere, ſi nigrum loqueretur ſpecialiter, rubrum verò generaliter. Exemplum eſt, ſi rubrum determinaret de vxore, nigrum autem de vxore cognita. Roland. *tract. de lucro dot. q.9. nu.4.* quem ſequitur Phanuc. *d. loc. nu.69.*

Eiuſdem † concluſionis exceptio prima eſt, niſi vir fuerit in cauſa, quò minùs mulier ad domum duceretur, aut matrimonium conſummaretur, *arg. l. quaero.* §. *inter locatorem. locati.* Bal. *in conſ.110. vol.2.* Socin. *conſ.8. vol.3.* Boër. *deciſ.22. nu.29. part.1.* Gail. *2. obſer.80. nu.11.* 41

Secunda † exceptio eſt, niſi ſponſa ſit minor ſeptem annis. Nam licet illa per verba de præſenti ſit deſponſata: tamen propter defectum ætatis in ſponſalia de futuro reſoluuntur, *text. in c. literas. & in c. acceſſit. de deſponſat. impub. text. in c.1.* §. *idem quoq. eod. tit. in 6.* Boër. *d. deciſ.22. nu.37.* Dec. *conſ.681. nu.1.* 42

Tertiò † excipitur ſecundum Iaſ. *d. conſ. 58. in fin. vol.1.* niſi maritus natura frigidus ſit. Is enim licet ad domum vxorem duxerit: non tamen lucratur dotem, vt refert Gail. *d. loc.* 43

Quartò, niſi ſtatutum † loqueretur de vxore in matrimonio copulata. Bald. *in l. 5. non ſine. C. de bon. quæ lib.* Ratio eſt, cùm aliàs dictio iſta, *Copulata*, nihil operaretur, ſi matrimonium non eſſet carnaliter conſummatum. Idem tenet Iaſ. *in conſil. 58. colum. 1. volum. 1. & in conſil. 135. volum. eod.* & rurſus Bald. *in conſil. 199 volum. 3.* vbi inquit, quòd ſi teſtator legat Bettæ decem ſub conditione, ſi Seio per matrimonium copulabitur, quòd tale legatum non habeat locum in nupta de præſenti, niſi fuerit carnaliter cognita, vel ducta, cùm præſumatur ſtatutum & teſtamentum matrimonij effectum conſiderâſſe. Huius exceptionis replicatio eſt, niſi ſtetiſſet per mulierem, quò minùs cognita non fuiſſet. Bald. *in d. l. non ſine.* quem refert & ſequitur Alexand. *in conſil. 129. colum.1. volu.7.* & per ea quæ diximus ſuprà in l. except. 44

Quinta exceptio eſt, niſi ſtatutum diſ-

ponat per ista verba: *Vxore ducta præmorien-*
45 *te, maritus lucretur dotem.* Nam † licet i
sta dictio, *Ducta*, quandoque possit verifi-
cari in desponsata, per verba de præsenti,
de quo videtur esse textus *in c. 5. debitum.*
de bigam. ibi: *vnde si, qui mulierem ab alio viro*
ductam, sed minimè cognitam duxit vxorem.
Ex quibus verbis cognoscitur, quòd etiam
desponsata dicatur ducta.

Et quòd regulariter in iure dictio illa,
Ducere, pro contrahere sumatur, probat
Socin. *consil. 223.* vbi in specie contra hanc
exceptionem videtur determinare. Ta-
men dico eo non obstante, quòd prædi-
cta conclusio in hoc casu non habeat lo-
cum, cùm quia statuti verba, à iure com-
muni exorbitantia, sunt strictè intelligen-
da, & non extendenda, Bald. *consil. 411.*
volum. 3. in fin. Dec. *in consil. 334 & in consil.*
444. per leg. 3. §. hac verba. de negot. gest.
si autem strictè & propriè ista verba in-
telligantur, nihil aliud significant, quàm
ire de loco ad locum, secundum Socin.
cons. 8. vbi expressè dicit, quòd statutum
disponens de vxore ducta, non habeat lo-
cum in desponsata, per verba de præ-
46 senti; tum etiam, quia † verba statuti de-
bent intelligi secundum communem lo-
quendi vsum, *l. 18. cùm de laneonis. §. 3. item ca-*
cabos. de fund. instruct. ibi: *optimum ergo esse*
Pedius ait, non propriam verborum significatio-
nem scrutari, sed in primis quid testator, dein-
de in qua præsumptione sunt, qui in quaque re-
gione commorantur. Quæ verba maximè
ad interpretationem statutorum sunt no-
tanda. Idem tenet Alexand. *in consil. 140.*
volum. 5. vbi verè doctéque ait, quòd in
quacunque dispositione verba secundum
vulgatem communemque loquendi &
intelligendi vsum sint intelligenda, per
textum *in l. 19. sciendum. §. 4. illud. de adil. e-*
dict. Sed secundum communem loquendi
vsum dicitur de eo, qui ritè ad domum
duxit vxorem: ipse vxorem duxit, & non
qui vnam per verba de præsenti desponsa-
uit. Ergo, &c.

Sexta exceptio est, nisi maritus aliqua
onera non sustinuerit, in vestimentis &
iocalibus, *arg. text. in dict. l. dotis fructus.* &
Campez. *in d. q. 13. in fin.*

DVPLICATIO.

VEruntamen vtut prædicta sese ha-
beat Replicatio, nobis etiamnum
prima probatur conclusio, de qua quanto
diutius ingenij vires explicamus; tanto
magis in ea confirmamur. Non enim ob-
stat, quòd in I. dictum est replicatione,
statutum hoc tria requiri, virginem sci-
licet esse nuptam, & sine liberis ante vi-
rum mortuam. Cur sic? quia † in hoc 47
nulla Doctorum consistit controuersia,
sed illorum trium, hoc est, totius statu-
ti quænam sit finalis ratio, non paruo
conflictu quæritur, controuertiturque.
Nos cõsummationem & onera matrimo-
nij finalem statuti præbere rationem affe-
rimus, per argumenta suprà & infra ci-
tata, ac proinde non sufficere, matrimo
nium duntaxat per verba de præsenti esse
contractum, cùm in eo onera matrimo
nialia non reperiantur.

Aduersarij verò opinatores matrimo-
nium ipsum principalem esse causam as
serunt, ac consequenter vbi istud per ver-
ba de præsenti contractum est, statutum
illicò, nullis attentis oneribus, nullam do
mum ductione & concubitu consideratis,
operandi vim accipere.

Hinc patet, quòd tria ista requisita, vel
potiùs nuda statuti verba, in puncto hoc
disputationis nostræ non veniant, sed
quænam eorum sit ratio quæratur, quod
cùm ita sit prædicta replicatio nihil con
trariatur. Reliqua quæ ibidem adducta
sunt, fermè non indigent responsione.
Quòd enim mulier simul ac de præsenti
contraxit matrimonium, tutelam libe-
rorum amittit, sit † ideò, quia eo ipso 48
quod contrahit, mutat animum erga li
beros, iuxta Euripidem dicentem: *Fit*
quodammodo mulier inimica omnibus, qui pri
us familiares erant, vbi coniuncta est secundo
viro. Et iccirco ne fraudem inferat liberis,
statim aufertur ab ea tutela. Similiter re-
spondetur ad alia, in eodem loco obiecta,
scilicet, quòd in eis completa sit prohibi-
tionis ratio, sicque meritò legis dispositio-
nem in eis operari.

Non obstat pariter II. replicatio, quia
nõ eadem in lucro dotis, & donatione in
ter virum & vxorem facta, reperitur ratio,
vt diximus suprà in eadem solut. vers. præ
tereà.

Non † ligat III. quia quòd *in dict. l. 56.* 49
Deo nobis. C. de episc. & cleric. idem non dis
ponatur de sponsis, quod de coniugi-
bus, cuilibet attento animo istum tex-
tum legenti apparebit, etiamsi omnes

Doct. eſſent in contrarium. Nam ſi aliter diceremus, ſequeretur quòd etiam ſponſus de futuro iuxta hoc ſtaturum dotem lucraretur. Probatur: quia textus tantùm loquitur de ſponſis de futuro (cùm ius commune alia non conſideret ſponſalia) & de maritis & vxoribus.

Sed ſponſi de præſenti non poſſunt verificari per iſta verba, *Maritis & vxoribus*, cùm iſtis verbis lex duntaxat eos intelligat, qui matrimonium ex integro conſummauêre, vt ſuprà in eadem ſolutione plenè oſtendimus.

Ergo ſi verum eſſet quod aſſerunt, ſponſos etiam *in d. l.16.* eſſe comprehenſos, deberemus hoc verificare per verba, *ſponſus & ſponſa*, ſicq; idem concludere in ſponſis de futuro, quod de præſenti, quod eſt contra omnes Interpretes.

Cæterùm ſi iuri conſonet, quòd per ingreſſum religionis dos lucretur, iſta ſolutio poterit optimè tueri, ſin minùs, vt nos *in d. quæſt. 17.* concluſimus, erit ſimpliciter negatiuè reſpondendum, ſcilicet iſtam legem, licet hoc diſponat, eſſe fauore religionis abrogatam, ne mulier propter dotis amiſſionem à ſuo propoſito abſtrahatur. Vel ſaltem in caſu ſtatuti non procedere, cùm iſtud mortem naturalem, & non ciuilem conſideret, vt latiùs *in d.q.17.* oſtendimus.

50 Quod † in IV. replicatione dicitur, matrimonium finalem eſſe ſtatuti rationem, vt ſpe lucri dotis homines ad matrimonia contrahenda allicerentur, veritati conſonum haud eſſe ſuprà ſufficienter probauimus, quòd imò homines boni & frugi non ſpe dotis, ſed amore procreandorum liberorum, & vt ſacramenti commodum habeant, ſe coniugali vinculo obſtringant.

Et licet matrimonium etiam neceſſarium ſit, anteqnàm ſtaturi diſpoſitio poſſit habere locum: tamen propterea iſtud ſtatuto finalem perhibere rationem, non erit aſſerendum: multa enim videmus fieri matrimonij occaſione, quæ tamen quoad eſſe, principalem ab eo non trahunt cauſam.

Non contrariatur quod ibidem dicitur, maritum propter matrimonij onera dotis fructus lucrari, ſicque illi ſatis propter onera eſſe proſpectum, quia reſpondemus tantum abeſſe, vt hoc ſententiam noſtram oppugnet, vt planè eam confirmet. Nam ſi verum ſit, quòd leges propter matrimonij onera dotis fructus viro attribuant, cur non ſtatutum huiuſmodi lucrum augens, ob eandem ipſam motum fuiſſe ratione fateremur, cùm iſtud quod à lege hoc in caſu viro attributum eſt, ſtatutum cupiens augere, reputet matrimonij onera tanta eſſe, vt non ſolùm vir mereat fructus lucrari, ſed etiam ipſam dotem. Nec prætereà nobis contrariatur, quod dicit Phanuc. † fatuum eſſe, talem nos allegare cauſam, cùm quibuſdam leue ſit matrimonium, & tamen non negetur, quòd & illis dotis lucrum debeatur. Nam aut loquitur de matrimonio ſacramentaliter intelligendo, quod omnibus ſuaue eſt, vel eſſe debet, quia ſacramentum, in quo termino nos minimè verſamur, aut loquitur de matrimonio accidentaliter intelligendo, prout nos facimus, & dicimus ingenuè Phanuccium fuiſſe in hoc fatuè locutum, quia matrimonium tali modo conſiderando, non eſt ſemper ſine onere & triſtitia, imò nunquam ſine magna triſtitia & onere agi finirique etiam à quouis contractum poteſt, vt † hoc præclarè Plutarch. apud Stobæum hiſce teſtatur verbis: *Certè ſi mihi tale corpus alterum, quale meum, accederet, non viuere poſſem, tantum negotiorum mihi exhibens, pro ſanitate corporis, & victu indies colligendo, & pro gloria ac temperantia, celebrique fama, ac benè viuendi gratia. Quid igitur fieret, ſi alterum quoque tale corpus ſimiliter mihi procurandum foret? Conſtat itaque quòd vxor, etſi viro chariſſima fuerit, non minùs tamen et faceſſat negotij, circa amores aut dolores, quàm ipſamet ſibi. Itaque pro duobus corporibus quod ad ſanitatem, victum, temperantiam bonamque famam attinet, curam gerat oportet. Quòd ſi inſuper liberi naſcantur, iam omnia curis plena ſunt, & inuenilis animi exultatio diſperit, & facies haud ampliùs eadem eſt.* 51 52

Verè † facies haud ampliùs eadem manet. Nam quid marito triſtius, quid calamitoſius, quid denique magis intollerabile fieri contingere que poteſt, quàm inopinatas iſtas, quas conſtante matrimonio ſuſtinet, vexationes, quàm ægritudines quę vxori liberisq; obueniunt, quàm poſtremò proprij ſanguinis interitus, quem vxoris & liberorum cauſa patitur. 53

Reuera hæc si consideremus, matrimonium (prædicto modo sumptum) non iucundum, non leue, non suaue existimandum erit: Hinc an inconsultè Imperator noster *in d. l. vnic. C. de impon. lucrat. descript.* dixerit: matrimonium iuris optimi non esse, cùm tot tantisque suis difficultatibus opprimatur. An temerè Hipponac. apud Srobæ. pronunciauerit: binos cum vxore iucundissimos esse dies, alterum quo ducitur, alterum quo mortua effertur.

Num denique fatuè legum Conditores tot tantaq; matrimoniorum causa concesserint priuilegia, vt passim per tota iuris nostri volumina comperrum est? Sanè non inconsultè, non temerè, non denique fatuè, vt hoc cuiuslibet iustè iudicantis submittimus iudicio.

Ex prædictis constat etiam duplicatio ad V. replicationem, neque suffragatur argumentum, quod vlteriùs in ea oppositum est, quia eius minor apertè falsa reperitur, non enim in hac statuti dispositione rationem expressam esse inuenimus, & iccirco necessariò probabilem hanc onetum rationem statuto adiicimus.

54 Non† contrariatur VI. replicatio, quia si concederetur dotis lucrum, vt diuitiarum cupidi matrimonium contraherent, non eorum mali mores abrogarentur, sed augerentur. Non iuuat, quod de vsuris adiectum est exemplum, cùm vsuræ non modicæ anteà per leges fuerant admissæ & constitutæ, quæ vt abrogarentur, necessariũ erat propter effrenatam hominum auaritiam, eas gradatim abrogare. Seciùs verò in proposito dicendum, cùm nulla vnquàm lege cõcessum, vt homines diuitiarum causa coniugia debeant celebrare, ac proinde non opus, vt aliquid nunquàm concessum paulatim abrogetur.

VII. Oppugnatur per prædicta.

Prima VIII. Solutionis replicatio trãseat. Ad secundam respõdemus, quòd hic casus nostris fundamentis attentè consideratis, non sit adeò dubius. Tertia impugnatur per duplicationem quartam. Vel repete quartam solutionem ad communem istam Doctorum theoricam, in octauo argumento oppositam, quòd illa procedat per modum fictionis, vtpotè quòd de proximo cingendus reputetur vel fingatur pro cincto, cùm tamen in rei veritate non sit cinctus. Sed talis fictio
non † comprehenditur in statuto, *l. 3. §. 6. hac verba. de negot. gest.* Phan. *d. loc. nu. 52.* vbi allegat Socin. *cons. 8. vol. 3.* & diximus suprà in ead. solut. 55

Non arctat IX. replicatio, quia non benè infertur, matrimonium quoad pœnam sufficit qualitercunq; cõtractum, ergo multò magis quoad lucrum dotis, quia ratio statuti per huiusmodi matrimonium non impletur, vt vbiq; in hac q. ostenditur. Ratio verò propter quam infligitur adulterij pœna, per hoc verificatur, cùm sacramentaliter sit contractum, *d. c. sufficiat. 27. q. 2.* & sic meritò pœna suboritur.

X. Replicatio infringitur per ea quæ dicta sunt in quarta duplicatione, & quod diximus negari non potest, cùm matrimonium nisi sit consummatum, secundum vulgi opinionem verè perfectẽq; matrimonium dici non possit. Ideoque cum hoc in casu potissimùm opinio vulgaris, iuxta quam statutum conditum esse præsumitur, sit consideranda, non erit negandum, quin matrimonij consummatio sit necessaria.

Quòd † in XI. replicatione dicitur, textum *in d. l. vnic.* idem determinare in sponsa, quod in vxore, falsum est, cùm quia hoc non potest verificari in sponsa, de qua ibi agitur de futuro, secundum omnes, tùm neque in vxore, cùm ea talis postuletur à textu, quæ ex integro matrimonium consummauit, vt constat ex verbis ibid. positis: *nec enim iuris optimi est matrimonium, cùm tot tantisque suis difficultatibus opprimatur, &c.* 56

Ex quibus verbis aperto apertius liquet, textum loqui de matrimonio plenè consummato, cùm matrimonium de præsenti tantùm contractum, tot difficultatibus nondum sit subiectum, vt hoc iustè à nemine negari potest.

Falsum † esse meritò dicitur, quod in XII. triplicatione est assertum, videlicet, eo ipso quod sponsalia contrahuntur de præsenti, nuptiarum accedere festiuitatem, quia si hoc veritati non contrariaretur, sequeretur ipsum matrimonium, quod per verba de præsenti solummodo contrahitur, nuptiarum dici festiuitatem, sicque substantiale simul cognominari accidentale, quod est impossibile. Ideoq; necessarium est, vt verba ista, *nuptiarum festiuitas*, ad 57

exrer-

externas referamus ſolennitates, pront etiam textus omninò vult intelligi, vt hoc ibi gloſſa communiſq́ue Interpretum ſchola confirmat, & corroborat iſtum intellectum text. *in l. pen. in fin. de donat. inter vir. & vxor.* vbi enarratur quomodo antiquo de more nuptiarum feſtiuitas celebretur, vt eſt text. expreſſus in Nouell. Leon. 89. cuius verba hæc ſunt: *Itaque quemadmodum adhibitis ſacris deprecationibus adoptionem perfici præcipimus* (vt in Nouell. 24) *ſic ſanè etiam ſacra benedictionis teſtimonio matrimonia confirmari iubemus. Adeò vt qui citra hanc matrimonium ineant, id ne ab initio quidem ita dici, neque illos inuita illa conſuetudine, matrimonij iure potiri velimus.* Et paulò poſt: *Coniugalis vitæ deſiderio teneris? coniugij leges ſerues neceſſe eſt.* Quæ verba optimè prædictorum patrum ſententiis conueniunt.

Nec non ſemper certas quaſdam nuptiarum ſolennitates fuiſſe, tàm apud gentes & barbaros, quàm apud nos in more poſitas, ſuprà abundè oſtendimus, & idem hoc Ouidij carmen indicat.

Quos faciunt iuſtos, ignis & vnda viros.

Et verſus Verrij Flacci 8.

Ignem Pollux, vndamq́ iugalem prætulit.

Quibus tandem omnibus conſideratis, pro certo conſtat, prædictum text. *in d. l. ſancimus.* non per verba duntaxat verificari de præſenti.

Veritati haud conſentaneum eſſe, quod in XIII. dicitur replicatione, ſuprà ſufficienter demonſtrauimus. Tametſi enim matrimonium ſtatutum conſideret: non
58 tamen † ea ratione & modo conſiderat, prout per verba de præſenti conſideratur, ſed integrè pleneque conſummatum exoptat, vt hoc ex vulgari hominum intellectu, iuxta quẽ ſtatutum intelligendum, vt communi Doctorum placuit reſponſo, confirmamus. Confirmamus hoc idem, quia matrimonium non conſideratur, vel vix conſiderari poteſt, ſicut pars aduerſa per verba de præſenti conſiderat, cùm talis matrimonij conſideratio vulgari homini ſit incognita.

Ad dices ſtatuta non ſemper à vulgaribus hominibus condi. Nihil refert, cùm etiam docti debeant ſecundum vulgarem intellectum ſtatuta condere, cùm aliàs citra intellectum vulgarem poſita, nullas meritò haberent vires, quia vulgus in hoc quod non intelligit, non præſumitur conſentire, ſed ſine vulgi conſenſu ſtatutum non videtur valere.

Nec verò propter matrimonium ſtatuentes principaliter fuiſſe motos, ſuprà pronunciauimus, & verum hoc eſſe per ſimilia conuincimus. Nam ecce ſtante ſtatuto, quòd maritus non poſſit relinquere vxori, non habet locum in caſu, in quo vxor non fuit carnaliter cognita, vel ad domum traducta. Dec. *conſil. 540.* Item diſpoſitioni *l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. hab.* non datur locus in deſponſata tantùm per verba de præſenti, vt ibid. Gloſſ. & Doct. determinant. Item pœna filię ſine parentum conſenſu nubenti impoſita, non procedit in ea, quæ matrimonium non conſummauit, Anchar. *conſ. 19.* Per hæc & ſimilia declaratur, prædictam ſtatuti diſpoſitionem non priùs operari, antequàm matrimonium ex integro ſit conſummatum, eiusq́; onera à viro ſuſtentata.

Progrediendo † ad XIV. replicationem, 59
in qua temerè per Iaſonem obiectum, Sayceti rationes eſſe grammaticales, reſpõdemus quòd non ſolùm ſint grammaticales, ſed etiam textuales, & tales propter quas non minima Doctorum turba hanc amplexa eſt ſententiã, propter quas ſtatutum Ferratienſe noſtram quam defendimus ſtatuti rationem, in eodem caſu expreſſit, vt refert Phan. *d. tract. de lucro dot. gloſſ. 2. num. 43.* propter quas inquam pars aduerſa territatur, & tranſlatis aliò velis, proram vt flectat cogitur.

Porrò nunquid ſtatuti diſpoſitio, iuxta communem loquendi cõſuetudinem intelligenda, cuius proprietas matrimonij vocabulum, non niſi in matrimonio plenè cõſummato verificat. Sed an grammaticalis illa ratio non liget, dic ſodes? cùm commune ſit Doctorum placitum, ſtatuti diſpoſitiones, iuxta vulgarẽ effandi vſum eſſe intelligendas? Nunquid quorumuis verborum proprietas, in qualibet (quoad fieri poteſt) diſpoſitione vt quid interdictum conceſſumuè cognoſcat, ſit ſeruanda, ſed num illud ſine grãmaticali fieri poſſit ratione quærimus? Num, inquam, iuris noſtri conditores & Interpretes, illicitè & ſine ratione, tàm frequenter à vocabulorũ proprietate, ſicq́; à grammaticali ratione, in caſu dubio auſpicati fuerint, & concluſerint? Non profectò. Vides ergo quàm temerè Iaſon & ſimiles hoc in puncto locuti

sint? Sed & hoc illis ignoſcamus, & ad alia tranſitum faciamus.

60 Tametſi † aliorum ſolutiones, ad *d. l. 2. de dote præl.* ab impugnatione XV. replicationis poſſent quoquo modo tueri; tamen cum vna noſtra ſufficiat reſponſio, ad eam tuendã paucis reſpondemus, videlicet, nõ poſſe nec debere dotem aliunde eſſe relictam intelligi, quàm ex teſtamento, cùm hoc & rituli rubrica expoſtulet, & ex lege aliud cognoſci non poſſit.

Vnde nec legem generaliter loqui eſt dicendum, cùm iuxta rubricam ſit conſtringenda. Et quod non ſit nouum, multoties plus reperiri in nigro, quã in rubro, concedimus, modò illud quod plus reperit᷑ in nigro, tacita vel expreſſa ratione nitatur, quò poſſit cognoſci plus eſſe adiectum, quàm rubrica expoſtulat.

Sed in hac lege nihil reperitur quo poſſit intelligi, diſpoſitum in ea etiam eſſe intelligendum de ſtatuto. Ergo neceſſarium eſt, vt maneamus in rubricæ intellectu.

Quòd ſtatutum noſtrum diſponit de dote lucranda, per hoc non intelligit, dotem reſpectu viri merum lucrum eſſe, vt in XVI. replicatione dictum, ſed quia ſuſtinet onera matrimonij, in eorũ recompenſationem imputari dotis lucrum, *arg. text in d. l. dotis fructus. & in d. l. pro oneribus.* ſicque dotem non merum lucrum, ſed recompenſabile reputar, & ita prædicta verba, *de dote lucranda*, neceſſariò ſunt intelligenda, cùm aliâs ſtatuti ratio, etiam aduerſæ partis, facilè ſuccumberet.

His ſic præmiſſis, accedimus ad noſtrorum argumentorum ſolutiones, breuiter replicando, quòd immeritò maior I. argumenti propoſitio negata ſit, vt hoc ſufficienter ſuprà in 4. 13. &c. duplicat. demonſtrauimus. Quod verò ibid. dicitur in contrarium citatas leges de dotis donationiſue cõſtitutione & exactione loqui, fatemur, quod autem argumento earum legum prædictum argumentum non poſſit confirmari, rurſus negamus. Bald. *in d. auth. dos data.*

Quòd rationes II. & III. arg. omninò ſint releuantes, conſtat ſuprà ex XIV. duplic.

61 Nihil † facit ad rhombum, nos meritò licimus, Phanuccij ſolutio ad IV. argumentum data, quia non inficias imus, inter Adamum & Euam in Paradiſo verum fuiſſe matrimonium, nec contrarium de Sancta Maria & Ioſepho ſtatuimus, cùm nobis ignotum non ſit, verũ & legitimum ſacramentaliter intelligendo, inter eos fuiſſe coniugium, vt ſuprà confeſſi ſumus. At quid inde infertur? Nihil, cùm nos de matrimonio carnali copula cõſummato diſſeramus, Phan. verò de non conſummato loquatur, in quo ſtatuti diſpoſitionem locum haud ſibi vindicare, per totam hanc duplicationem oſtendimus.

Pariter quòd ſtatutũm matrimonij cõſummationem conſideret, vt negat᷑ in V. ſolutione, hoc eſt, ad domum ductioné & carnalem copulam, ſuprà paſſim probauimus, & oſtenditur iuxta tritam loquendi conſuetudinem, quæ proprium verumq; duntaxat reputar matrimonium, quod ex integro conſummatum eſt, vt hoc innumerabilis diuerſarum regionum hominum multitudo comprobat.

VI. Solutio improbatur ſuprà per IV. duplic.

Quod dicit † Phanuc. in VII. ſolutione Corneum animaduertiſſe, etiam ſecundum vulgarem loquendi vſum, ſponſum ſponſamue coniuges appellari, veritati conſonum non eſt, licet Corneus hoc dixerit, niſi amator fortè ex laſciuia ſuam amaſiam tali voce ſalutet: libido enim ait Chryſoſt. ſuper Matth. hom. 33. neſcit modum. 62

Iam expectauimus claſſicum illud aduerſariorum ingens, expectauimus tela illa Coletica vel Herculanis certiora. Sed an nobis inflixerint vulnera, tu iudicabis. Sanè nullo nobis opus eſſe medico exiſtimamus.

Concludimus, vt in ſecunda parte concluſum eſt.

Hanc controuerſiam inter alias, cum in florentiſſima Herbipolenſi Vniuerſitate pro ſummo in vtroq́ue iure gradu aſſequendo repeterẽ, An. à Chriſto nato 1600. propoſui, & in præſentia præclariſſimorũ & excellẽtiſſimorum Dominorum Doct. Anthonij Salyceti, Petri Gilkenij, Ioannis à Drieſch. Petri à Demeradt, Auguſtini de Ryck, &c. quos honoris cauſa meritò nomino, aliorumq; Dominorum Candidatorum opponentium & diiudicantium, defendi.

Prædictæ concluſionis primam dicit eſſe exceptionem Salyc. *in d. l. cũ in re. C. de donat. ante nupt.* niſi mulier ducta eſſet ad domum, vt viro coniungeretur, & ante con

iuoctionem decederet, *arg. l. vlt. de milit teſtam. §. fin. Inſt. de donat.* Rationem fortè eius exceptionis putat eſſe, quòd ſtatutum requitat ductionem in domum & onera matrimonij. Sed hîc ductio in domum facta eſt, nec non oœra matrimooij, in lugendo, ſepeliendo, & ducendo eam in domum, maiori ex parte à matito ſuſteota. Ergo hoc in caſu ſi eadem ſit ratio, idem ius erit ſtatuendum, *arg. d. l. adigere. de iure patron.* Sed ego licet eam adiecerim rationem: tamen timidè iſtam exceptionem, propter ea quæ ſuprà dicta ſunt, amplecteret. Qua de re latiùs alibi.

36 Secunda exceptio eſt, vt non † procedat in vito, mottem vxoris non vindicante, Bart. *in l. ſequens. §. fin. ad Sillan. & in l. ei qui mortem. C. de his. quib. vt indig. hered. auffert.* Diximus plenè de hoc infrà q. 28. quod multo magis procedit ſecuodum euod Bart. ſi maritus ipſe vxorem occiderit, de quo vide infrà q. 29. Ampliatur etiam hæc exceptio procedere, ſi maritus eruditos medicos in curando vxotem infirmam non adhibuerit. *Doct. ad l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſeuiſſimo. ſol. matrimon.* Intellige cùm potuiſſet eos adhibere, & noo adhibuit, Zaſ. *in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ſolut. matrim.* vbi atrepta occaſione docet nouos Aduocatos, modum articulandi, capitula & poſitiones, qui a non ſufficit ſi dicerent: Item non adhibuit vxori infirmæ medicum, niſi adderent, cùm facilè eum adhibere potuiſſet. Et tunc concludunt poſitiones, quæ aliàs non concluderent, quod eſt obſeruandum in practica.

64 Tertia † huius concluſionis exceptio eſt, niſi dos ſit conſtituta in bonis feudalibus vxoris, Bald. *in c. 1. § quamuis. de inueſt. de re alien. fact. faciend. in vſib. feud.* & idem Bald. *in c. 1. col. 4. de prohib. feud. alien. per Frid.* Rom. *in Auth. præterea. C. vnde vir & vx.*

Quartò excipitur aduerſus filios mariti. Nam licet maritus ante vxorem decederet relictis filiis: tamen non gaudent eodem priuilegio, quo gaudebat pater, ſed reſtituenda eſt dos ſuperſtiti vxori, *l. 1. in princ. & ibi Bart. de dot. præleg.* & vide Bart. & Doct. *in l. poſt dotem. ſol. matr.* Ang. *ad d. §. fuerat. num. 25. Inſt. de act.*

65 Quinta exceptio eſt, niſi † liberi ex primo matrimonio exiſtant, *l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. & ibi* Bart. Bald. Salyc. & communiter Doct. Item omnes *in d. l. vnic. C. de inoffic. dot.* Iaſ. & Curt. iun. *in d. auth. præterea. nume. 14. C. vnde vir & vx.* vbi eam magis receptam affirmat. Huius exceptionis replicatio eſt, niſi ſtatutum diceret, vel ex mente ſtatuentium colligi poſſet, quòd etiam vir liberis exiſtentibus debeat lucrari dotem, Bald. *conſ. 485 col. 2. vo 6* Salyc. *in d. l. hac edictali. q. 6.* Paul. de Caſtr. *conſ. 192. col. 2. vol. 2.* Roman. *conſ. 44. col. 3.* Pariſienſ. *conſ. 91. col. 4. lib. 3.* vbi eam crebriùs receptam ait. Diſſeo. Socyn. *conſ. 35. vol 4.* & Curt. ſen. *conſ. 78. col. 5.*

Sexta exceptio eſt, niſi matrimonium ſit putatiuom, ſecund. Bald. & Salyc. *in l. 1. C. de condit. ob cauſ.* Alex. *in l. ſi cum dotem. §. fin. ſolut. matr.* & eſt commune Doctorum placitum, teſte Roland. *in tract. de lucr. dot. q. 97. nu. 1. 6. 7 & 13.* Viui. *recept. ſent. in verb. ſtatutum, num. 6.*

Septima exceptio eſt, niſi † maritus trāſeat ad ſecundas nuptias, ſuperſtitibus ex priori matrimonio liberis, quia tunc perdit luctum quoad eius proprietatem, Bal. *in auth. vxore. C. de ſecund. nupt.* Salyc. *ad l. fœmina. C. eod.* Roman. *in l ſi cum dotem. col. 10. ſol. matr.* Alex. *ad l. 1. §. hoc autem. col 2. ad Trebel.* eamque crebriùs à Doctoribus receptam ait Boet. *deciſ. 183. nu. 7. cum ſeq* Ruin. *conſ. 101. col. 2. vol. 1.* Diſſ. Bald. & Corn. *in l. fin. C. de bon. mater. per illum text.* ſed eorum opinio communiter reprobatur. 66

Octaua prædictæ concluſiools exceptio eſt, niſi per ſponſam ſtaret, quò minùs mattimonium conſummaretur, vel quò minùs eius onera ſuſtinerentur. Bald. *ad. l. 5. non ſine. col. 2. C. de bon. quæ lib.* Paul. de Caſt. *conſil. 155. circa fin. vol. 1.* Alex. *conſil. 129. col. 1. vol. 7.* Pro qua exceptione facit text. *in l. 85. in executione. in fin. de verb. oblig.* ibi: *Quicunque ſub conditione obligatus curauerit, ne conditio exiſteret, nihilominus obligetur.* Idem text. *in l. 24. iure ciuili. de cond. & demonſt.*

QVAESTIO XIV.

Statutum de lucro dotis diſponens an locum habeat in muliere minori?

SVMMARIA.

1 *Statutum pœnale non ligat minores, & nu mer. 2.*

3 *Statutum generaliter disponens refertur ad habiles.*
4 *Consuetudo ligat infantes, & furiosos.*
5 *Statutum quòd non repudians hereditatem infra mensem habeatur pro adeunte, ligat minores.*
5 *Statutum ligat curatorem, respectu minoris.*
6 *Mulier minor vltra vires sui patrimonij dotem constituere nequit.*
7 *Bona mobilia quæ seruando seruari non possunt, minor sine iudicis decreto in dotem dare potest.*
8 *Minori, immoderatam dotem constituenti, quo pacto subueniatur.*

PARS I. NEGANS.

AD maiorem huius quæstionis declarationem videtur primò dicendum, quòd statutum de lucro dotis disponens,
1 non habeat locum in muliere minori. Primò ex hoc argumento. Statutum † pœnale non extêditur ad minores, Rom. sing. vlt. vbi inquit, quòd statutum pœnale prohibens extrahere bladum de comitatu, non liget minores. Sed statutum disponens quòd mortua vxore vir lucretur dotem est pœnale, quia eius heredes priuantur ex hoc bonis, viro in dotem datis. Ergo ta-
2 le statutum non extenditur ad minores.
II. Statutum † mandans incarcerari debitores, non comprehêdit minores, Rom. *cons. 120. col. 2.* Barbat. *in cons. 6. vol. 4.* Ratio est, quia tale statutum est pœnale, & ideò non debet comprehendere minores, cùm eis iura faueant. Præsupposito igitur rursus quòd hoc statutum sit pœnale, cùm eo mulieris patrimonium diminuatur, sequitur pro certo quòd istud ipsum statutum non habeat locum in minori.
III. Vulgaris iuris regula est: istud quod in alicuius introductum est fauorem, in eius odium non esse retorquendum. Sed in minorum fauorem est introductum, ne vltra Imperatoriam constitutionem constringantur, vel alicui pœnæ subiiciantur. Ergo talis fauor, à iure ciuili illis concessus, per statutum in eorum odium non est
3 retorquendus.
V. Statutum † generaliter disponens est referendum ad habiles, *arg. l. 1. C. de sacrosanct. eccles.* Sed hoc statutum generaliter disponit. Ergo est referendum ad habiles, hoc est maiores, & non minores.

Ex his videtur concludendum, quòd prædictum statutum de lucranda dote disponens non habeat locum in minori.

PARS II. AFFIRMANS.

PARTEM affirmatiuam vti veriorem defendendo, respondetur dupliciter ad I. argumentum. Primò ad eius maiorem, quòd dictum Romani fundetur in statuto puniente id, quod de iure communi erat impunibile, quo casu non includuntur minores, per tex. *in c. 2. de delict. puer.* Secundò respondetur ad eius minorem, negando verum esse, quòd hoc statutum sit pœnale. Nam ex quo iuxta quorundam Doctorum opinionem hoc statutum est introductum, vt eò citiùs mulieres viros accipiant, certum est, quòd istud mulieribus non pœnale, sed fauorabile sit reputandum.

Ad dictum Romani, in II. argumento oppositum, respondetur istud verum non esse, prout eius contrarium expressè tenet Ias. *ad l. neq. impuberes. de in ius vocand.* Tu responde vt ad minorem primi argum. responsum est.

III. Argumêtum rectè intellectum conceditur, non enim per hoc statutum fauor minoribus à iure concessus minuitur, sed augetur, cùm eius occasione mulieres citiùs, quàm aliàs viros capiant, vt quorundam Doctorum fert opinio. Secundò respondetur, videlicet quòd per hoc statutum non possit auferri fauor ratione dotis mulieri concessus, cùm ea mortua talis fauor respectu eius esse desinat, & sic quod non est non potest per statutum auferri, cùm non entis nullæ sint qualitates.

Respondetur ad IV. argumêtum, quòd in eo plus côcludatur, quàm ex præmissis possit sequi. Dictum enim est in maiore, quòd statutum generaliter loquens sit referendũ ad habiles, & concluditur: ergo nô potest referri ad minores. Quę conclusio non valet, cùm in minori propositione de inhabilitate minorum ne semel dictum sit. Eos autem non esse quoad hunc casum inhabiles, modò patebit.

Hanc † partem esse veriorem confir- 4
matur I. ex eo, quod consuetudo liget infantes & furiosos, *arg. l. Diuus. de offic. præsid. & l. pen. de pararid.* quibus in locis apparet, quòd lex eos liget, ergo consequenter statutum vel consuetudo potest eos ligari, cùm consuetudo eandem vim habeat, quàm habet lex. *Doct. ad l. 1. C. quæ sit long.*

consuet.

consuet. Ergo multò magis consuetudo vel statutum debet ligare mulierem minorem quæ matrimonium contrahit, cùm hæc maior sit infante, *arg. auth. multò magis. C. de SS. Eccles.*

5 II. Confirmatur † per ea quæ dicit Paul. de Castr. *in l. si pupillorum. C. de repud. hered.* statutum nimirum disponens, quòd non repudians hereditatem infra mensem habeatur pro adeũte, ligare minorem. Item confirmatur per illud quod voluerunt Salycet. Paul. de Castr. & Alex. *in l. fin. C. de in integr. rest.* statutũ scil. de compromissis fiendis, ligare etiam pupillos & minores.

6 III. Est † tex. pro hac parte *in l. 32 sine herede. § 6. Lucius Titius. de administ. tut.* vbi curator quoad administrationem curatelæ, tenetur idem præstare vigore statuti, vel consuetudinis, quòd tenentur præstare maiores, non obstante aliquo minorennitatis priuilegio. Idem casus in *l. 1. C. si aduers. donat. & ibi Bald.*

Et summatim quòd minores per consuetudinem & statutum ligentur, tenent Bart. *in repetit. l. de quibus. col. 10. vers. ego quæro. de legib.* Barbat. *cons. 44. col pen. vol. 3. & in cons. 6. col. 1. vol. 4.* Alex. *cons. 49. col. 3. vol. 1. & in cons. 254. col. 1. vol. 6.* Dec. *in auth. si qua mulier. C. de secund. nupt.*

Ex his concluditur, quòd statutum de lucro dotis disponens habeat etiam locum in mulieri minori. In terminis huic conclusioni subscribunt Guliel. de Cun. *in l. ingenuum. de statu hom.* Bart. *ad l. 2. C. quæ sit long. consu.* Alex. *in cons. 65. vol. 6.* Bald. & Paul. de Cast. *in l. 1. C. si aduers. dot.* Rom. *in cons. 314. & Corn. in cons. 6. col. pen. vol 3.* quos ad hoc refert & sequitur Roland. *tract. de lucro dot. q. 44. nu. 12.* Eandem tenet Campez. *eod. tract. q. 11.* Prædictæ conclusionis exceptio est, nisi absque decreto bona immobilia à muliere minori viro in dotẽ sint data. Ratio est, quia in tali dotis constitutione requiritur causæ cognitio, ne mulier propter ætatis imbecillitatẽ circumueniatur. Est text. *in l. 9. si ex causa. § 1. de mi-*
7 *norib.* ibi: *In † dotis constitutione mulieri quoque subuenitur, si vltra vires patrimonij, vel totum patrimonium circumscripta in dotem dedit.* Ideoque si mulier minor huiusmodi dotem promiserit, ipso iure promissio (quoad excessum fortè) nulla erit, *text. in l. 48. minor. in fin. d. tit.* Et hæc causæ cognitio spectat ad iudicem, vt est tex. *in l. 22. lex quæ tutores. C. de administ. tut.* ibi: scilicet per inquisitionem iudicis (bona immobilia in dotem donationemuè licitũ est dare) *& probationem causa, interpositionemque decreti, vt fraudi locus non sit.* & vide Bar. *in l. prædia. C. de præd. minor.* Bal. *in l. nulla. in fin. C. de iure dot.* & Cuman. *in cons. 109.* Iccirco cum dos rerum immobilium à muliere minori sine decreto iudicis constituta non valeat, certum est quòd etiã pactum de istius dotis lucro appositũ non valeat, cùm non entis nullæ sint qualitates, *l. eius qui in prouincia. si cert. pet.* ita concludunt Rom. *cons. 314.* Cuman. *d. cons. 109. col. 2.* & Corn. *in consil. 3. col. pen. vol. 3.*

Non obstat si obiiciatur, quod minor in matrimonio habeatur pro maiori, *c. fin. de iud. in 6. & in l. ait prætor. in princ. de minorib.* quia respondetur, quod licet respectu matrimonij habeatur pro maiori, tamẽ secus respectu dotis, cùm eo in casu, ne propter ætatis imbecillitatem minorib. fraus inferatur, aliud in iure specificè sit statutum, *d. l. 22. & l. magis puto. § ne passim de reb. eor.*

Bona † autẽ mobilia, quæ seruando ser- 8
uari non possunt, non prohibetur minor absq; iudicis decreto in dotem dare, prout determinant Bart. & Aret. *ad l. si ex legati causa. de verb. oblig.* Ratio est, quia minor in his bonis habetur pro maiore. *Glos. & Doct. ad l. 1. § fuit quæsitum. ad Trebel.*

An autem minori dotem immoderatam constituenti aduersus prædictum statutum succurratur, quæstionis est? Et non quidem aduersus statutum *per d. l. sine herede. § Lucius de administ. tut.* Sed per restitutionem in integrum aduersus dotis cõstitutionem, & sic per consequens indirectè contra effectum statuti minoribus succurri respondent Doct. Bald. *ad d. l. 1. C. si aduers. dot.* quem sequitur Campez *tract. de dote. part. 5. q. 11. per d. § Lucius.* & Tiraquel. *in tract. de retract. chart. 773.* quem cum aliis citat & sequitur Roland. à Valle. *d. tract. de dote. q. 46.*

QVAESTIO XV.

An statutum alicuius ciuitatis de lucro dotis disponens habeat locum in filiabus principis eiusdem ciuitatis ciuis.

SVMMARIA.

1 *Ciuis quis dicatur.*

2 *Obligans se ad vnum præsumitur se obligasse ad omnia, ex eo prouenientia.*
3 *Lex municipalis, quæ permittente Principe fit, perinde ligat subditos, ac si ab ipso Principe esset condita.*
4 *Par in parem non habet imperium.*
5 *Princeps non tenetur legib. etiam à non subditis conditu, nisi in eius fauorem. nu. 7.*
6 *Consuetudo non ligat Principem, etiam eius consensu introducta.*
8 *Episcopus vel Princeps non ligatur à lege à se condita, si non velit.*
9 *Princeps num sit solutus legibus à se ipso conditis, non sine ratione disputatur.*

PARS I. AFFIRMANS.

PRINCEPS alicuius ciuitatis ciues, si filiam suam in eadem ciuitate alicui in matrimonium tradat, quæritur anne Princeps respectu suæ filiæ sit subiectus eiusdem ciuitatis statuto, de lucro dotis disponenti? Pars affirmatiua, quòd Princeps huiusmodi statuto intelligatur subiectus,
1 probatur I. ex descriptione ciuis. Nam † à ciuitate dicitur ciuis, qui eiusdem ciuitatis legibus est subiectus, & iccirco is, cuius in fauorem priuilegia ciuilitatis sunt concessa, non venit excusandus à collectis, & alijs eiusdem ciuitatis oneribus, non obstante *l. 6. quod fauore. C. de legib.* qua dicitur quod in alicuius fauorem est introductum, in eius odium non esse retorquendũ. Ratio est, quia huiusmodi onera sunt de natura rei concessæ, putà ciuilitatis. Ita
2 singulariter dicit Bald. *in d. l. 6.* vnde † pulchrè ait Paul. de Cast. *in l. 38. si duo. de acquir. hered.* quòd is qui se obligat ad vnum, videatur etiam se obligasse omnibus legibus loquentibus de eo. Ex quo igitur Princeps ciuilitatem accipit, seque ciuem profitetur, videtur pariter accepisse & approbasse leges, vel statuta eiusdem ciuitatis, seque eis submisisse.
3 II. Lex † municipalis, quæ permittente Principe fit, perinde existimanda est, ac si ab ipso Principe esset lata, arg. *l. 6. si remunerandi. §. 2. si passus. l. 18. qui patitur. l. 53. qui fide. mand. l. 60. de reg. iur. l. 5. §. 10. de his qui deiecerunt. & l. 6. C. mand.* Sed lex à Principe lata non solùm seruanda à subditis, verùm etiam ab ipso Principe, imò plus seruanda à Principe, quàm à subdito: turpe enim videtur Principi legem à se latam proprio facto infringere, cuius rei saluberrimum alibi de Zeleuco Locrensium Legislatore retulimus exemplum.

Hoc cùm ita sit, videtur concludendum, quòd prædictum statutum eodem modo locum habeat in Principe, sicut in plebeio.

PARS II. NEGANS.

PARS negatiua cùm sit verior, eam tenemus, respondendo ad I. argument. quòd licet is, cui priuilegia ciuitatis concessa sunt, vel qui in ciuem acceptus est, intelligatur etiam eiusdem ciuitatis legibus subiectus, quòd tamen hoc non procedat in Principe. Ratio † est, quia par in 4
parem, vel inferior in superiorem non habet imperium, *text. in l. 31. Princeps. & ibi glos. de legib.* ibi: *Princeps legibus solutus est.* vide Bald. & Alex. *ad l. 25. debitorum, C. de pact.*
At † dices hoc procedere tantum in Principe, cui ipsa ciuitas est subiecta? Respondetur verum quidem hocesse, sed dignitatem & eminentiam Principis eum hoc in casu facere superiorem, fac. quæ dicit Brun. *in tract. excl. fœm. in 6. art. pri. memb. 1. q. 7.* Sic quoque Doctores, milites aliæq; personæ priuilegiatæ, licet locus in quo sunt eorum potestati non sit subiectus, tamen à multis oneribus eximuntur, quæ plebeis sunt portanda, & hoc propter eorum dignitatem, & priuilegia specialiter eis concessa, quod idem multò magis de Principibus dicendum est. Videmus etiam hoc multis in locis obseruari, vt inter cæteros apparet in Principe Cliuensi, Iuliacensi, &c. Qui licet ciuis sit Imperialis ciuitatis Coloniæ: non tamen tenetur eiusdem ciuitatis statutis, maximè oneros is, se submittere. 5

Negatur minor II. argumenti propositio. Nam licet cócedatur, quòd statutum tacitè à Principe admissum, perinde sit reputandum ac si expreßè ab eo esset conditum: tamen ex eo non sequitur, quòd tali statuto obligetur, cùm propter suam dignitatem & potentiam legibus solutus sit, per text. *in d. l. 31.* Non obstat exemplum de Zeleuco ibidem relatum, quia licet istud & similia non sint vituperanda, sed omnino in Principe laudanda, non tamen in eis potest fieri fundamentum, cùm non exemplis, sed legibus diiudicandum sit, Princepsq; non ad tale aliquid lege obligetur, sed proprio motu impellatur.

Vlte-

Vlterius pro hac parte argumentatur I. hoc modo. Statutum à minori vel inferiori conditum, quo præiudicatur maiori vel superiori, nõ ligat quoad superiorem, *text. in c. 16. cum inferior. de maior. & obedient.* ibi: *cum inferior superiorem soluere nequeat, vel ligare, sed superior inferiorem liget regulariter & absoluat, &c.* Idem tex. *in l. 6. & in l. 41. decurio. C. de decur. lib. 10.* estq; cõmune Doctorũ responsum in *c. 1. de raptor.* Sed per hoc statutum ab inferioribus conditum præiudicatur superiori, quia priuatur per hoc dote filiæ data, quam aliâs de iure commum mortua filia recepisset. Ergò, &c.

6 II. Facit † quòd consuetudo populi non liget Principem, etiamsi eius consensu sit introducta, quia consuetudo inferioris non ligat Principem. Roch. de Curt. *in c. fin. q. 9. princ. & ibi glos.* Facit idem quod dicit Felyn. *ad c. 1. col. 1. vers. quarta declaratio. de constit.* & Brun. *in cons. 20. col. 2. vol. 2.* scilicet quòd staturum ciuitatis Ferrariæ, excludens fœminas propter masculos, non habeat locum in hereditatibus illustrissimorum Principum Ferrariæ.

III. Faciunt pro hac opinione text. *in l. 3. quia etiam. de alien. iud. causa fact.* ibi: *& potentiori pares esse non possumus. & in d. l. 41.* vbi decurio fortunam quam nascendo meruit, suffragiis atque ambitione non mutat, & *in d. l. 6.* Idem per text. *in d. c. cum inferior.*

Concluditur quòd consuetudo, vel statutum inferiorum, non liget Principem vel superiorem.

7 Intellige † istam conclusionem quoad eius incommodum, secùs verò quoad commodum, vide Bald. *ad l. 4. in legatis. C. ad l. Falcid.* vbi dicit quòd licet statuta locorum non ligent Principem, tamen hoc non intelligendum esse quoad eius præiudicium, ideoque concludit, quòd si Imperatori per testamentum aliquid relictum fuerit, quod absque lege municipali capi non potest, quòd tunc Imperator ista lege benè ligaretur.

8 Et quod † dictum est de statuto vel lege aliorum, intelligendum etiam est, de lege ab ipso Principe condita, qua non ligatur quoad præiudicium eius, vide Paul. de Castr. *ad l. 4. digna vox. in fin. C. de legib.* vbi dicit quòd Episcopus faciens constitutionem synodalem, non ligetur ea constitutione, si non velit. Idem dicit Glos. ibid. de Principe, quòd ligetur quidem legibus à se conditis, si velit, aliàs secùs. Et in summa Pontifex, Imperator, cæterique Principes sibi benè prospexerunt, vt dicit alibi Zas.

Sed esset † magna disputatio hoc in 9 puncto, si disputare liceret. Dicere enim quòd Princeps non sit subiectus legi, à se ipso conditæ, non videtur vlli rationi conuenire, imo videtur esse expressè contra ipsam naturalem rationem, quæ exigit ne faciamus alteri, quod nobis fieri nolumus, quod faceret Princeps condendo legem, quam ipsemet obseruare nollet, quod & ipse Imperator videtur fateri *in d. l. 4. digna.* dum ait: *Digna vox est maiestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri. Adeo de authoritate iuris nostra dependet authoritas, & reuera maius imperio est, submittere legibus principatum. Et oracula præsentis edicti quod nobis licere non patimur, aliis indicamus.*

Si igitur principatus legibus subiicitur, non erit tam solute dicendum, quòd Princeps pro suo arbitrio lege obligetur. Accedunt pulcherrima Imperatoris Iustiniani verba, *in l. 1. ex imperfecto. C. de testamen.* quæ istam habent sententiam: *Ex imperfecto testamento, nec Imperatorem hereditatem vindicare posse sæpe constitutum est. Licet enim lex* (attende) *imperij solennibus iuris Imperatorem soluerit: nihil tamen tàm proprium imperij est, quàm legibus viuere.* Quod idem pulchrè exprimit Paulus IC. *in l. 23. de legat. 3.* dum ait: *Ex imperfecto testamento legata vel fideicommissa Imperatorem vindicare inuerecundum est: decet enim tantæ maiestati eas seruare leges, quibus ipse solutus esse videtur,* quasi diceret. Licet Imperator propter summam eius dignitatem & potentiam legibus solutus esse videatur: tamen hoc non tàm effectualiter, quàm reuerentialiter, intelligendum esse. Et dicit ibid. Gothofredus: audiant hoc Principum adulatores: non tantum inuerecundum est subditis & Principi id sentire, sed etiam non licet. Hinc non inconsultè Symmachus in orat. pro veteri Deorum cultu sic Imperatorem alloquitur: *Plus apud vos iustitia, quam licentia valet.* Et Plinius in Paneg. ad Traianum ait: *Non est Princeps supra leges, sed leges supra Principem.* Idem Plutarch. in Apophth. dicit: *Bonus Imperator legibus pareat.*

Sed

Sed relinquimus hæc Principibus: bonus enim Princeps ex propria sciet virtute, quòd in legem à se conditam ipsemet peccare non debeat.

QVAESTIO XVI.

Nunquid statutum de lucro dotis disponens habeat locum in dote, à patre filiæ tantùm naturali loco alimentorum data?

SVMMARIA.

1 *Statutum de lucranda dote habet locum in dote, non alio respectu quàm alimentorum à patre filiæ naturali tantùm relicta, contrà nu. 4. & seq. eiusd. except. nu. 5. replic. numer. 11.*

2 *Pater naturalis nihil aliud, quàm nuda alimenta filiæ præstare tenetur,*

3 *Pater quod dat filiæ naturali, non propter onera matrimonij, sed alimenta intelligitur dare.*

4 *Actui se astringens pariter legibus de isto actu disponentibus se astrinxisse præsumitur.*

5 *Vsusfructus mortuo vsufructuario extinguitur.*

6 *Iura sanguinis immutabilia.*

7 *Nobilitatis definitio Authoris.*

8 *Nobilitas vera secundum Romanos qua dicatur.*

9 *Nobilis præfertur virtuosus ignobilis.*

10 *Nobilium Markensium Ducis Iuliæ laus.*

11 *Authoris replicatio, quòd filia naturalis non præsumatur dotata.*

12 *Dos propriè non dicitur, quod filia loco alimentorum tantùm relinquitur, & nu. 13.*

PARS I. NEGANS.

EXPLORATI iuris est, quòd pater liberis tantùm naturalibus non plùs teneatur relinquere, quàm nuda alimenta, *auth. licet. C. de natural. liber.* vnde quæritur si pater filiæ naturali nubenti relinquat dotem non alio respectu, quàm alimentorum, an in tali dote habeat locum statutum de lucrãda dote disponens? Quod
1 non † habeat locum probatur I. hoc modo. Quod loco alimenrorum filiæ naturali relinquitur, mortua filia non ampliùs relictum esse intelligitur, quia alimenta cum vita finiuntur, *arg. l. 8. cum hi. §. 15. si vni. de transact.* Abb. *in cons. 50. col. 2. vol. 2.* Sed dos quæ relinquitur filię naturali, loco alimentorum intelligitur relicta, cùm † ad 2 nihil aliud pater filiæ naturali teneatur, quàm ad præstationem alimentorum, *arg. l. fin. de exercit.* Imò dicit Bald. *in l. eam quam, col. 10. C. de fideicom.* quem in hoc sequuntur Ang. *in §. nouissimè. col. 2. Inst. ad SC. Orficianum*, quòd pater filiæ naturali non possit plus relinquere, quàm nuda alimenta. Ergo talis dos mortua filia erit restituenda patri.

II. Si dos, quæ à patre filiæ naturali relinquitur, non censeretur duntaxat nomine alimentorum relicta, sequeretur quòd filia naturalis non secundum modum alimentorum, sed secundum quantitatem bonorum patris, & dignitatem viri esset dotanda. *l. cum post. § gener. & ibi Doct. de iure dot.* Sed consequens est falsum. *arg. text. in l. 41. vxorem. §. 11. pater naturalis. de legat. 3.* vbi probatur, quòd pater tantùm naturalis dotando filiam videatur magis habuisse compensandi animum, quàm donandi, quòd non præsumit lex, si pater filiam legitimam dotet, *l. vlt. C. de dot. promiss. l. 5. §. 12. de iure dot.* & vide quæ diximus in tract. nostro controuers. de dote q. 36. Ergo & antecedens, scilicet, quòd pater non iure dotali, sed alimentorum tantùm, censeatur dotem constituisse, ac subsequenter verum, quod hæc dos, (modò dos sit appellanda) eodem modo mortua filia euanescat, sicut alimenta.

III. Cessante causa propter quam potissimum dos constituitur, eamque maritus lucratur, cessat etiam ipsum lucrum dotis. *l. adigere. §. quamuis. de iure patr.* Sed in quæstione nostra cessat causa propter quam constituitur & lucratur dos, scilicet onera matrimonij, *l. pro oneribus. C. de iure dot.* & vide quæ de hoc articulo diximus suprà q. 13. quia quod † datur à patre filiæ naturali, non datur propter onera matrimonij, sed propter alimenta. Bart. *in d. § pater naturalis. & Bald. in d. l. fin. C. de dot. promiss.* Ergo, &c. 3

Ex his & similibus argumentis concluditur, quòd maritus iuxta prædictã statuti dispositionem, dotem, quæ à patre filiæ naturali loco alimenrorum relinquitur, non lucretur.

Huic conclusioni subscribunt Bald. *in d. l. eam quam. col. 10.* Abbas *in cons. 50. col. 2. & in cons. 115. col. 2. vol. 2.* vbi ait, quòd de ista dote, quæ succedit in locum alimento-

rum, idem iudicandum ſit, quod iudicatur de alimentis. Vndè ſicut in alimentis vxor non habet maritum vel quemlibet alium heredem, ita nec in ipſa dote, Dec. *d. conſ. 311. col. 2.* & Lopez. *in repetit. c. per veſtras. §. 24. de donat. inter vir. & vx.*

PARS II. AFFIRMANS.

QVIBVS pars affirmatiua magis arridet, poſſunt ad prædicta argumenta reſpondere, vt ſequitur. Primò ad maiorem I. argumenti propoſitionem, quòd illa procedat de iure merè ciuili, ſecùs de iure municipali aut ſtatutario, putà ſi repetiatur ſtatutum de lucranda dote diſponens, in quod parens tradendo filiam alicui in vxorem conſentit, quia tùnc intelligitur patrem velle ſe aſtringere diſpoſitioni iſtius ſtatuti, de actu matrimoniali loquentis, & recedere à iure communi dotem alimentorum loco relictam reuocanti. Ita hoc argum. ſoluit Roland. à Valle *tract. de dotis lucro. quaſt. 94. num. 18.*

Negatur maior II. argumenti. Nam licet patet naturalis non dotet duntaxat filiam reſpectu alimentorum, ſed etiam reſpectu onerum matrimonij: tamen ex eo non ſequitur, quòd eodem modo cogatur dotare filiam, ſicut pater legitimus. Ratio eſt, quia hic ſecundum leges dotem filiæ patrimonio, vtrique ſtatu condignam, tenetur conſtituere, ille verò non niſi nuda filiæ alimenta præſtare cogitur.

Rurſus negatur minor III. argumenti, quia verum non eſt, quòd ratio, propter quam conſtituitur dos, ceſſet in filia naturali, cùm eodem modo in matrimonio cum filia naturali, ſicut cum legitima contracto, ſubſint matrimonij onera.

4 Pro † confirmatione huius partis argumentatur I. hoc modo. Aſtringens ſe actui, intelligitur etiam ſe pariter aſtrinxiſſe legibus, de iſto actu loquentibus, *l. 65. exigere dotem. C. de iudic.* Doct. *ad l. heredes mei. §. cum ita. ad Trebel.* Sed pater dotando filiam naturalem aſtringit ſe actui dotali. Ergo intelligitur ſe pariter aſtrinxiſſe legibus municipalibus, de lucro dotis diſponentibus.

II. Lex quæ permittit antecedens, id eſt, conſtitutionem dotis, neceſſariò debet etiam admittere conſequens, hoc eſt, lucrum dotis. *l. 3. §. ſcio. de minorib.* Iaſ. *ad l. & ſi prætor. col. 2. de offic. eius. cui mand. eſt iuriſdict.* At lex in locum alimentorum permittit patri naturali conſtitutionem dotis. Ergo, &c.

Ex prędictis fundamentis concludunt, quòd maritus lucretur dotem, à patre naturali filiæ loco alimentorum datam.

Aſſentiunt huic parti Bald. Nouel. *tract. de dote. part. 6. priuil. 16. poſt num. 5. verſ. ſed quid. Crauet. in conſil. 186. col. fin.* Lopez. *in d. repetit. § 24. num. 24.* Bulgar. *in repetit. l. 1. col. 36. ſol. matr.* quos refert & ſequitur Roland. *d. tract. q. 94. num. 15. & ſeq.*

Prædictæ concluſionis exceptio eſt, niſi vſusfructus alicuius fundi à patre naturali loco alimentorum filiæ in dotem ſit datus, *l. 7. dotis fructum. §. 1. de iure dot.*

Ratio † eſt, quia ius vſusfructus, quod datur in dotem, morte mulieris petit. *§. finitur. Inſtit. de vſufruct.* & ideò quod mortua vxore amplius non eſt, maritus lucrari non poteſt, *l. quod in rerum. §. 1. de leg. 5.* 5

Secunda exceptio eſt, niſi filia naturalis habeat propria bona, quibus dotari poteſt, vel niſi ſciat aliquam honeſtam artem, qua ſibi victum & amictum acquirere poteſt, *arg. text. in l. 5. ſi quis à liberis. §. 7. ſed ſi filius. de alend. & agnoſ. lib.* vide Bald. Nouel. *d. nu. 5. verſ. præterea.*

Sed † animaduerte an iſta exceptio procedat in filia naturali alicuius nobilis? Et conſiderando opinionem ruſticanorum nobilium, qui nobilitatem ex mero proauorum ſanguine trahi aſſerunt, videtur dicendum quòd non, cùm iura ſanguinis ſint immutabilia, & tàm benè tranſeant ad liberos naturales, quàm legitimos, *l. iura ſanguinis. de reg. iur. l. in facto. § ſi quis rogatus. ad Trebel.* niſi exerceat aliquod artificium, tali nobilitati conueniens. Quod videtur eſſe de mente Azonis *in ſumma. C. de patr. poteſt.* dum dicit, quòd licet mater teneatur lactare infantem vſque ad triennium, *l. nec filium. C. d. tit. & c. fin. de conuerſat. infidel.* hoc tamen non procedere ſi mater eſſet nobilis, cui ſecundum morem patriæ verteretur vitio lactare infantem, quod dictum Azonis aſſentiens Canoniſtis *in d. c. fin.* minimè approbamus. 6

Sed conſiderando alio modo nobilitatem, dicendum eſt, quòd filia natu-

ralis alicuius nobilis minimè à prædi-
7 cta exceptione veniat excusanda, ea † enim dicitur vera & perfecta nobilitas sanguinis, quæ concurrente parentum legitimorum sanguine propria virtute acquiritur. Nam sola generositas non nobilitat, vt testatur Socrates, dum ait: *Si quis aliquem laudet propter generositatem, parentes eius laudat.* Et Seneca inquit: *Nemo in nostram vixit gloriam: neque quod ante nos fuit nostrum est.*

8 Cuius † sententiæ luculentissimum testimonium scripto relictum est Romæ in Capitolio circa sedilia, cuius verba sunt: *Sola vera & clara virtus nobilitas est, quæ duce optimè Republica consulitur, non enim aliena quis, sed propria glorietur, nedum præclara maiorum nititur iactare facinora, se potius de potius degenerem fateri tacitè videatur. Summo itaque studio ad illam anhelet, vt virtute præditus consulendo prosit Reipublicæ senatuique Romano.* Quæ verba meritò aureis describenda essent literis.

9 Hinc † fit quòd virtuosus ignobilis præfertur nobili carenti virtutibus, vt plenè probat Felyn. *in c. super eo. col. 2. & 3. de testib.* & D. Hieronym. *in epist. ad Celantiam* ait: *Summa apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutibus.* Testaturq; iuuenalis *Saty 8.* dum canit.

Tota licet veteres exornent vndique
Cera atria, nobilitas sola est atq; vnica virtus.

10 Quoties hanc veram & perfectam nobilitatem ob oculos ponimus, toties præclarissimi isti & strenui Comitatus Markensis Illustrissimi Ducis Iuliæ, &c. nobiles nobis in mentem veniunt, qui adeò hanc veram & perfectam nobilitatem exscribunt, vt aliæ cuiusuis fermè nationis nobilibus primas haud concedant. Si enim Iureconsultos inter eos quæras, inuenies adeò excellentes, vt non minus Reipubl. consulendo prosint, quàm olim ipse Æmylius Papinianus, & Domitius Vlpianus, quorum primum iuris asylum, & doctrinæ legalis thesaurum appellare non recusauit Spartianus, alterum verò Imperator Alexander *in l. 4. C. locat.* præfectum prætorio, & parentem suum nominare non erubuit. Sin milites inter eos desideres, adeò bellicosos & strenuos reperies, vt ipsi Annibali Barchino, militi aduersus populum Romanum famosissimo, nec non ipsis Romanis olim militibus, quorum laus per totum orbem sparsa est, eos simillimos iudicaueris. Si, inquam, exoptes homines bene moratos, mites, & variarum linguarum præditos, tales inuenies quales alterius cuiuslibet nationis hominibus haud facilè præferes. Hoc cum ita sit, meritò absque vllo fuco veri & perfecti germani nobiles veniunt appellandi, &c.

Sed ad propositum redeundo, hoc in puncto concludimus, quòd filia naturalis, cùm solus sanguis non nobilitet, à prædicta secunda exceptione non veniat excusanda.

Prædictæ quæstionis conclusio si sit vera, erit amplianda, vt etiam de æquitate canonica procedat in filia ex damnato coitu procreata, cùm in illa eadem alimentorum militet ratio, vt est de mente Imol. *ad l. 1. sol. matr.* cum quo transit Bald. Nouel. *d. tract. vers. præterea.*

REPLICATIO.

CONSIDERANDO † rationis diuersitatem, quæ est inter dotis constitu- 11
tionem faciendam filiæ naturali, & filiæ legitimæ, certo certius patet, quòd ea quæ pro secundæ partis confirmatione adducta sunt, ad hunc modum possint replicari.

Quod dictum est in responsione, ad maiorem primi argumenti propositionem data, dictum argumentum tantùm procedere, de mero iure communi, & non statutario, falsum est Nam cur iuris communis dotis constitutio non procederet etiam de iure statutario, cùm ius istud de dotis constitutione nullam faciat dispositionem, sed saltem de eius lucro, vt thema nostrum indicat? Ex quo igitur statutum, quoad dotis constitutionem, ius commune non infringit, necessariò sequitur quòd parens constituendo filiæ naturali dotem, secundum iuris communis constitutionem eam constituisse præsumatur. Hoc præsupposito omninò concluditur, quòd talem dotem maritus præfuncta vxore non lucretur. Ratio in promptu est, quia statutum secundum iuris communis constitutionem requirit dotem, non solùm causa alimentorum, sed etiam onerum constitutam, hoc est (vt explicabiliùs dicamus) dotem propriè sumptam.

12 Sed propriè † sumendo dotem, non dicitur dos quod pater filiæ naturali alimentorum duntaxat causa relinquit, *arg. tex. in l. 69. cum post. §. 4. gener à socero. & §. seq. de iure dot. idem text. in l. 60. quæro. eod. tit.* quibus in legibus dicitur, quòd dos secundum facultates vxoris, dignitatemque mariti sit constituenda. Ex quo patet quòd in dote constituenda non solùm alimenta sint consideranda, sed etiam dignitas facultatesque vxoris, quibus consideratis quandoque multò plus in dotem datur, quàm alimentorum loco relinqui desideratur. Vnde venit quod id quod alimentorum duntaxat loco à patre relinquitur, propriè dos non sit appellandum, ac consequenter patrem constituendo filiæ naturali alimenta, iuri communi haud renunciasse præsumendum.

Quod respondetur ad maiorem II. argumenti propositionem, quòd licet parens non solùm propter alimenta, sed etiam propter onera matrimonij filiæ naturali constitueret dotem, tamen ex eo non sequi, quod eodem modo ista filia esset dotanda, sicut filia legitima, &c. ad hoc replicatur, quòd imò eodem modo esset dotanda, sicut filia legitima, cùm parens considerãdo onera matrimonij, pariter etiam deberet cõsiderate statutum dignitatemque coniugum, quibus consideratis dos minuitur sæpè, & augetur. Vndè pater filiæ naturali non solùm alimenta, sed legitimam dotem cõstituere teneretur, quod
13 est falsum, *text. † in d. l. 41. vxorem. §. 11 pater naturalis. de leg. 3. & ibi Bart.* vt & in ipsa solutione dictum est, patrem nimirum hoc in casu, non nisi nuda filiæ alimenta præstare teneri; si non nisi nuda alimenta, necessariò sequitur, quòd parens constituendo filiæ alimenta, dotem constituisse non præsumatur, cùm dos plus exigat quàm alimenta, sitque non solum alimentorum causa danda, sed etiam Reipub. vtilitatis respectu secundum statum, facultates dignitatemq; coniugum constituenda. *d. l. 69. & 60.*

Non obstat responsio ad minorem III. argumenti data. Nam licet in matrimonio, cum filia naturali contracto, etiam subsint mattimonij onera: tamen ex eo non sequitur, quòd propterea pater teneatut dotare filiam naturalem, sicut legitimam, causa non latet, quia pater naturalis tantùm non propter onera matrimonij, sed propter nudam vitæ sustentationem filiæ alimenta præstare tenetur. Ex quo patet quod ista & similis ratio constituendæ dotis cesset in patre naturali, ac consequenter necessitas filiam dotandi.

Quæ vlterius pro eadem opinione confirmanda citantur argumenta, non contrariantur, & quidem primum argumentum rectè intellectum in totum conceditur. Quod enim pater dotando filiam naturalem, pariter præsumatur in statutum de lucranda dote disponens consensisse, verum est, sed dicere, patrem constituendo filiæ naturali nuda alimenta præsumi dotem constituisse, falsum est, cùm inter nuda alimenta & dotem maxima sit diuersitas, à qua non bona oritur illatio.

Respondetur ad minorem II. argumenti, quòd licet lex permittat, parentem posse loco alimentorum filiæ naturali constituere dotem: tamen ex quo nostro in casu non appareat, patrem constituisse dotem, eam constitutam minimè esse præsumendum, cùm in necessitatibus, (prout est in constitutione dotis) nemo præsumatur liberalis, nisi ipsa probetur liberalitas. Vulg.

Ex his denuò concluditur, vt in prima parte conclusum est.

Huius conclusionis exceptio videtur, nisi pater expressè filiæ naturali constitueret dotem, dicendo, hanc domum vel illam terræ petiam filiæ meæ naturali in dotem constituo, quia per verba ista, *in dotem constituo*, præsumitur, patrem verè dotem cõstituisse (cum aliâs ista verba nihil operarentur) ac consequenter in statutum de lucranda dote disponens consensisse.

QVAESTIO XVII.

An statutum disponens quòd prædefuncta sine liberis vxore, maritus dotem lucretur, habeat locum in sponsa de præsenti, ante copulam carnalem monasterium mendicantium ingressa.

SVMMARIA.

1 *Statutum de lucranda dote non habet lo-*

cum in sponsa de praesenti, ante copulam carnalem monasterium mendicantium ingressa, contra num. 4. replic. num. 6.
2 *Sponsus de praesenti dotem non lucratur.*
3 *Mortis appellatione in dubio intelligitur naturalis.*
5 *Sponsus qui manet in seculo, altero religionem ingrediente, nullum circa dotem donationemue patitur damnum.*
6 *Authoris replicatio quòd sponsus, eius sponsa religionem ingressa, dotem non lucretur.*
7 *Communis opinio non attendenda, quando lex vel ratio aliud suadet.*
8 *Interpretatio Authoris ad l. 56. Deo nobis. C. de Episcop. & cleric. & nu. 9.*
10 *Phanuccij solutio refutatur.*
11 *Monasterium habetur loco filij.*
12 *Mors ciuilis non equiparatur morti naturali, nisi in casibus expressis.*
13 *Statutum in casu quo mulier ingreditur monasterium, non potest disponere, vt maritus dotem lucretur.*
14 *Author aduersus Iasonis instantiam triumphat.*

PARS I. NEGANS.

CVM in multis casibus mors ciuilis naturali æquipareretur, non immeritò hic quæritur, an statutum de lucro dotis disponens habeat locum, si sponsa de præsenti, carnaliter nondum cognita, monasterium ingrediatur? Quod non habeat locum principiò ex isto defenditur fundamento.

1 Statutum † in casum mortis disponens semper intelligendum est de morte naturali, cùm statuentes, tanquam iuris ciuilis cognitionem non habentes, de ista morte duntaxat disposuisse præsumendum sit, per text. *in l. 76. fideicommissum. de condit. & demonst. & l. fin. C. de his. qui ven. atat. impet.* Sed appellatione mortis naturalis, non venit mors ciuilis (maximè in casu non expresso, vt hic, *c. susceptum. 16. q. 1.*) cui coniunx monasterium ingrediens se submittere dicitur, *arg. text. in c. 27. §. religiosus. de elect. in 6.* vbi probatur quòd religiosus possit eligi in prælatum, & omnia exercere officia, quæ prælato exercere conueniunt, quod non posset, si mors ista æquipararetur morti naturali. Itē monachi possunt in testamento testes adhiberi, vt est commune Doctorum placitum, teste Iulio Claro in *§. testamentum, q. 55. vers. vlterius.* Ergo per religionis ingressum alterius coniugis, alter qui manet in seculo non lucrabitur dotem.

2 II. Sponsus de præsenti per dicti statuti dispositionem dotē non lucratur. Quamuis enim adduci posse videatur textus *in l. 15. cum fuerit. de condit. & demonstrat.* vbi est casus; Si legat Testator aliquid Titio, si contraxerit in familia, quòd hoc legatum etiam debeatur, si contraxerit per verba de præsenti; & inde concludi, quòd ideò pari modo spōsus de præsenti lucretur dotē, vigore statuti, ob rationem quia sponsus de præsenti verus etiam dicitur maritus, *d. c. sufficiat. & d. l. nuptias.* Respondetur tamen quòd à diuersa ratione in ea argumentatum sit. Nam quod dicitur *in d. l. cum fuerit. de condition. & de monstration.* ei legarum deberi qui per verba de præsenti contraxit matrimonium, hoc ideò fit, quia iam impleuit per verba de præsenti conditionem (id est matrimonium.) Quod cùm in nostro casu nō verificetur, firma manet conclusio, sponsum de præsenti per dicti statuti dispositionem dotem non lucrari, quòd suprà etiam quæstione 13. plenissimè ostendimus. Et hoc pcedit etiā si per mortem naturalem impediatur, quò minùs matrimonium consummetur. At hoc in casu agimus de sponso, qui per verba de præsenti matrimonium contraxit.

Ergo posito, & non concesso, quòd mors ciuilis, quæ contingit per religionis ingressum æquipararetur hîc in casu morti naturali, adhuc tamen sponsum de præsenti dotem non lucrari dicendum erit. Argumentum hoc in cornu videtur gerere fœnum, maximè cùm communis & vera Doctorum sit opinio, quòd sponsus de præsenti per obitum suæ sponsæ dotem non lucretur, ac proinde vera & indubitata determinatio, quòd eam per professionem monasticam, à sua vxore factam, non acquirat.

III. Appellatione † mortis in dubio intelligitur mors naturalis, *tex. in l. 121. ex ea parte. §. 2. in insulam. de verb. oblig.* vbi probatur quòd licet in insulam reus promittendi deportatus ciuiliter mortuus sit, quod tamen stipulatio cum eo in hunc modum concepta, cum morieris dari, non nisi naturaliter eo moriente committatur. Idem text. *in l. 77. §. 4. de leg. 2. & in l. 59. §. 1. de condit. & demonst.* Ex quo satis patet, quòd quando in contractu, vel statuto fit mentio mortis, quòd hoc 3

intel-

intelligendum sit de morte naturali, & non ciuili, cùm statuentes vel contrahentes, non nisi de morte propriè sumpta cogitasse & statuisse dicendum sit. Iccirco cum Doctores ab hac parte dissentientes faciant dubium, an mortis vocabulum in statuto positum intelligendum sit, tantùm de morte naturali, vel simul de naturali & ciuili, erit in isto dubio concludendum, statuti conditores de morte tantùm naturali, & non ciuili statuisse, maximè cum verbum istud, *prædefuncta*, vel, *pradecedente*, in statuto positum, sit tantùm intelligendum de morte naturali, *per l. 59. intercidit, de condit. & demonst. l. 9. qui duos. §. 3. si maritus. de reb. dub.* tametsi & isto in casu non modica sit controuersia, cùm multi putent etiam maritum non lucrari dotem, si mulier matrimonio, copula carnali consummato, viri consensu religionem profiteatur, de quo puncto vide plenè Phanuc. *tract. de lucro dot. in glos. verb. per mortem. nume. 23.* quòd si verum esset optima prædictæ *l. Deo nobis.* solutio.

Ex his & similibus fundamentis concludimus, quod sponsus de præsenti, si eius sponsa monasterium ingrediatur, dotem non lucretur.

Hanc conclusionem esse veram ait Salycetus *in d. l. 56. Deo nobis. in fin. C. de Episcop. & cleric.*

PARS II. AFFIRMANS.

4 PARTEM † affirmatiuam iure magis fundatam asserentes, respondent ad minorem I. argumenti propositionem, quòd illa procedat in casu, quo mors ciuilis eosdem non habet effectus, ad istum casum pertinentes, quos habet mors naturalis, secùs si eisdem nitatur effectibus, *arg. text. in l. 65. actione. §. 12. publicatione. pro soc.* Socyn. *consil. 92. col. 1.* Imol. *in rubr. de testam.* Ripa & Doct. *in l. ex facto. §. si quis rogatus. & in §. ex facto. ad Trebel.* Sed in casu huius quæst. mors ciuilis eosdem habet effectus, quos habet mors naturalis, purà quoad abdicationem dotis, vt existimat Ias. *in consil. 135. col. 2.* quem sequitur Roland. *in tract. de lucro dot. q. 95. num. 15.*

Ad maiorem II. arg. respondet Roland. *d. loc. in fin.* quòd communis opinio sit in contrarium, ac consequenter maior ista propositio in iudicando non attendenda.

Ista Rolandi solutio est nimis generalis, quare tu secundum me responde aliter, nempe quòd maior propositio prætédat de animæ à corpore sponsæ subtractione, & non de morte ea, propter mundanarum rerum abstractionem ciuilis dictæ: diuersitatis ratio est, quia animæ à corpore separatio non tàm voluntati defunctæ, quàm communi mortalium debito est ascribenda, proindeque de ista morte ciuili non iudicandum, quod iudicatur de morte naturali. Cur ita? quia quòd sponsa ingreditur monasterium, proprio fit eius arbitrio, sicque merè eius culpa sponsus impeditur quò minus matrimonium consummet, eiusque onera (propter quæ lucratur dos) sustineat, & iccircò perindè habendus, ac si matrimonij onera non sustinuisset, & sponsæ, quòd eius sponsus lucretur dotem, quasi in pœnam imputandum.

Respondetur ad III. argumentum, vt ad minorem I. arg. responsum est. Nam licet aliquo in casu non sit expressum, vtrum vocabulum, Mortis, sit intelligendum de morte naturali, an verò ciuili: tamen quando dispositio casus potest verificari in vtraque morte, vt hîc, sufficit ad effectum dispositionis obtinendum, vt de vna morte probetur.

Principale fundamentum, quod vlterius pro hac parte confirmanda allegatur, tale est. Coniunx † qui manet in seculo, altero monasterium ingrediente, nullum circa dotis donationisuè lucrum patitur damnum. 5

Ergo sponsus nostro in casu, qui manet in seculo, debet lucrari dotem, sibi ex statuti dispositione debitam, cùm aliàs pateretur damnum. Antecedens probatur per text. *in d. l. 56. Deo nobis. in fin. prin. C. de Episc. & cleric.* ibi: *siue maritus siue vxor religionis causa à coniugio recesserit, & solitariam vitam elegerit, quod debuit, legitimè vel ex pacto, per casum mortis* (nota) *exigere.* Idem text. *in l. 53. sancimus. §. 3. adhæc. eod. tit. & in c. 40. si verò constante. Nouel. 123.*

Alterum est, quia si contraria opinio esset vera, mulier impunè virum circumuenire & deludere posset. Sed posterius est prohibitum. Ergo & prius. Maior docetur, quia mulier sine dotis amissione monasterium ingrediendo ex eo magnum marito inferret damnum, quòd is frustrà expensas nuptiarum causa fecisset,

quas quandoque sponsi inito nuptiarum contractu solent facere maximas, vt alibi diximus.

Ex prædictis concludant, quòd sponsus de præsenti, eius sponsa religionem ingrediente, iuxta prænominati statuti dispositionem dotem lucretur.

Huic parti suum ascribunt consensum Azo in summa *C. in princ. numer. 9.* Bart. Bald. & Paul. de Cast. *in d. l. Deo nobis.* Ang. *in d. c. si vero constante.* Ias. *in d. §. in Insulam. & in d. consil. 135.* Vbi hoc verum communeque Doctorum responsum pronunciat, quodq; neminem Doctorum authenticorum inuenerit hoc oppugnasse, licet solus Salycetus contrarium fecerit, refert Gribald. *com. opin. dos. numer. 12.* Idem refert & tenet Roland. à Valle *d. quæst. 95. numer. 12.*

REPLICATIO.

6 TAMETSI † Iason temerè pronunciat, se nullum authenticum hac in materia reperuisse Doctorem, qui aduersus prædictam consuluerit docueritue opinionem: tamen reor (posito quòd nulli extent) si etiamnum vnus lege & ratione satis instructus inueniretur, ipsum authenticum fore. Quare dicto Iasonis haud obstante (cum reuerentia tamen omnium Doctorum, ab hac opinione dissentientium, quos semper suspicio venerorque) me Salyceto, tanquam veriorem opinionem eligenti, coadiutorem facio, aduersus primi argumenti responsionem replicando, nempè verum non esse quod in ea dicitur, mortem ciuilem quoad lucrum dotis acquirendum eosdem habere effectus, quos habet mors naturalis. Nam si haberet effectus ad hunc casum necessarios, sequeretur quòd etiam sacramentalem matrimonij faceret dissolutionem, quam statuti dispositio, vt suprà dictum, requirit. Sed consequens est falsum. Ergo & antecedens.

Sed ne ista nobis posteà obiiciatur solutio, responde secundò hoc modo: quòd licet mors ciuilis eosdem habeat effectus quoad restitutionem, vel abdicationem dotis, quòd tamen (nostro putà in casu) eosdem non habeat effectus quoad lucrum dotis, cùm desit in eo ratio propter quam morte interueniente lucretur dos, scilicet onera matrimonij eiusque consummatio, vt plenissime probauimus *in d. q. 13.* & hanc puto veram prædictæ solutionis replicationem.

Ad responsionem II. arg. à Rolando datam facilis patet replicatio: non † esse 7 scilicet attendendam communem Doctorum opinionem, vbi ratio, (vti hoc in casu) statuti legisuè aliud suadet. Neque verum videtur, quòd commune Doctorum responsum sit in contrarium, vt in prædicta 13. patet quæst.

Solutionem à me datam, aliud videlicet esse in morte ciuili, aliud in naturali, cùm ibi voluntas tantùm, hic vero necessitas operetur, ac consequenter diuersum diuersis in casibus ius statuendum, non obstare, inquam, patet ex eo, quòd lex religionem ingredientes non velit habere punitos, sed potiùs præmio affectos, ac consequenter iuri haud consentaneum, dicere sponsæ religionem ingredienti dotis amissionem pœnæ loco imputandam, vt probat sæpiùs allegata lex DEO nobis, & infra clariùs dicetur.

Ad solutionem III. argumenti repetuntur replicationes ad primum argum. datæ.

Non aduersantur similiter leges, tanquam calumnæ, pro aduersa opinione stabilienda allegatæ. Quòd † *in d. l. Deo* 8 *nobis*, determinatur, coniugem in seculo manentem lucrari id, quod per pactum sibi in casum dissoluti matrimonij de dote debetur, si alter coniunx religiosam vitam profiteatur, fit primò ideò, quia maritus & vxor, (de quibus hoc determinatur) impleuerunt istud, propter quod statutum coniugi lucrandi tribuit potestatem, scilicet onera & matrimonij consummationem, idcoque etiam text. expresse de marito & vxore facit mentionem, & non de sponsis, vt in prioribus verbis. At dices non agi de sponsis vt ibi, sed de sponsis propter verba de præsenti: ergo veri coniuges appellandi, ac consequenter cum lex ibi determinet de coniugibus, etiam de illis hoc determinatum † intelligendum. Respondemus quòd in nostro casu agatur de veris coniugibus spiritualiter cōsiderando, qui matrimonium necdum cōsummaue-

runt,

runt, aut eius onera habuerunt, in *d. l. Deo nobis.* verò de coniugibus, qui spiritualiter simul & realiter coniuges sunt appellandi, sicque est adhuc quoad dotis lucrum acquirendum, inter eos cõiuges maxima diuersitas, vt potè quòd in illis lucrãdæ dotis ratio deficiat, in his verò impleta reperiat, vt ex, cohabitationis, verbo & similibus, in anteriore lege, ad quam d. l. se refert scilic. 35. §. 3. eiusd. tit. positis, compertum est, de quo puncto pleniùs diximus *d. q. 13.* Per hanc replicationem confunditur l. replicatio l. arg. & est, vt fatemur, hæc replicatio controuersa.

9 Secundò † posito, minimè autem cõcesso, in contrarium allegatas ll. etiam de nostris disponere cõiugibus, hoc est, de præsenti sponsis, adhuc tamen non obstare perspicuum est ex eo, quòd *dd. ll.* loquantur in casu, quo inter coniuges pactũm de lucrãda dote intercessit. Quo in casu cùm coniuges varia potuerint esse moti ratione, propter quã tale inchoauêre pactum, tutius est dicere, sponsum de præsenti ex pacto etiam lucrari dotem. Sed longè diuersum nostro in puncto dicendum est, cùm in eo, secundum verum Doctorum consensum, in vna duntaxat reperiat ratio propter quam statuẽtes moti, scilicet matrimonij consummatio eiusque onera, vt plenè probauimus in sæpè dicta 13. q. quæ ratio dum cessat in sponsis de præsenti, pariter etiam in eis debet cessare statuti dispositio, *l. adigere. §. quãuis. de iure patron.* Sed fortè aduersus hanc resolutionẽ obiicies, dictam *l. Deo nobis*, non tantùm loqui de lucro ex pacto debito, sed etiã de eo, quodcunque legitimè debetur, vt colligitur ex verbis eiusdem contextus, *quod debuit legitimè vel ex pacto.*

At quod debetur ex statuto, legitimè debet, cùm vim legis istud obtineat, de quo vide *tit. Inst. de iur. natur. gent. & ciuil.* Respondetur verbum istud, *legitimè*, non trahi ad dispositionem statuti, sed iuris communis, vt vnus coniunx, altero monasterium ingrediente, possit tantum lucrari, quantum illi in casum dissoluti matrimonij legitimè (scilic. ex lege communi) debetur.

10 Tertiò potest respondeti † secundum Phanuc. *tractat. de lucro dot. gloss. in verb. per mortem, numer. 17.* videlicet, quòd aliud sit in pacto, aliud in statuto, cùm per pactum possit caueri, ne res in Ecclesiam transeant, Ias. *in l. 2. C. de iure emphyt.* secùs verò per statutum tanquàm legẽ generalẽ, cùm per istud bonum publicum, libertasq; Ecclesiastica oppugnaretur, per text. expressum *in auth. Cassa. C. de sacrosanct. Eccles.* Sed tu nostras tene solutiones, quia falsum videtur, quòd pactum priuatum possit plus operari quàm statutum, vel lex municipalis, minùs enim potest vnus quàm plures.

Vnde ne quidem argumentum de pacto negatiuè ad statutum procedit, vt est commune Doct. axioma.

Prædictis sic absolutis, vlteriùs vnum aut alterum pro huius quæstionis demonstratione addimus argumentum. Certum est maritum propter supernascentiam filiorum à dotis lucro excludi, quod illi ex dicti statuti dispositione debetur. Sed † illicò quo mulier ingreditur monasterium, habetur istud loco filij, vt communi Doctorum confirmatur assensu, testante Iasone *ad authent. si qua mulier. num. 11. C. de sacrosanct. Eccles.* qui etiam procedit, si in statuto aliquo vel pacto expressè adiectum sit, si decesserit sine liberis legitimis & naturalibus, de matrimonio habitis, vt commune scribentium responsum ait Carol. Molin. *in addit. ad Alex. in d. auth. vers. contra etiam communem.* 11

Ergo posito quod falsum est, sponsum lucrari dotem, hoc tamen non procedere in casu quò sponsa monasterium ingreditur, concludendum est. Hoc argumentum quidem disputando obiici potest, non autem propter *d. l. Deo nobis.* & similia suprà dicta videtur habere vires.

Secundò: Mors † ciuilis vel ficta nunquàm naturali æquiparatur, nisi in casibus à iure expressis, *argument. text. in d. l. Deo nobis.* vbi expressè additur casus, in quo mors ciuilis æquiparatur naturali, *Gloss. in c. susceptum. de rescript. lib. 6. & in cap. placuit. 17. quæst. 1.* Alex. *num 5.* & Costal. *part 2. in princ. in l. 29. Gallus. §. 5. & quid. de liber. & posthum.* Felyn. *adc. 8. in præsentia. numer. 55. de probat.* quorum responsum commune existimat Boër. *decis 323. nu. 6.* refert Viui. *com. opin. lib. 2. in verb. mors.* 12

Sed hic casus, quo de nos agimus, in iure non reperit expressus. Ergo in eo mors ciuilis non æquiparatur naturali, ac consequenter eosdem non habet effectus, quos habet mors naturalis. Iam posito secundũ quorundam Doctorum opinionẽ, spon-

ſum de præſenti, caſu quo matrimonium morte diſſoluitur, lucrari dotem: tamen in propoſito iſtam opinionem nullum ſibi vendicare locum, patet ex eo, quòd mors ciuilis noſtro in caſu non aſſimiletur morti naturali.

Accedit tertium argumentum. Sta-
13 tutum † in caſu, quo mulier ingreditur monaſterium, nō poteſt expreſsè diſponere, vt maritus dotem lucretur, quia auerteret virginem à religione & cultu diuino, *per not. in auth. niſi rogati. C. ad Trebell. & in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Alexand. *in conſ. 121. vol. 2.* Ruin. *in conſ. 98. vol. 2.* Ergo multò minùs tacitè (vt hîc) cum expreſſum plus operetur, quàm tacitum, per vulg.

Ex his & ſimilibus fundamentis iudicarem ſanè, ſi mihi deferretur iudicium, & concluderem, vt in prima parte concluſum eſt.

14 Hanc noſtram concluſionem † etiam poſteà ab Ancharano plenè defenſam cōperui, *in conſil. 237. & in conſil. 438.* quem ſequuntur Socin. *in conſil. 8. num. 12. volum. 3.* Felyn. *in rubric. de ſponſal.* Petrus de Vbald. *in c. Raynut. de teſtam.* refert etiam & ſequitur Phanuc. de Phan. *tractat. de lucro dot. in gloſſ. verb. per mortem. num. 11.* quos Doctores anteà non vidimus, nunc verò propter eorum authoritates aduerſus Iaſonis inſtantiam multùm triumphamus.

Prædictam concluſionem ampliant Doct. etiam procedere, ſi matrimonium copula carnali ſit conſummatum, & mulier viri conſenſu religionē profeſſa, quæ ampliatio poſſet multum diſputari. Vide eam latè in vtramq; partem diſcuſſam per Phanuc. *d. loc. num. 23.* vbi eam affirmat.

QVAESTIO XVIII.

Vxore cōſenſu viri monaſterium ingreſſa, ſi in eo moriatur, quæritur an maritus iuxta prædicti ſtatuti diſpoſitionem lucretur dotem, excluſo monaſterio?

SVMMARIA.

1 *Monaſterium non habetur pro filio. contrà num. 2.*

3 *Monaſterium ſuccedit monacho, tanquàm heres, qui eſt adhuc in anno probatorio. contrà. num. 4.*

5 *Mulier ante annum profeſſionis non dicitur religioſa.*

6 *Maritus qui ſemel præſtitit vxori facultatem de dote teſtandi, non poteſt eam reuocare.*

PARS I. AFFIRMANS.

HANC quæſtionem obiter attingendo, videtur primò pro marito cōcludendum, hocq; potiſſimùm ex eo fundamento. Probato quòd monaſterium non habeatur pro filio, eo ipſo videtur oſtendi, quòd iuxta ſtatuti diſpoſitionem marito detur poteſtas lucrandi dotem. Sed † quòd monaſteriū non habeatur prò filio, probat plenè Rip. *in l. 8. ſi vnquàm. C. de reuocand. donat.* & *in ead. l.* pleniſſimè Tiraquel. *num. 41.* & Iaſ. *in auth. ſi qua mulier. num. 20. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* vbi fatuos appellat eos, qui contrarium exiſtimant. Horum ſententia nititur text. *in c. 38. ſi qua mulier. Nouell. 123.* vbi expreſsè probatur, quòd eodem iure monaſterium non ſuccedat vel relictum capiat, quo filij; & vera declaratur ab abſurdo. Nam ſi monaſterium haberetur pro filio, ſequeretur vt quodcunq; acquireret monaſterium, religioſo acquireretur, *per l. 79. placet. de acquir. hered.* Accedit quòd licet monaſterium quandoque habeatur loco filiorum: quòd tamen hoc procedat fictè, & non verè in caſibus expreſſis, Bald. Iaſ. & alij *ad dict. l. 8.* Quare cùm monaſterium non dicatur verè filius mulieris, & ſtatutum in caſu vero, & non ficto, ſit intelligendum, vt alibi diximus, & probatur per *l. 3. §. hac verba. de negot. geſt.* proculdubiò videtur concludendum, quòd maritus in caſu non exiſtentium liberorum, mortua in monaſterio vxore, dotem lucretur.

PARS II. NEGANS.

VERVM licet prædicta iuri & rationi conſentanea eſſe appareant: tamen partem negatiuam alio ex capite iuſtè defendi ſuſtinerique poſſe arbitramur. Nam concеſſo, quòd propriè intelligendo monaſterium filij loco haberi nō poſſit, cùm hoc naturaliter (quo in caſu ſtatutum loquitur) ſit impoſſibile: attamen cum monaſterio religionis cauſa multùm iura faueant, nihil videtur prohibere, vt maritus religionis fauore excludatur, maximè cùm propter eundem ipſum fauorē monaſterio idem cōpetat, quod filio ſangui-

nis,

nis, quodq; monaſterio eo in caſu per ſtatutum nihil præiudicari poſſit, & ſi præiudicetur, ſtatutum pro non condito habeatur, vti hoc videtur probari per tex. *in c. 37. Nouel. 123.* & eſt in ſimili commune Doct. placitum, teſtante Iaſ. *in auth. 38. ſi qua mulier.* Idem commune pronunciat Bertrand. *in conſ. 133. lib. 2.*

Vnde breuitati ſtudendo concludimus, quod licet monaſterium ſub conditione filiorum verè vel fictè nõ comprehendat; tamen ex quo lege cautum ſit, vel monaſterium ſub ea conditione includi, vel protſus conditionem haberi pro nulla, illud ad religioſi hereditatem admitti.

3 Hæc concluſio † ampliatur vt ẽt procedat in ea, quæ eſt (vt vulgò loquuntur) in anno probatorio, vel quæ ſub iſta conditione monaſterium eſt ingreſſa, niſi infra annum animum mutauerit, commune pronunciamus ex Anchar. *in conſ. 69. & ibi Doct. per eum citati.*

Huius ampliationis fundamentum vi-
4 detur in eo, quod ingreſſæ † animus non
præſumatur mutatus, niſi de mutatione
doceatùr, *not. in l. 2. de in diem ad.* Sed reprobatur per Abb. & Imol. *in c. 8. in præſentia. de probat.* Bald. *in conſil. 331. vol 2.* Iaſ. *in d. auth. ſi qua mulier. nu. 58* & Benedict. Capr. *in conſil. 165.* vbi hoc intrepidè commune Doct. reſponſum aſſerit.

Horum fundamentum videtur, quòd
conditio ſtatuto adiecta per monaſteri-
um impleatur, niſi is, cuius de hereditate
agitur, ſit priùs factus religioſus, quod i-
5 pſum negari non poteſt. Sed † ante annum
profeſſionis mulier non dicitur religioſa,
per text. *in c. 21. religioſo. de ſentent. excommunicat.* ibi: *Quamuis autem is, qui religionem ingreditur, religioſus cenſeri cum effectu non poſſit.* Ergo, &c.

Horum ſententiam nos ſequimur, reſpondendo ad fundamentum prædictorum, contrarium ſentientium, quòd ſi verum eſſet ex eo religioſum aliquem reputari, quòd animum ante obitum non mutaſſet, omninò ſequi, q ab initio religioſus fuiſſet reputandus. Sed hoc per *d. c. religioſo.* & ſecundum omnes vtriusq; iuris Interpretes falſum eſt: debet. n. iſto in caſu animus magis pendere, quàm velle, argumẽto illius, quod dicit de herede, qui durante ad deliberandum termino exiſtimatur animum habere pendentem, & nõ vellentem. Bar. & Doct. *ad l. pro herede. §. 1. de acquir. heredit.* & vide omninò in ſimili Corneum *in conſil. 91. vol. 3.* vbi determinat, quòd ſola voluntas ad matrimonium non ſufficiat, niſi tranſeat in contractum.

Adde quòd ſi maritus vxori, bona ſua dotalia monaſterio, vel alij loco religioſo offerenti, ſimpliciter conſentiat, videatur iuri ſuo lucrandi dotem renunciaſſe. Soci. *in conſ. 61. vol. 1.*

Num † autem maritus, ſi ſemel præſti 6
terit facultatem vxori de dote teſtandi,
poſſit eam reuocare? Alex. *in conſ. 246. vol. 6.* tenet quòd non, & Phan. *d. loc. gloſſ. 13. n. 5.* & vide quæ dicemus infra *q. 21.*

QVAESTIO XIX.

Num ſtatutum, de lucro dotis diſponens, habeat locum in tutore, qui pupillam dotatam adultam factam duxit in vxorem?

SVMMARIA.

1 *Matrimonium inter tutorem & pupillam adultam factam conſiſtere nequit. contrà numer. 3.*

2 *Tutor ſe cum pupilla commiſcens deportationis pœna punitur. contrà nu. 4.*

PARS I. NEGANS.

HANC quæſtionem breuiter attingendo; Primò pro parte negatiua in hunc
modũ argumentamur, Dos non poteſt eſ-
ſe ſine matrimonio, *l 3. de iur. d. 1.* Sed matri
monium † inter tutorẽ & pupillam adul- 1
tam factam eſſe nequit, text. *in l. 15. tutor. de ſponſal.* Ergo nec dos, ac conſequenter eam lucrari vir nõ poterit, cùm non entis nullæ ſint qualitates, *l. 41. eius qui in prouincia. de reb. cred.*

II. Si tutor contrahendo cum pupilla
dotem lucraretur, ſequeretur quòd is, qui
pœna eſſet afficiendus, præmio afficere-
tur, quia tutor † carnaliter ſe commiſcens 2
cùm ſua pupilla, deportationis, & omnium
bonorum confiſcationis pœna punitur. tex. *in l. vnic. C. ſi quis eam cuius tut. fu.* Commune etiam hoc ſcribentium placitum eſſe effatur Anthon. Gomez. *ad l 80. Taur. num. 24.* refert Iul. Clar. *libr. 5. ſent. §. fornicatio. verſic. cum pupilla.* Si iam verum eſſet, quod maritus dotem lucraretur, procul dubiò pœnæ loco præmio afficeretur.

Sed

Sed consequens est absurdum. Ergo & antecedens.

Cæterùm H I. argumenti loco respondemus, generalem istam Doctorum solutionem, qua principalia huius partis conantur refutare fundaméta, scilicet quòd ius ciuile hoc in casu per ius Canonicum sit sublatum, non obstare hoc in puncto. Nam licet ius ciuile per ius Canonicum videatur in hoc termino correctum: tamen ista correctio non vlterius, quàm ad ipsum matrimonium spiritualiter considerando est extendenda, dispositione iuris ciuilis, quoad successionem viri, salua manente, cùm legum correctio, quoad fieri potest, sit euitanda. Ita sentit Cyn. *ad l. fin. C. de interdict. matr.*

Ex his & aliis fundamentis concludunt, prædictum statutum, dotem tribuens lucrandi facultatem, non obtinere in tutore, qui pupillam adultam accepit in vxorem.

Huic assentiunt conclusioni Bertach. *in repert. iur. in verb. statutum. de vltim. volunt. vers. 71.* Brun. *in tractat. statut. & consilit. part. 3. lucrum. versic. statutum quòd vir lucretur dotem.*

Exceptio huius conclusionis est, nisi tutor pupillam, in testamento patris sibi destinatam, in vxorem duxerit, *l. 7. de adult. l. 6. C. de interdict. matrimon.*

PARS II. AFFIRMANS.

PRÆDICTIS non obstantibus, pars affirmatiua de iure est verior, & à Doctoribus communiter recepta. Nam quod in minori I. arg. propositione dicitur, matrimonium inter tutorem eiusque pupillam consistere non posse, procedit de iure cõ-
3 muni, quod † ius hoc in casu per ius Canonicum est correctum. Abb. *in rubr. de cog. leg. & in c. fi. de secund. nupt.* Bar. & Alber. *ad l. 1. C. de interdict. matrim.* Hostien. *in tit. qui filij sint legit.* quę correctio est admittenda, cum dispositio Canonica præualeat, in materia matrimoniali, iuri communi, vt est commune Doctorum axioma.

Eodem modo tollitur maior propositio
4 I I. arg. ex † quo enim per ius Canonicum omnis pœna hoc in casu sit sublata, non potest dici, tutorem amplius aliqua pœna esse afficiendum.

Præterea, quod *in d. l. vnic.* dicitur, non potest in hoc passu aptè obiici, cùm ibi agatur de tutore, qui pupillam quondam suam, violata castitate stuprauit, quod etiam iure Canonico est prohibitum, hîc verò de eo, qui matrimonij vinculo se cum pupilla adulta coniunxit, quod est de iure Canonico licitum.

Quod ad responsionem loco III. arg. oppositam attinet, replicamus, quod eo ipso, quo matrimonij interdictio inter tutorem ad pupillam de iure Canonico est sublata, censeatur etiam pariter admissa dotis constitutio, & hoc maximè cum ea constitutio non reperiatur separatim à iure communi interdicta, sed consequenter per matrimonij interdictionem, & sic ista sublata interdictione, consequenter etiam conceditur dotis constitutio. His sic absolutis, cùm materia per se satis clara sit, plura pro ea confirmanda non adducimus argumenta, sed per ea quæ breuiter suprà adduximus, in partem affirmatiuam conclusum volumus, à qua parte in iudicando non esse recedendum, ait Rol. *tract. de lucro dot. quæst. 101. in fin.*

QVAESTIO XX.

An statutum disponens, quòd præ-defuncta sine liberis vxore, maritus dotem lucretur, habeat locum in eo, qui cum sexagenaria matrimonium contraxit?

SVMMARIA.

1 *Statutum de lucro dotis disponens requirit, vt quis sit potentia vel habitu ad procreandum aptus. contrà nu. 9.*
2 *Mulier sexagenaria non habet pariendi potestatem.*
3 *Matrimonium non potest contrahi cum sexagenaria. contrà nu. 10.*
4 *Impedimentum coitus, viri vel mulieris, quod sine facto humano, vel corporali periculo non potest remoueri, impedit contrahere matrimonium.*
5 *Onero matrimonij non sunt cum muliere sexogenaria. contrà num. 13.*
6 *Liberi non solùm nascuntur parentibus, sed etiam Reipub.*
7 *Puella non vetula in coniugem ducenda, & num. 8.*
11 *Senex nemo adeò est, vt non possit natura & artificio aliquando colere, vt hoc docetur*

memo-

memorabils alicuius viri exemplo, qui vnam & viginti vxores duxerat.

12 *Tria matrimonialia requiſita, licet ex parte in ſene deſiderentur, non tamen propterea matrimonium impeditur.*

14 *Contrahens cum ſexagenaria corpore ſuo non dicitur abuti.*

15 *Matrimonium non ſolùm procreandorum liberorum cauſa contrahitur, ſed etiam vt vnus alteri ſolatium præbeat.*

16 *Matrimonium cum muliere, ex ſui natura ad coeundum impotente, ſcienter contractum valet.*

17 *Matrimonium comprehendit duo ſubſtantiua, & duo adiectiua.*

PARS I. NEGANS.

VT nos in ſcribendo, te verò in legendo quandoque recreemus, vnam hîc pulcherrimam & iucundam intermiſcebimus quæſtionem, num ſcil. contraheos cum ſexagenaria gaudeat ſecundum ſtatuti diſpoſitionem lucro dotis? Quòd non gaudeat probatur I. tali fundamen
1 ro. Statutum † hoc expoſtular, vt mulier potentia vel habitu ſine liberis præmoriatur, vt colligitur ex eiuſdem ſtatuti verbis, *ſi ſine liberis*, & in expreſſo hoc tenet gloſ. ordinaria *in l 8. precibus. de impub. & aliis ſubſtit.*

2 Sed † mulier ſexagenaria non poteſt neque habitu neque potentia præmori ſine liberis, quia vis producendi partum in ea eſt extincta, atteſtante Philoſopho *Polit. 7.* vbi dicit, quòd finis generationis vt plurimum ſit in viris numero ſeptuaginta annorum, in mulieribus verò quinquaginta. Diuus verò Auguſtin. *de mirab. ſacræ ſcript.* finem gignendi in muliere ponit circa annum quadrageſimumſexium, quod tempus pariter ius ciuile approbat, text. *in leg. 12. ſi maior. Cod. de legit. hæred.* Ergo cùm eo in caſu ſtatuti verba ceſſent, debet etiam pariter ceſſare ipſa ſtatuti diſpoſitio, *arg. text. in l. 25 quod conſtitutum. de teſtam. milit.*

II. Statuti diſpoſitio verum & legiti-
3 mum requirit matrimonium. Sed † cum ſeptuagenaria verum & legitimum non conſiſtit matrimonium Ergo, &c.

Minor probatur, vbicunque vnum ex tribus matrimonij donis deficit, ſcilicet fides, proles, & ſacramentum, ibi matrimonium eſt nullum, per textum *in cap. fin. de condit. appoſ.* vbi dicitur, quòd matrimonialis contractus, quantumcunque fauorabilis, careat effectu, ſi in eo de non generando prolem conditio ſit adiecta. Ratio ibidem additur, quia talis conditio eſt contra ſubſtantiam matrimonij, ex quo conſtat, quòd propter defectum generationis, in initio (vt hîc) ſuperuenientem, matrimonium reddatur nullum. Idem in eod. c. dicitur de duobus aliis requiſitis. Sed in propoſito, vnum, ſcilicet generatio, ex eis deficit, cum ſexagenaria non poſſit parere, vt ſuprà oſtendimus. Ergo, &c.

Vel probes clarius hoc modo. Defectus vnius ex tribus prædictis ſubſtantialibus requiſitis, ante matrimonij contractum ſuperueniens, reddit matrimonium ipſo iure nullum, tex. *in cap. omne. 27. quaſt. 2. & in c. 2. quod ſedem. & in c. 6 fraternitatis. de frigid. & maleſic.* quo in c. dicit Abb. ibid. eſſe regulam, in materia matrimoniali
ſummoperè notandam, ſcilicet † quòd o- 4
mne impedimentum viri vel mulieris, quod facto humano ſine corporali periculo remoueri non poteſt, reddat quem inhabilem ad matrimonium contrahendum. Eandem regulam confirmat in eodem tit. Hoſtienſ. eamq; dilucidè approbat Auguſt. *libr. 2. de morib. Manich.* dicens matrimonium non eſſe, vbi datur opera, ne fœmina pariat.

Sed defectus generandi, qui eſt vnus ex tribus prædictis ſubſtantialibus requiſitis, deficit hîc propter decrepidam ætatem, ante matrimonij contractum ſuperuenientem. Ergo iſte defectus reddit matrimonium nullum.

III. Vbi ſtatuti ceſſat ratio, ibi quoq; dotem lucrandi ceſſat facultas, *arg. l. adigere. § quamuis. de iur. patron.* At in propoſito ceſſat ratio ſtatuti. Ergo, &c. Minor docetur hoc modo. Ratio ſtatuti ſunt onera matrimonij, vt abundè probauimus ſuprà in q 13.

Sed † matrimonij onera non ſunt in 5
coniugio cum ſexagenaria contracto, *per text. in leg. 56. ſi is. §. 2. de iur. dot.* ibi: *Poſt mortem patris ſtatim onera matrimonij filium ſequuntur*, (adduntur onera) *ſicut liberi, ſicut vxor.* Idem text. *in l. 46. ſi maritus. famil. erciſcund.* cuius verba ſunt: *quia mortuo patre ſtatim filios quadam ſequuntur, etiam antequàm fiant heredes, vt matrimonium, vt liberi, vt tutela.*

Ex quibus verbis apertè cognoſcitur, q

ſola

sola vxor non sit onus matrimonij, sed quod liberos eorumq; tutelâ etiam adesse oporteat. Ergo tali deficiente matrimonij onere, non habebit locum dicti statuti dispositio.

IV. Ex peccato nemo debet capere lucrum. Sed qui ex proposito cum sexagenaria contrahit, is in coëundo corpore suo abutitur, sicque mortale committit peccatum. Intemperans enim, inquit August. *lib. 2. contra Iul.* in coniugio quid aliud est, nisi adulter vxoris, quibus verbis significat, quòd nemo debeat se inutiliter abuti. Item cùm nemo sit dominus membrorum suorum, eis vir inutiliter abuti non potest.

Ergo ex tali peccato non debet capere lucrũ, quod faceret, si lucraretur dotem. At dices hoc peccatũ non hominibus puniendum, sed ipsi Deo? Respondetur hoc falsum esse, cùm ẽt vir in inutilibus confricationibus aduersus Rempub. cõmittat,
6 cuius † cõmodum & augmentũ exinde debilitatur, cùm liberi non solùm nascantur parentibus, sed etiã Reipub. *text. in l. 1. §. 13. & generaliter. de ventre in poss. mitten.* ibi: *qui etsi non tantum parenti, cuius esse dicitur, verùm etiam Reipubl. nascitur.* Idem text. *in l. 2. veluti. de iust. & iure.* ibi: *vt parentibus & patriæ pareamus.* Ideoq; etiam proletarij multis decorati sunt priuilegiis, de quibus *in l. 9. in alleg. C. de decurion. libr. 10.* & ibi Doct. & ait Cicero pro Cluen. *Parentes charissimos habere debemus, quod ab his vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita sit.* Non immeritò igitur, si vir aduersus Rempub. isto in casu peccat, ab eadem quoad lucrum dotis, &
7 priuilegia maritalia punitur. Hinc † Arist. *lib. Oecon.* viris quasi præcipiendo tale dat consilium: *Oportet virum ducere vxorem puellam, vt eam doceat bonos mores, non dicit vetulam.*

V. Contractus nuptialis, cõtra ipsam naturæ rationem celebratus, nullus est, cùm contra naturam nihil agi possit, *text. in §. sed naturalia. Instit. de iur. natur. gent. & ciuili.* Sed contractus nuptialis cum vetula celebratus, contra ipsam naturæ rationem celebratur.

Ergo talis contractus nullus est, ac consequenter vir dotem prædefunctæ mulieris non lucrabitur. Minor docetur. Ratio
8 naturalis † expostulat, vt is, qui contrahit matrimonium, prolis excitandæ gratia cõtrahat, vt testatur Plat. *leg. 6.* cũ dicit: *Quod ad nuptias attinet, his verbis consolari debemus, quòd natura perpetuitatem promouere oporteat, & filios filiorum relinquendo, semper Deo ministros pro se ipso tradere.* Et ibid. *gignere debemus, seu educare liberos, vitam seu lampadem aliis post alios tradendo.* Ad quod idem pulchrè facit, quod dicit Euripides *apud Stob. Nunc iuuenes adhortor omnes, ne in senectute nuptias celebrent, sed paulatim in iuuentute liberos procreent: nihil enim voluptatis habet, & res est inimica mulieri vir senex.* Nec inconcinnè huc refertur istud Cleob. apud Diog. lib. 1. *Filias locari conuenit ætate virgines, & prudentia mulieres, & vt hoc fiat docendæ virgines sunt.* Neque hoc videtur dubium, cum intrinsecus matrimonij finis sit, prolis procreatio: ex sui enim natura matrimonium ordinatur ad bonum prolis. Sed qui contrahit cum sexagenaria, animo excitandæ prolis non contrahit, quia præsciuit citra naturam esse, vt talis mulier pariat.

Ex his & similibus fundamentis videtur concludendum, quòd vir sexagenariam ducens in vxorem, non gaudeat lucro dotis.

Hanc conclusionem veram pronunciat Ias. *in cons. 115. vol. 1.* qui ibid. hanc quæstionem penes se nouam reputat. Et vide quæ pro confirmatione huius partis diximus *in tractat. nostr. controuers. de dot. q. 35.*

PARS II. AFFIRMANS.

PARS affirmatiua cùm sit verior, eam amplectimur, respondendo ad primum † fundamentum contrariæ partis, 9
quòd maior eius propositio sit falsa, licet Glos. *in d. l. 8.* eam confirmet, vt apertè conuincitur per text. *in cap. 1. de testament. in 6. & in l. 15. centurio. de vulg. & pupill substit.* & ibi Batt. istam gloss. in specie reprobat: determinatur enim istis in locis, quòd substitutio sub ea cõditione facta, *si sine liberis decesserit*, verificetur etiam in casu, quo quis decessit potentiam gignandi non habens, vt ex generalibus illorum textuum verbis cognoscitur, quod etiam in terminis contra Ias. tenet Paul. de Castr. *in consil. 123. secundum antiquam impressionem.*

Negatur minor II. arg. propositio, neque probatur ex *d. c. fin.* Nam licet ibi quis ex illicito proposito sexagenariam duxerit in vxorem: tamen cum istud propositum licitum sit, nulla punietur pœna,

quòd

10 quod † verò sit licitum ducere sexagenariam probatur per textum *in leg. 24. sancimus. C. de nupt.* vbi expressè dicitur, quòd ætas in contrahendis nuptiis non sit considerenda. Verba textus sunt: *Et non esse* (sancimus) *tempus inspiciendum, in quo nuptiarum ætas, vel fœminis post duodecimum annum accesserit, vel maribus post quartumdecimum annum completum, sed ex quo vota nuptiarum re ipsa processerint.*

Quod amplius in eodem dicitur argumento, in casu quo vnũ ex tribus substantialibus matrimonij requisitis deficit, ibi verum matrimonium consistere nõ posse,
11 non procedit in sene. Cur ita? quia † nemo adeò senex est, vt non possit aliquando natura vel artificio calere. Nam licet Philosophi masculis circa annum septuagesimũ, fœminis verò circa quinquagesimum gignendi producendique finem præscribant: tamen ipsa experientia, rerum omnium magistra, contrarium persæpe factitatum esse attestatur, vt hoc per vnum istud conuincitur exemplum, publicè in funere magnis laudibus prosecutum, videlicet quòd vnus vir iterauerit successiuis tẽporibus matrimonium cum viginti mulieribus, & tandẽ duxerit in vxorem, quæ viginti duos maritos habuerat: populus cum alterutrius victoriam attẽderet, prædecessit mulier, & deinde maritus, vt refert Boër. *decis. 186.*

Sed hos coniuges ad decrepidam non peruenisse ætatem, minùs veritati consentaneum apparet. Ideoque fundamentum planè nullum in eorum opinionibus est ponendum, licet alioquin eorum assertio quandoq; probabilis esse possit.

12 Præterea † non necessarium fore ducimus, istis Philosophicis rationibus multum inhærere, ex quo ipsi Canones leges que in contrarium allegatæ, non ob vitium ex ætatis defectu proueniens, matrimonium instabile esse determinant, sed ob vitium vel accidentale citra naturã obueniens, vel à sui natura ab initio coitum impediens, matrimoniũ nullum esse, posseq; dirimi, concedunt, quo fit, cùm leges eo duntaxat in casu determinent, quòd ad alterum, scilicet defectum ætatis, non sint extendendæ. Cur sic? cùm quia pœnæ in matrimoniis contrahendis sunt fugiendæ, & non interpretatiuè vel subintellectiuè per leges ab eis arcendæ, tùm etiam quia, si præcisè ætatis defectus, propter quem quandoque coitus impeditur, prænominatis vitiis matrimonium contractum impedientibus esset æquiparandus, sequeretur quòd decrepida adueniente ætate matrimonium solueretur. Sed consequens est absurdum, cùm matrimonium sit maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem continens, *c. 1. 27. q. 2 & c. illud. de præsumpt.* & ait scriptura: *Quos Deus coniunxit, homo non separet.*

Neq; hoc immeritò, cùm ætas non veniat citra naturam, vt duo prædicta vitia, sed cum natura, & iccirco eadem natura, quæ concedit matrimonium, concedit etiam pariter ætatem, & non vult vt duo ista se inuicem oppugnent, vel vnum ab altero tollatur.

Quod † in minori III. arg propositione 13
dicitur, nostro in casu non subesse matrimonij onera, falsum est, adeoq; hoc in allegatis legibus non probatur, vt planè contrarium in illis determinetur, vt ex eisdem textuum verbis satis compertum est, quæ præsupponẽdo vxorem, eam maximum matrimonij onus esse innuũt. Neq; verum est, quod in eodem dicitur argumento, vxorem & liberos respectu onerum matrimonij oportere esse coniunctos, cum hoc ex *dd. ll.* non conuincatur: præsupponuntur n. ibi onera, & exempli causa statim ea adduntur, *sicut liberi, sicut vxor*, vel: *vt matrimonium, vt liberi, &c.* non vt ista ratione onerum necessariò debeant esse cõiuncta, sed vt vocabulum istud, *Onera*, ad quodlibet eorum separatiuè possit transferri.

Negatur † minor IV. argumenti, non. n. 14
is, qui cum sexagenaria contrahit, corpore suo abuti dicitur, ex quo per istum contractum incõtinentiam euitat, à qua corporis oritur abusio. Neq; verum est, quod Respub. exinde lædatur, cùm per hoc pax tranquillitasq; magis conseruetur, sicq; licet in hisce coniugibus vnum Reip. commodum, scilic. liberorum procreatio, cesset: tamen cùm adhuc alterum subsit, non dicitur Reipub. vtilitas lædi, & ideò non immeritò leges tale contrahi connubium concessêre, *d. l. sancimus.*

Quod dicitur in minori V. argumenti falsum est, cùm † ratio naturalis nõ solùm 15
ob liberorum procreationem contrahendi concedat facultatem, sed etiam, vt vnus homo alteri in vita adiumentũ solatiumque præbeat; vt hoc præclarè in sacra suo

datur scriptura, *Genes. 2.* vbi ista habentur verba: *Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile illi.*

Ex quibus verbis habemus cognoscere, Euam vxorem Adæ à DEO non solùm liberorum procreãdorum causa esse creatam, sed etiam in adiumentum vitæ, laborum, & molestiarum cum Adam. Hinc pulchrè Euripides apud Stobæ. ait: *Coniunx marito in ægritudinibus, & in sinistra fortuna suauissima res est.* Et alibi apud eundem: *Vxor non onus aut molestia est, imò res molestas ac pergraues ipsa leuat.*

Vlteriùs pro hac parte in hunc modum argumentari potest. Contractus
16 matrimonialis † cum muliere, ex sui natura ad coëundum impotenti, scienter inchoatus, non potest dissolui. Ergo multò minùs contractus cùm sexagenaria scienter celebratus, quæ licet ad producendum partum propter ætatem sit inhabilis, non tamen ad coëundum inhabilis existimatur. Antecedens probatur per textum *in c. 3. consultationi. de frigid. & malefic.* ibi: *Taliter* (an matrimonium prædictō modo cõtractum debeat dissolui) *respondemus quòd licet incredibile videatur, quòd aliquis cum talibus contrahat matrimonium: Romana tamen Ecclesia consueuit in consimilibus iudicare, vt quas tanquàm vxores habere non possunt, habeant vt sorores.*

II. Defectus qui non sunt de substantia matrimonij, ipsum matrimonj contractum non soluunt. Sed defectus, quo de nos agimus, scilicet prolis producendæ impotentia, non est de substantia matrimonij.

Ergo talis impotentia matrimonij
17 contractum non soluit. Minorem † probat Bald. *in c. 25. quemadmodum. in fin. de iureiur.* dicens quòd in matrimonio duo sint substantiua, scilicet consensus certus, & sacramentum, putà, quòd non sit hæreticus; & tria adiectiua, scilicet, castitas coniugalis, proles, & dos, quæ ideò adiectiua vocantur, quia non canonizant matrimonium, sed ei adiiciuntur, cùm matrimonium possit esse etiam cum meretrice, *dict. c. quemadmodum.* & cum sterili, sicque sine prole, textus pulcherrimus *in l. 12. assiduis. §. 1. ad hæc. C. qui pot. in pignor.* ibi: & siue liberos habeat mulier, siue ab initio non habuit, siue progenitos amisit, hoc ei priuilegium (donis) indulgemus. Pete plura arg. ex prædictis solutionibus, & vide omninò quæ docuimus *in d. q. 35.*

Ex prędictis fundamentis concludimus, quòd maritus, sexagenariam ducens in vxorem, secundum dicti statuti dispositionem dotem lucretur.

Affirmat hanc partem in terminis Rol. à Val. *in tract. de dotis lucro q. 103.*

QVAESTIO XXI.

Quæritur si stante statuto de lucranda dote maritus licentiam præstiterit vxori testandi de dote, an huiusmodi licentiã iam præstitam, possit ante mortem vxoris reuocare?

SVMMARIA.

1. *Renunciatio alicuius iuris inter coniuges facta dicitur donatio.*
2. *Pater consentiens filio rem suam mortis causa donare, potest illum consensum reuocare.*
3. *Donatio perfecta reuocari non potest.*
4. *Donatio inter coniuges cur prohibita.*
5. *Fundamentum primum, quòd maritus licẽtiam vxori de dote testandi præstitam non possit reuocare.*
6. *Donatio quæ non fit ex bonis patrimonialibus, inter coniuges valet.*
7. *Fundamentum alterum.*

PARS I. AFFIRMANS.

PRo affirmatiua huius quæstionis sententia I. hoc modo argumentatur. Quod ex mera datur voluntate, potest ex eadem voluntate reuocari, *argument. text. cuius est nolle. de reg. iur.* Sed licentia de dote testandi, vxori à marito data, procedit ex libera eius voluntate. Ergo ex eadem voluntate quod dedit poterit reuocare, maximè cùm adhuc testamentum non sit sortitum effectum, *l. 3. de adim. leg. §. posteriore. Instit. quib. mod. testam. infirm.*

II. Renunciatio inter virum & vxorem gratis facta ipso iure reuocatur, & consequenter nulla mariti reuocatione opus est. Antecedens † probatur, quia huius- 1
modi renunciatio dicitur donatio, *l. 9. in ædibus. de donat.* Doct. *ad leg. 1. eod. titul.* donatio

natio autem inter virum & vxorem facta ipſo iure reuocatur, *tot. titul. de donat. inter vir. & vx.*

2 III. Quemadmodum † inter patrem & filium non ſubſiſtit donatio, eodem modo inter virum & vxorem non poteſt ſubſiſtere, quia donatio inter huiuſmodi perſonas eſt prohibita. Sed ſi filius donat cauſa mortis rem patris, eo conſentiente, poteſt pater talem ſuum conſenſum reuocare, *argument. d. l. in adibus. §. quod ſi filius.* Bart. *in l. 2. in princ. eod. tit.* Dyn. & Cyn. *ad leg. nec fratris. Cod. de donat. cauſ. mort.* Bald. *in leg. ſenium. C. qui teſtament fac. poſſ.* Petr. de Anebaran. *in conſil. 76. colum. 1.* Ergo etiam maritus, qui dedit licentiam vxori de dote teſtandi, poterit illam reuocare.

Ex his videtur concludendum, quòd maritus poſſit licentiam vxori de dote teſtandi à ſe datam reuocare.

PARS II. NEGANS.

PARTEM negatiuam, vti in iure magis fundatam, tenendo, reſpódetur ad maiorem I. argumenti propoſitionem, quòd generalitas *d. reg. cuius eſt velle.* hoc in caſu non procedat. Nam † ex quo iſta teſtandi
3 licentia à marito vxori conceſſa, habeat vim perfectæ donationis, vt infrà oſtendetur, ſatis conſtat, quòd iſta vigore d. reg. reuocari non poſſit, per text. *in l. 4 perfecta. C. de donat. quæ ſub mort.* ibi: *Perfecta donatio conditiones poſteà non capit.* Ergo ſi non capiat conditiones, multò minùs aliquam reuocationem. Proinde (vt etiam alterum in eodem argum. oppoſitum tollamus) magnam differentiã inter teſtamenti reuocationem, & hanc teſtandi licentiã videtis: illa .n. propter ambulatoriam hominis voluntatem admittitur, *d. l. 3.* hæc in vim perfectæ donationis ſine cauſa in iure ſpecificè expreſſa reuocari nequit. Reſpõdetur ad illa quæ ad antecedens II. arg. probandum ſunt allegata, quòd quidem donatio inter virum & vxorem ſit prohibita, modò iſta deſcendat ex patrimonio
4 donantis. Nam ratio † propter quam inter coniuges prohibetur, eſt, ne alterius diminuatur patrimonium, & exinde vnus altero ditior fiat, *tex. in l. 5. ſi ſponſus. §. generaliter. & in l. 31. ſed ſi vir. §. 7. quod legaturus. de donat. inter vir. & vxor.* ibi: *Quod legaturus mihi aut hereditatis nomine relicturus, poteſt rogatus à me vxori meæ relinquere, & non videtur ea eſſe donatio,* additur ratio, cur non cenſeatur donatio: *quia nihil ex bonis meis diminuitur, in quo maximè maiores donanti ſuccurriſſe Proculus ait, &c.*

Sed hæc teſtandi licentia, quæ vim veræ donationis obtinet, non diminuit patrimonium, quia fit alterius rei ad matrimoniũ coniugis non ſpectantis. Ergo, &c.

Reſpondetur ad minorem III. arg. propoſitionem, quòd ideò *in d. l. 2.* per Bar. determinetur, patrem poſſe ſuum cõſenſum reuocare, quia cenſetur donare filiò, & nõ extraneo. Igitur cũ donatio inter patrem & filium ſit prohibita, *l. 1. §. ſi pater. pro don.* poterit pater ſuum conſenſum reuocare. Sed nos ſumus in caſu, quo donatio inter virum & vxorem non eſt prohibita. Ergo ſi coniunx ſemel ſuum conſenſum de dote teſtandi præſtiterit, non poterit eum reuocare.

Secundò poſito quòd Batt. *in d. l. 2.* non diſtinguat, an pater cenſeatur donaſſe filio vel extraneo, ſed ſimpliciter determinet, quòd pater ſuum conſenſum poſſit reuocare: tamen ex quo communis Doctorum ſententia eſt in contrarium, vt patet per Paul. de Caſtr. & Ioan. de Imol. *in d. l. 2.* & Salycet. *in l. nec fratris. Cod. de donat. cauſa mort.* & Alexand. *in addit. ad Bart. in d. l. 2.* iſta ſua determinatio nihil obſtaret, præſertim cùm nulla legis ratione fundetur.

Pro † complemento huius quæſtionis 5
ſcias, quòd duo principalia Doctorum hanc opinionem tenentium reperiantur fundamenta. Vnum eſt *in dict. l. 5. ſi ſponſus. §. generaliter. & in dict. l. 31. ſed ſi vir. §. 7.* in quibus legibus determinatur, quod † do 6
natio inter virum & vxorem valeat, modò non deſcendat ex proprio donantis patrimonio. Ideoque cùm hæc donatio, quæ cauſatur ex licentia de dote teſtandi à marito vxori data, non deſcendat ex proprio mariti patrimonio, certum eſt, quòd huiuſmodi donatio inter coniuges non ſit prohibita.

Alterum † fundamentum deducitur 7
per Ioan. de Imo. *in d. l. 2. in princ.* vbi determinat, quod donatio quæ fit per virum vxori, ad eum finem vt alij donet, valeat, & hoc propterea quòd res donata nõ eſt remanſura penes vxorem, ex quo videt' ceſſare ratio, propter quam prohibetur cõiugi donari, ſcil. ne locupletior altero fiat. Al

legat textum per quem videtur hoc perspicuè probari, *in l.5. profectitia. §.9. si quis certam. de iur. dot.* vbi est casus, quòd non censeatur donatio, si vxor marito in eum si nem donet, vt pro filia genero in dotem datet. Verba textus sunt: *Hoc & in matre iuris esse ait, si fortè sub ea conditione vxor marito det, vt pro filia genero in dotem daret.* addit suæ decisionis rationem: *nec videri vxorem marito donasse, rectissimè ergo ait, vt non sit interdicta donatio iure ciuili, non enim ad hoc dedit, vt ipse (nota) habeat, sed vt genero pro filia expendat.* Similis text. est *in l.7. quod autem. §.fin. cum l.seq. de donat. inter vir. & vx.* vbi est casus, quòd maritus possit donare vxori seruum, vt eum manumittat. Ratio est, quia manumittendo seruum, dominium in eo non retinet.

Ex prædictis concluditur, quòd licentia, vxori de dote testandi à marito data, non possit reuocari.

Pro hac parte consuluêre Alexand. *in consil.246. volum 6.* Idem *in d. l. si sponsus. §. si maritus.* & Socyn. *in consil.113. colum. 2. & 3. in fin. volum. 1.* Fulgos. *in l. seruum. C. qui testament. fac. poss.* Roland. à Val. *tractat. de lucro dot. q.41.* & alij per eum citati.

QVAESTIO XXII.

An statutum de lucro dotis determinans extendatur ad bona paraphernalia?

SVMMARIA.

1. *Correctorium non admittit extensionem.*
2. *Correctorium admittit extensionem in æquiualentibus.*
3. *Paraphernalia bona sunt accessoria dotis, eiq; æquiparantur. contrà nu. 5. & 6.*
4. *Author excusat se, quod aliquando à communi Doctorum opinione recedat.*
7. *Bona paraphernalia sunt separata à dote.*
8. *Statutum de dote lucranda disponens, non comprehendit bona paraphernalia.*

PARS I. NEGANS.

DVBIVM est, an statutum de lucro dotis disponens, habeat etiam locum in bonis quæ præter dotem, à parentibus consanguineis, vel aliis amicis vxori dantur, quæ græcè paapherna vocantur? Et primo videtur dicẽdum, quod non. Nam
1 certum † est, quòd in correctoriis non fiat extensio de vno ad aliud, etiam ex identitate vel maioritate rationis, Bald. *in l. 2. C. de dot. promiss. & l. quod verò. de legib. cap. quæ à iure. de reg. iur. in 6.* Dec. *in consil.313. colum. 1.* Ias. *in consil. 58. colum. 1. & in consil.115. volum. 1.* Paris. *in consil.127. colum. 3. volum. 1.* notant Doct. *in l. si verò. §. de viro. sol. matr. & in l. 2. C. de noxal. & in c. cum dilectus. de consuet.* Ergo ex quo statutum eorum bonorum expresse non facit mentionem, ad ista bona non est extendendum. 2

II. Si bona paraphernalia in statuti dispositione censerentur cõprehensa, sequeretur quod per subauditos intellectus legum posset fieri correctio, quia ista bona, cum in statuto non inueniantur expressa, necessariò essent subintelligenda. Sed cõsequens est falsum, *Gloss. in c. cupientes. § quod si per. in verb. petere. de elect. in 6.*

III. Statuti verba secundum communẽ loquendi vsum sunt intelligenda, vt diximus in q. 13. Sed iuxta communem loquendi vsum paraphernalia non comprehenduntur sub nomine dotis. Ergo, &c.

Ex his & similibus argumentis est concludendum, quòd statutum de lucro dotis disponens non extendatur ad paraphernalia.

PARS II. AFFIRMANS.

PARTEM affirmatiuam tenendo, respondetur ad antecedens I. argumẽti, in quo dictũ, quòd in correctoriis non fiat extensio, quod † istud generale axioma nõ 2
habeat locum in casu, quo duo omninò æquiparantur, putà, quando lex vel statutum expresse facit mentionem de vno, & non de altero, quòd tunc licet mentio de altero non sit facta, quòd tamen ex æquiualentia vel æquiparatione rei, censeatur in dispositione comprehensum. Est text. hoc confirmans *in c.33. si postquam. de elect. in 6. idem text. in c.14. & 15. de cleric. nõ resident.* Ideoq; cùm paraphernа sit accessoria ad dotem, idemq; fermè cum dote, vt infrà dicetur, potest iustè dispositum de dote extendi ad paraphernam.

Ad maiorem II. argumenti eadem datur solutio, non enim est prohibitum, per subauditos intellectus legum fieri correctionem, quando expresse constat de æquiualentia rerum, de quibus lex determinat.

Negatur minor III. argum. propositio, quia imò iuxta communem oĩa ab vxore

ad maritum illata præſumuntur viro in dotem data, quod & Plutarchi probatur authoritate in præcept. connub. dum dicit, vt temperatum, etſi plus inſit aquæ, vinum appellamus, ita ſubſtantiam & rem familiarem, quamuis vxor plus contulerit, mariti dici oportet.

Hæc pars confirmatur vlteriùs ex dictis per Annan. *in conſ. 36.* vbi determinat, quòd ſtatutum concedens vxori facultatem teſtandi de dote, extendatur etiam ad bona paraphernalia. Ergo pari modo videtur dicendum in terminis huius ſtatuti, quòd licet de dote tantùm diſponat, quòd tamen nihilominus etiam extendatur ad paraphernalia.

3 II. Bona † paraphernalia ſunt appenditia vel acceſſoria dotis, Alex. *in conſ. 27. col. pen. vol. 5.* quod idem probatur exemplo quod apud Liuiũ extat *lib. 26.* de Scipione Africano, qui ſuperata Carthagine virginem nobilem, Allucio Celtiberorum Principi deſponſatam, ita ex vinculis reſtituit, vt pecuniam ad illam redimendam à parẽtibus allatam adiiceret: Super dotem (inquiens) quàm accepturus à ſocero es, hæc tibi à me dotalia dona accedant.

Ex quibus verbis ſatis conſtat, quòd bona paraphernalia ſint acceſſoria dotis, cum eodem modo ab eo deſcribantur vocabulo. Sed de acceſſoriis idem iudicandum eſt, quod iudicatur de dote, text. *in l. 26. inter ſocerum. §. 2. cum inter. de pact. dotal.* ibi: nec ſeparabitur porrio dotis, additamẽti cauſa data, ſi poſteà nihil aliud conuenit. Idem tex. *in l. 8. etiamſi. C. de iur. dot.* ibi: cui conſequens eſt, vt etiam id, quod additamenti cauſa in dotem datum eſt, eadem actione repetatur. Ergo, &c.

Per hæc & ſimilia concludunt, quòd ſtatutum de dote diſponens, habeat etiam locum in paraphernalibus.

Hanc concluſionem tenent Paul. de Caſt. *in l. cum pater. §. pater filia. de leg. 2.* Alex. *in conſ. 27. colum. pen. volum. 5.* quos refert & ſequitur Bertrand. *in conſ. 47. nu. 8. volum. 2.* Curt. iun. *in conſ. 129. col. pen. in fin.* eoſdem refert, & ſententiam hanc per prædicta confirmat Roland. à Vall. *tract. de lucro dot. q. 50. per tot.*

REPLICATIO.

4 TAMETSI ego † quandoq; vel à communi recedam opinione, vel prorſus ab omnibus diſſentiam: tamen cùm hoc non fiat iactantiæ cauſa, ſed vt illud, quod vel magis æquũ, vel iuri conſentaneum videtur, oſtendatur, velim ne quis de me hoc tàm in malam interpretaretur partẽ, quàm quod iuſtum & æquum eſt mecum tueri conaretur.

Dicam igitur quid ſentiam, prædictam ſcilicet Doctorum opinionem iuri non eſſe conſentaneam. Nam quod in ſolutione I. argumenti dictum eſt, bona † paraphernalia æquiparari doti, falſum eſt. Cur ita? 5 quia ſi æquipararentur doti, ſequeretur quòd nulla eſſet differentia inter bona paraphernalia & dotem. Sed conſequens eſt falſum, per text. *in l. 9. ſi ego. §. 2. de iure dot.* & text. *in l. 31. donationes. §. 1. de donat.* Ergo & antecedens.

Eodem modo tollitur ſolutio II. argumenti. Nam ex quo falſum eſt, quòd dos & bona paraphernalia æquiparentur, certum eſt quòd legum correctio non ſit admittenda, cùm ea duntaxat eo in caſu admittat, in quo vnum in lege non expreſſum per omnia & in omnibus æquiparatur alteri, quod in lege eſt expreſſum.

Quod in III. arg. ſolutione dictum eſt, minimè cenſeri iuridicum, pleniſſimè oſtenditur *in tract. noſtr. controuerſ. de dote quæſt. 18. & 19.* Neq; obſtat authoritas Plutarchi, cùm iſta vltra leges non poſſit habere vires.

Cæterùm non obſtat, quod pro maiori aduerſæ opinionis cõfirmatione dictum eſt per Anan. *conſ. 36.* Nam quòd vxor, cui conceditur poteſtas teſtandi de dote, etiam poſſit teſtari de paraphernalibus, fit à maioritate rationis: in dote enim mulier non habet tantum iuris, quantum habet in paraphernalibus, per *dict. l. 9. & 31.* Id eoque cùm ei conceditur poteſtas teſtandi de dote, videtur multò magis conceſſa in paraphernalibus, quæ ei pleniore iure competunt, quàm dos. Sed iſta ratio non militat in propoſito. Nam licet lucrũ dotis ex ſtatuti diſpoſitione competat viro: tamen cùm vir habeat nullum ius, nedum maius in paraphernalibus, ſicut in dote, non poteſt vlla in eo fieri extenſio.

Non aduerſatur, quod in maiori II. arg propoſitione dictum eſt, quia † paraphernalia non ſunt appenditia vel acceſſoria 6 dotis, prout ea intelligit aduerſa pars: quia ſi eſſent acceſſoria dotis, mulier non haberet maiorem poteſtatem in eis, quàm in dote,

dote, cùm accessorium iudicet secundum suum principale, vulg. Sed hoc est falsum, vt docetur per *d.l.9. & 31.* Ergo pariter est falsum, quòd sint accessoria dotis.

Si autem vocabulum istud, accessorium, intelligamus largo modo, possũt parapherna dici accessoria dotis, non vt participent de natura dotis, sed quia præter dotem accedunt, vt intelligitur ex græco vocabulo, παράφερνα. quod est, ante dotem possunt dici accessoria, quod etiam allegato apud Liuium Scipionis exemplo conuenit.

Cæterùm frustrà precibus impetratur quod de iure inuenitur concessum, vt dicitur *in l.vnic. C.de thesaur.libr. 10. & in l.1.C. de iur. liber.* Ergo haud operæ pretium fore dicendum est, multis verbis prædictorum argumentorum solutiones adornare, cùm ista recitatis legibus per se confundantur.

7 Quòd † verò bona paraphernalia sint separata à dote, & consequenter non comprebendantur sub statuti dispositione, est text. egregius *in d.l.9.§.2. de iur. dot.* ibi: Dotis autem causa data, accipere debemus ea, quæ in dotem dantur. Quæ verba cùm sint nimis clara, aduersam opinionem confundere, neminem posse negare existimo.

Sed parapherna non dantur causa dotis, vt ex eadem *l.9.§.3. apparet*, ibi: videamus an statim (parapherna) efficiantur mariti, & putem si sic dentur, vt fiant, effici mariti. Ergo à contrario sensu, cuius eadem est disciplina, si tali modo marito non dentur, non fiunt eius sicut dos. Idem est text. præclarus *in d.l.31.§.1.* ibi: Species (paraphernales) extra dotem, à matre filię nomine vltrò traditas, &c.

Ecce si verum esset, quod bona paraphernalia essent accessoria vel appenditia dotis (prout intelligit pars aduersa) Papinianus malè diceret, quòd extra dotem darentur. Et paulò post ibidem, extra dotem vsibus puellæ sibi traditas. Et iterum, sed peculium (parapherna) à dote puellæ distingueretur. Accedit text luce clarior *in l.8. hac lege. C. de pact. con.* quæ verba, cùm maximè hoc in casu nobis deserui ant, recitanda sunt: Hac lege decernimus, vt vir in his rebus, quas extra dotem mulier habet, quas Græci parapherna, nullam vxore prohibente habeat cõmunionem, nec aliquam necessitatem ei imponat. Quamuis enim bonum erat mulieri, quæ se ipsam marito committit, res etiam eiusdem pari arbitrio gubernari: attamen quoniam conditores legum æquitatis conuenit esse fautores, nullo modo (vt dictum est) muliere probibente virum in paraphernis se volumus immiscere. Si igitur, vt I C. ait, huiusmodi bona extra dotem dentur, si inter bona paraphernalia & dotem sit distinguendum: imò si maritus his bonis ne debeat quidem se intermiscere, qua fronte diceremus, idem ius de paraphernalibus esse statuendum, quod statuitur de dote. Hinc non immeritò commune Doctorum placitum est, teste Alexandro *in consil. 203. viso themate. colum. 1. volum. 7.* dotis appellatione non comprebendi bona paraphernalia, nec dotis habere priuilegia, refert sequiturq; Gribald. *com. opin. dot. nu. 2.*

Ex his † denuò concluditur, vt in prima parte conclusum est. 8

QVAESTIO XXIII.

An statutum de lucro dotis disponens habeat locum in bonis feudalibus?

SVMMARIA.

1 *Alienatio quæ per legem inducitur, in feudis admittitur.*
2 *Feudum à muliere feudataria potest dari in dotem, maximè si concurrat defectus aliorum bonorum, contrà num. 5.*
3 *Alienatio legalis non potest fieri in re aliena, ex sui natura alienari prohibita.*
4 *Feudi alienatio quare interdicta.*
6 *Obligatio bonorum generalis non comprehendit bona feudalia.*
7 *Statutum excludens filiam à successione, non excludit eam à successione bonorũ feudaliũ.*
8 *Statutum de lucro dotis disponens non habet locum in bonis feudalibus, nisi de sua natura non sint separata à bonis hereditariis. num. 9.*

PARS I. AFFIRMANS.

HÆc quęstio, an statutum de lucro dotis disponens habeat locum in bonis feudalib. scitu dignissima est, quare eã in tractãm non remittemus. Et pro maiore eius declaratione primò partẽ affirmatiuã defendemus, hoc modo argumentando. Alienatio quæ † inducitur per legem in 1 feudis est admittenda, Bald. *ad c.1.§.[illegible] n. de inuest. de re alien. fact.* Sed lucrum dotis,

quod

quod prædefuncta vxore ex dispositione
statuti defertur marito, est alienatio do-
tis, quæ infertur per legem, quia talis sta-
tuti dispositio pro lege est habenda, arg. *c.
fin. de consuet. & l. 2. C. quæ sit long. consuet.* Er-
go talis alienatio in bonis feudalibus est
admittenda.

II. Statutum vel lex generaliter loquens,
generaliter est intelligenda, vt est vulga-
ris iuris regula *in l. de pretio. de publ.* At statu
tum dans marito potestatem lucrandi do-
tem, mortua vxore, generaliter loquitur.
Ergo etiam generaliter tàm de bonis feu-
dalibus, quàm de aliis est intelligenda.

III. Fauor publicus est præferendus pri-
uato, tanquam maius minori. Ergo cum
datio dotis sit fauoris publici, *l. 1. solut. matr.*
alienatio autem bonorum feudalium fa-
1 uoris priuati, quia tãtum in fauorem mas-
culorum est interdicta, erit alienatio bo-
norum feudalium respectu dotis, eiusque
alienationis non interdicta.

2 IV. Feudum † potest dari in dotem mari-
to à muliere feudataria, vt determinat
Andr. de Isern. & Bald. *in c. 1. §. donare. quæ
infeu. al. pot. al.* maximè cum non sit tempo-
rale, sed perpetuum. Host. & Ioan. Andr.
in c. ex parte. de feud. Et licet in hoc Glos. *ibid.*
& alij Doctores tenuerint contrarium: ta-
men quando cõcurrit inopia dotantis, non
habentis aliundè facultatẽ dotandi filiam,
non videntur diuersum sentientes adeo
repugnare Abb. *in d. c. ex parte.* Cum igi-
tur ex his conuincatur, quòd feudum in
rem dari possit, consequens esse videtur, vt
etiam ratione onerum matrimonij ex sta-
tuti dispositione maritus illud lucrari pos-
sit. Ex his videtur concludendum, quòd
statutum de lucro dotis disponens habeat
etiam locum in bonis feudalibus.

PARS II. NEGANS.

3 PRÆDICTIS non obstantibus senten-
tia negatiua de iure est verior: nã quod
in maiori I. argumenti propositione dictũ
est non procedit, quia † alienatio legalis nõ
potest fieri in re aliena, ex sui natura pro-
hibita, Bald. *ad c. 1. §. fin. de inuest. de re alien.
fact.* Sed feudum respectu filiæ dicitur res
aliena, & ex sui natura alienari prohibita,
Bald. *d. loc.* Ergo in eo alienatio legalis non
est admittenda.

Non obstat quod in minori II. argu-
menti dictum est, scilicet hoc statutum
generaliter loqui, & ideo etiam generali-
ter esse intelligendum, quia respondetur
quòd ista generalitas sit intelligẽda de bo-
nis quæ possint alienari, & non de eis, quæ
ex sui natura sunt inalienabilia, vt sunt bo-
na feudalia, quæ in hoc ab aliis bonis sunt
separata. Doct. *ad c. 1. an mar. succed. vx. & in
d. c. 1. de inuest. de re alien. fact.* Et quòd prędi-
cta generalitas hoc modo sit intelligenda,
patet ex interpretatione iuris feudalis,
quæ hoc in casu est recipienda, vt per Rol.
à Valle. *in tract. de lucro dot q. 54 nu. 16.*

Non obstat III. argumẽtum. Nam quod
dicitur fauorem publicum esse præferen-
dum priuato, procedit quando fauor pub-
licus & priuatus sit eiusdẽ iuris, secùs verò
si sit diuersi, prout est datio dotis, & inter-
dictio alienationis bonorum feudaliũ: ille
enim conceditur iure communi, hic iure
feudali. Præterea quod dicitur interdictionẽ
alienationis bonorum feudaliũ esse propter
fauorem priuatum introductã, est falsum,
cum alienatio † eorum bonorum partim 4
sit interdicta in fauorem familiæ, vt ista eò
meliùs conseruetur, & subditi sine bello
incendioque certos semper Dominos ha-
beant, partim etiam quia feudum quoad
dominiũ directũ dicitur res aliena, quia hoc
spectat ad Dominũ directũ feudi. Sed res
aliena maximè quoad eius proprietatem, nõ
potest in dotem dari. Ergo nec feudum.

Quod dicitur in IV. argum. mulierem
feudatariam † posse feudũ in dotem dare, 5
procedit quoad fructus vel vtilitatẽ bonorũ
feudalium, nõ aũt quoad eorum proprie-
tatem, quæ per alienationẽ dotis introdu-
ceretur, Andr. de Iser. Bald. & alij feudistæ
ad *d. c. 1. §. donare qual. ol feu. pot. alien.*

Pro hac parte facit vlteriùs quod determi
nat Alua. *in c. 1. de eo qui sec. fin. agn.* scilicet
in renũciatione hereditatis paternæ non
includi bona feudalia, quod idem vult Alex. in
cons. 110. col. fin. vol. 1 dicens, hanc esse com
munẽ Doctorũ opinionem. Ratio est, quia
hęc bona sũt separata à bonis hereditariis,
vt patet per *tot. tit. de success. feudi.* Idẽ est di
cendũ in cõstitutione dotis, quòd illa non
comprehendat bona feudalia, quã per eam
introducitur bonorum alienatio, cũ talis
dotis constitutio sit petenda, ex bonis me-
rè paternis, quæ alienationem patiuntur
& non feudalibus, quæ eam nõ admittunt.
II. Facit quod † in generali bonorũ donatio 6
ne vel obligatione nõ comprehendantur
bona feudalia, Socyn. in *cons. 19. col. 4. vol. 1.
Afflict. in dec. 14. & Alex. in cõs. 2. col. 1. vol. 4.*

III. Optimè confirmatur per ea, quæ notant Doct. *in c. 1. an marit. succed. vx. & in auth. præterea. C. vnde vir & vx.* statutum scilicet disponens quòd non extantibus consanguineis maritus succedat vxori, non habeat locum in bonis feudalibus.

IV. Confirmat hanc partem, quòd statu-
7 tum † excludens filiam à succeßione, non
censeatur eam excludere à succeßione bonorum feudalium, vt determinat Alua. *ad c. 1. an agna. vel fil.* Idem Dec. *in cons. 139. col. fin.* Rationem addunt, quia bona feudalia ex sui natura sunt separata à bonis hereditariis. Pari modo est dicendum, quòd statutum de lucro dotis disponens non habeat locum in bonis feudalibus, cum ea eodem iure nō comprehendantur sub bonis paternis, sicut alia merè propria.

8 Ex his † concluditur, quòd statutum de lucro dotis disponens non habeat locum in bonis feudalibus.

Confirmant hanc conclusionem Bald. & Ias. *in auth. res quæ. C. commun. de legat.* Aret. & Ripa. *in l. 2. in princ. & in l. Si ante nuptias. solut. matr.* Bald. & Alua. *in d. c. 1. an marit. succed. vx.* Dec. *ad l. 1. col. 2. & in d. auth. præterea. C. vnde vir & vx.* Socin. iun. *in consil. 72. nu. 50. vol. 1.* Brun. *in tract. exclus. fœm. in art. 1. q. 23.* & Roland. à Valle. *d. q. 54.* vbi eosdem refert Authores.

9 Limitatur † prædicta conclusio procedere in bonis feudalibus, quæ de sui natura sunt separata ab hereditate, notat Bart. *in l. ita videndū. de pet. hered.* Secùs verò quæ non sunt separata ab hereditate, vt sunt feuda quæ ad quoscunque transeunt heredes, text. *in c. 1. vbi communiter Feudistæ. de feud. non hab. prop. nat. feud.* Idem Dec. *in d. l. 1. col. 3.* & Curt. iun. *num. 16. C. vnde vir & vxor.* Idem Dec. *in cons. 390.* Cardin. Simone. *in cons. 21. col. 4.* vbi hanc communem dicit opinionem. Eandem dicit communem Roland. à Vall. *d. q. 54.* vbi illam opinionem bene fundat, & ad contraria respondet.

QVAESTIO XXIV.

Num statutum, de lucro dotis disponens, habeat locum si mulier ad mortem condemnata sit, eiusque bona fisco applicata?

SVMMARIA.

1 *Statutum de lucro dotis nihil operatur, si mulier delictum commiserit ante matrimonium propter quod ad mortem condemnatur, secùs verò si post matrimonium contractum. nu. 2.*

HÆc quæstio, cùm in tractatu nostro *controuers. de bon. const. matr. acquis. q. 13.* satis decisa sit, eius tantummodo in hoc tractatu mentionem faciemus, breuiter
sub distinctione respondendo. Aut † mu 1
lier ante matrimonium delictum commisit, aut eo cōtractu. Si ante matrimonium, statutum nihil operatur. Ratio est, quia tunc mulieri est interdicta facultas administrandi & alienandi bona, tex. *in l. 4. Manichaos. §. 3. C. de hæretic.* ibi: Præterea non donandi, non emendi, non vendendi, non postremo contrahendi, cuiquam conuicto (de crimine hæresis) relinquimus potestatem. Idem tex. *in l. 20 ex iudiciorum. de accusat. & inscript.*
Si verò post † matrimo 2
nium contractum delictum commissum est, contrarium determinamus, quia delictum vxoris non potest nocere viro, arg. text. *in l. 25. post contractum. de donat. on.* ibi: Post contractum capitale crimen donationes factæ non valent. Ergo à contrario sensu si ante cōtractum crimen factæ sunt, valent. Idem text. *in l. 9. si quis posthac. C. de bon. præscriptor.* cuius verba sunt: Ea etiam q̄ ab innoxio adhuc marito, antè nuptias titulo donationis acceperit, vel durante matrimonio largitione viri ad eam ante præscriptionem peruenerint, apud eam firmiter permaneant. Hanc quæstionem ita decidit Bart. *in l. 3. quinque legibus. de bon. damnat.* quem sequuntur Alberic. de Rosat. *in tract. statut. in 3. part. q. 5.* Ang. *in tract. malefic. vers. an vxor damnata* & Socyn. *in cons. 121. col. 4. vol. 4.*

QVAESTIO XXV.

An statutum de lucro dotis habeat locum si maritus & vxor simul decedant.

SVMMARIA.

1 *Statutum de lucro dotis disponens non habet locum si vir & vxor simul decedant. contrà. nu. 7. & 8.*

2 *Pactum in casum mortis de donatione dotenè lucranda inter coniuges factum non operatur, si vnus religionem profiteatur.*

3 *Mulier naturaliter considerando non priùs potest mori, quàm vir, contrà nu. 6.*
4 *Author reprobat Cast. & Roland. inter verbum, decedens & præmoriens, distinctionem.*
5 *Interpretatio l. 16. & 18. de reb. dub.*
6 *AEtas virorum naturaliter maior reputatur quàm mulierum, quod exemplis comprobatur. & num. 10.*
9 *In casu dubio præsumitur ipsum tardiùs decessisse, qui aliàs humaniter considerando tardiùs decedit.*
11 *Fortitudo & magnanimitas virorum, exemplis ostenditur.*
12 *Adami & aliorum patrum ætas.*
13 *Fœmina cur citiùs pubescant.*

PARS I. NEGANS.

HÆc quæstio an maritus lucretur dotem, si cum vxore simul decedat, putà, si in naui vterq; simul submersus sit, vel alio modo occubuerit, non minùs physica, quàm iuridica censenda est. Pars negatiua, quòd statutum eo in casu non habeat locum, probatur primò hoc modo.

1 Quocunque † in casu requiritur aliquem præmori, non sufficit vt duo simul moriantur, sed requiritur vt sciatur certè, & non per coniecturas, quis priùs mortuus sit. Paul. de Castr. *ad l. 8. si inter. de reb. dub.* dicit esse text. hoc probantem in *l. 16. quod de pariter. eod tit* adde meliorem tex. *in l. 18. eodem tit.* Sed antequàm statuti dispositio possit habere locum, requiritur vt certè sciatur, vtrum mulier priùs mortua sit, nec ne. Ergo non sufficit vt maritus & vxor simul sint mortui. Sed necessarium est vt certè sciatur, vter prædecesserit. Istud argumentum sequendo Paul. de Cast. confirmant etiam Homod. *in consil. 9.* & Præpos. Alexand. *in c. fin. col. 4. de donat. inter vir. & vxor.* Volunt enim quando vir & vxor simul moriantur, quòd tunc interrumpatur ordo prioris & posterioris, *per l. Arethusa. de statu hom.* qui in statuti dispositione requiritur.

2 II. Facit † quod volunt Petr. Cyn. & Sal. *ad l. 56. Deo nobis. C. de Episcop. & Cleric.* nempè si inter virum & vxorem intercesserit pactum, vt vnus altero præmortuo lucretur dotem vel donationem propter nuptias, quòd hoc non habeat locum, si vterque simul monasteriũ intret, quia neuter tunc dicitur alteri superuiuere. Quod idẽ à paritate rationis hoc in casu videtur dicendum, nam ex quo statutum requirit superexistentiam viri, quæ non potest apparere si simul vir & vxor moriantur, certum erit quòd iuxta statuti dispositionem non possit lucrari dotem.

III. Cõsiderando † naturalem rationem, 3
pariter videtur dicendũ, quòd hoc in casu non possit lucrari dotem, quia iuxta eam non præsumitur, quòd vir diutiùs possit viuere, quã mulier, licet alij à naturali coniecturandi ratione in hoc cõtrarium senserint. Docent hoc multa maiorũ nostrorum præclata exempla, mulieres nimirũ non minus diutiùs vixisse, quàm viros. Ex multis, quæ de hoc recẽseri possent exemplis, vnum de Lucia Tertulla Ariminensi referam, quam ferunt centum & triginta septem vixisse annos. Nec nõ aliud de Liuia Rutilij, Terentia Ciceronis, ac Claudia Auli filia addam, quarum primam septimum & nonagesimum suæ complesse annum, scribunt; alteram tertium & centesimũ: postremã quindecim filiis ante enixis quintũdecimũ & centesimũ superasse annum aiunt. Ex quib. constat q mulieres nõ minorem agant vitam, vel citiùs moriantur q̃ viri. Videtur igitur concludendũ, q statutũ de lucro dotis disponens nõ habeat locũ, si coniuges simul moriantur, ita vt sciri non possit vter prior decesserit. Tenent istam cõclusionem Bar. *in l. si inter. & in l. 22. quod de pariter. de reb. dub.* Socyn. *in l. si mulier. eod.* vbi eam communi Dd. responso pbari asserit. Tiraq. *in tract. primogen. q. 17. opin. 7. & 8.* Alciat. *in tract. de præsumpt. 49.* Aret. *in cons. 50. circa fin.* Signorol. de Homod. *consil. 9.*

PARS II. AFFIRMANS.

MVLT hanc † quæstionẽ in terminis 4
decidentes distinguunt inter verbũ, *decedens & præmoriens*, vtpotè si statutũ disponat p verbũ, *decedens*, q tũc pars affirmatiua sit tenenda, si verò p verbũ *præmoriens*, putà, vxore præmoriẽte, marit' lucret' dotẽ, q tũc pars negatiua sit verior, per argumenta supra à Paulo de Castro & aliis allegata, quos in hoc sequitur Roland. à Valle *in tract. de dote. q. 60. num. 6.* pro quorum distinctione videtur esse text. *in l. 32. §. 14 de donat. inter vir. & vx.* Sed ista etymologica distinctione non obstante, indistinctè partem affirmatiuam amplectimur, maximè cum statutum inter duo ista verba, *decedens & præmoriens*, quoad significationem,

in casu quem nos tractamus nullam faciat differentiam. Vnde ad primum accedendo argumentum respondemus ad eius maiorem, scilicet verum esse, quòd in hac statuti dispositione requiratur cognitio, vter prior ex coniugibus decesserit, sed istam non posse probari per coniecturas, vbi aliæ desunt probationes, falsum est † vt ex ipsissima *d. l. 16.* in contrarium allegata ostenditur, quæritur enim ibi, si mater & filia maritata simul decesserint, vtrum tunc actio ex stipulatu competat heredibus matris, si illa dotis constitutæ tempore à marito stipulata sit, dotem sibi reddi? Rescripsit Dinus Pius non esse commissam stipulationem. Cur hoc? quia mater filiæ non superuixit. Sed cum mater & filia si-
5 mul perierint, vnde scitur vtra prior decesserit? Non aliundè nisi ex naturali ratione, quæ præsumit filiam viripotentem robustioris esse naturæ, quàm matrem decrepidam. Item non obstat *d. l. 18.* quia ibi propter paritatem roboris vel valetudinis, nulla potest capi coniectura vter prior decesserit. At dices fratres, de quibus ibi agitur, non semper esse eiusdem naturæ aut roboris, cùm plerunque vnus altero imbecillior sit? At respondetur hoc propter sexus paritatem non præsumi, nisi euidentissimè probetur vnum vel multò iuniorem, vel propter defectum corporis altero imbecilliorem, aut aliâs tempore naufragij in natando alacriorem, tempore belli in pugnando fortiorem & audaciorem, aut in fugiendo celeriorem, & sic de similibus. Ex quibus indiciis præsumitur superexistentia vnius, & interitus alterius, *est tex. in l. 22. cum pubere. de reb. dub.* ibi: *Cum pubere filio mater naufragio periit, cùm explorari non possit, vter prior extinctus, humaniùs est credere filium diutius vixisse, & hoc duntaxat propter naturalem rationem, quæ præsumit filium puberem propter maiorem corporis roborem diutiùs vixisse quàm matrem.*

Quod in II. argumento dicitur propter ingressum religionis coniugem non lucrari ex pacto dotē vel donationem propter nuptias, non fit tàm propter parem religionis ingressum, quàm propter tacitam pacti renunciationem, quæ per monasterij ingressum dicitur fieri. Nam ex quo vterque coniunx ingrediendo re-
6 ligionem seculo renunciat, præsumitur etiam pariter renunciasse pacto de lucranda dote vel donatione propter nuptias, inter eos inchoato.

Ratio loco III. argumenti opposita non † obstat. Nam licet per eam ostendatur, mulieres etiam longam attigisse ætatem: tamen satis probabile est, viros multò plures superasse annos, quàm mulieres, quòd & ipsa naturalis ostendit ratio, vt infrà dicetur, & multa præclara hoc docent exempla. Nam reperimus Titum Fullonium Bononiensem centum ac quinquaginta superasse annos; Ioannem Tampes equitem Gallum imperante Carolo magno vnū & sexaginta supra trecētos annos vixisse, vt refert Bap. Ful. *lib. 8.* Nec non vt isdem author testis est, Antonium Ægyptium ad annum centesimum ac quinquagesimum vixisse. Ex quibus cognosci- 7
tur quod ætas virorum multò maior sit quàm fœminarum, ac cōsequenter quòd eorum natura sit robustior.

Pro hac † parte I. reperitur text. *in l. 32. si possessor. de religios. & sumpt. funer.* ibi: *Si eodem momento temporis vir & vxor decesserit: Labio ait, in heredem viri proportione dotis dandam esse actionem: quoniam idipsum dotis nomine ad eum peruenit. est glos. ibid. in verb. idipsum.* vbi dicit: pone pactionem fuisse inter coniuges, quòd maritus mortua vxore lucra-
retur dimidium dotis, si iam dubium esset, 8
vter eorum prior decessisset, quid tunc determinandum? Respondet; mulierem præsumi priùs decessisse.

II. Est † text. egregius in *l. 9. qui duos. § 3. si maritus. de reb. dub.* ibi: *Si maritus & vxor simul perierint: stipulatio de dote* (lucranda exponit glos.) *ex capitulo: Si in matrimonio mulier decessisset, habebit locum, si non probatur illa superstes viro fuisse.* Ratio est quia naturalis præsumptio est, virum diutiùs vixisse.

III. Videtur esse textus quodammodo in terminis pro hac parte in *l. 32. cur hic status. §. 14. si ambo. de donat. inter vir. & vx.* vbi est casus, quando coniuges simul moriuntur, quorum vnus alteri in vita constituit donationem, quòd tunc præsumatur donatarius diutiùs vixisse, *quia,* inquit textus, *non videtur prior vita decessisse, qui donatum accepit, cum simul decesserint.*

IV. In † casu quo dubitatur de alicuius 9
superexistentia & alterius interitu, semper præsumendum est, eum diutiùs vixisse vel superfuisse, qui robustioris est naturæ, vel qui humaniter considerādo tardiùs decedit, vt perspicuè probatur in *d. l. 9. §. 1. & 4.* vbi pater & filius simul periêre, & ne-

scitur

ſcitur vter eorũ priùs periit, ait text. *intelligitur ſuperuixiſſe filius patri, niſi cõtrariũ approbetur*. Ratio eſt, quia in huiuſmodi caſib. ab ordine mortalitatis inducit̃ probabilis ꝓſumptio, *l. 15. de inoffic. teſt*. Idẽ text. eſt. *in d. l. 16. quod de pariter*. vbi ſi filia pubes & mater ſimul deceſſeriut, pręſumitur filia ſuperuixiſſe matri. Idẽ pulcherrimus text. *in l. 22. eod. tit*. vbi mater & filius pubes ſimul naufragio periẽre, ignorat̃ vter prior deceſſerit, decidit tex. filium diutiùs vixiſſe, addit causã, *quia hoc humanius eſt credere*. Vide ẽt
10 textum *in l. 7. de bon. damn*. Sed † humaniùs eſt credere virũ ſuperuixiſſe vxori, q̃a fortioris eſt naturæ q̃ mulier, vt & ipſa experientia rerũ omniũ magiſtra atteſtatur, & multa maiorum noſtrorũ exempla docẽt. Legimus enim apud Sabel. *li. 1*. Iſocratem cùm quartum & nonageſimum ætatis ſuæ attigiſſet aunum, quòd tanta adhuc in eo fuerit naturæ & ingenij vis, vt librũ, quem Panathenaticum iutitulauit, cõſcripſerit, quẽ ita doctè & excellenter ſcribere non potuiſſet, ſi vllæ illi ingenij vires deſuiſſent. Idem apud eundem authorem de Gorgia Leoutiuo legitur exemplũ, qui cũ ceutum & ſeptem vixiſſet annos, interrogatus cur tamdiu iu humanis eſſe vellet? Nihil eſt reſpondit, cur adhuc ætas à me accuſari poſſit. Huic ſimile à Bapt. Ful. *d. lib. 8*. de Demerito Abderite Philoſopho Doctiſſimo refertur, qui cùm centum ac nouem attigiſſet anuos, omnemq́; ętatem iu magna rerum inopia, cõtemplando inueſtigandoq́; conſumpſiſſet, uon morbo ſed longo ſenio obiuiſſe dicitur.

Quod idẽ de Galeno Pergameno medico excellẽtiſſimo referũt, qui vitã ſuam ad centeſimum ac quadrageſimũ annum duxit, ſemꝑ proſpera vſus valetudiue, uec vllis in docendo ingenij neruis caruit. Sed
11 vt † uou ſolũ de ingenij vi virorum, quã ad vltimum vitæ punctum retiuẽt, differam, ſed etiam de corporum eorũ fortitudiue quædã referã, hoc vnũ de Maſiniſſa Rege ſcitu dignisſimũ ſciatis, qui cũ auuos circiter ſexaginta regnaſſet, factus nonagenarius ſine ephippiis equũ aſcendit, nudo capite, pedibusq; iter fecit, nec non & filiũ in extremo vitæ ſpatio creauit. Et ꝙ magis memoria dignũ, extrẽma confectus ętate, cum ampliſſimo Catthagiuenſiũ exercitu collatis ſignis proſpero Marte dimicauit. Atque alterũ de M. Valerio Coruino accipiatis exemplum, qui cũ centeſimũ compleſſet annũ, non ſolũ integris corporis viribus, ſpecioſiſſimis Reipub. vitib. pręfuit, ſed etiam exactiſſime agrorũ culturę ſatisfecit, omnib. & ciuis & patrisfamilias celeberrimum præbens exemplum. Nec nõ & iſtud de Marco Marcello ſcitu digniſſimum prætereundum, qui cum ſexagenarius factus, tauta dicitur fuiſſe ferocia, tanto accenſus bellandi ſtudio, quanto ante ipſum vllus: quippe qui per quietem ſæpè ſibi pugnare viſus eſt. Optauit identidem, vt vno incluſus loco, cùm Anuibale omnium qui vnquã fuẽre ducum ferociſſimo, de omnium controuerſiarum ſumma
pugnaret. Hæc † & multa ſimilia de natu- 12
ræ virorũ fortitudine poſſent in mediũ ꝓferri exẽpla, niſi humani generis primordiũ conſiderãdo, vnũ nobis de Adamo ſufficeret: is enim in ſudore vultus ſui ſibi victum acquirendo, noniugenteſimũ & trigeſimum, vt ſacræ teſtãtur ſcripturæ, compleuit annum. Eadem ẽt ætatis longitudo comprobatur in Seth, qui annos vixit 912. Caam 910. Malael. 895. Iaphet, 962. Mathuſalem 969. atteſtãte Auguſtiuo cap. 15. de Ciuit. Dei. Et licet huiuſmodi ætas iam non reperiat̃ iu viris, cũ poſt diluuiũ Deus tale abbreuiauerit tẽpus, vt tradit Ioſeph. *Antiquit. lib. 1. c. 5. & 8*. tamẽ ex eo colligit̃, ꝙ natura & Deus ipſe viris ſemper longiorẽ largitus fuerit vitam, quàm mulieribus.

Ex quo certo certius conſtat, virorũ naturam eſſe multo fortiorẽ & robuſtiorem, quàm fœminarum. Ideoq; nec immeritò pręſumendũ in caſu dubio virum ſuperuixiſſe vxori. Hinc † nõ incõcinnè Bal. *in c. 3*. 13
de deſponſat. impub. reddeus rationẽ cur fœmina citiùs pubeſcat, q̃ maſculus, videtur dixiſſe, ꝙ ideò citiùs pubeſcat, quia citiùs couſumit̃. Et Accurſius in *l. 2. de R. I*. aliã excogitans causã, ꝙ iccirco citiùs ad pubertatem perueniat, quia malæ herbæ inſtar citiùs creſcit, citiusq́ue deſumitur.

Ex prædictis certa promanat concluſio, ꝙ iuxta dicti ſtatuti diſpoſitionẽ, ſi maritus ſimul cum vxore decedat, lucrũ dotis ad mariti heredes, absq; vlla agnitione, *vt plenè Phanuc. iſto tract. gloſ 4. nu. 4*. deuoluat̃.

Aſſeutit huic cõcluſioni Gloſ. *in d. l. cũ hic ſtatus. & in d. l. ſi poſſeſſor. §. ſi eodem*. Eaudem confirmant Bart. (licet etiam pro coutraria ſeutentia allegetur) Socyn. Immo. & & Paul. de Caſtr. *in d. l. qui duos. §. ſi maritus*, & ibid. Alex. in addit. ad Bart. Idem Bald. *in l. hereditarus. col. 3. C. de hered. act*. Anchar

in

in consil. 438. col. fin. & est communis Doctorum sententia, maximè si statutum disponat de vxore decedente, & non pręmoriente.

QVAESTIO XXVI.

Quæritur an statutum disponens, quòd maritus prædefuncta vxore sine filiis, ex se natis, lucretur dotem, habeat locum si præmoriatur superstite ex filio nepote?

SVMMARIA.

1 *Conditio si heres decesserit sine filiis, ex se natis, non deficit in nepotibus. contrà nu. 3.*
2 *Lex faciens mentionem de filiis cum quodam additamento, quod non conuenit nepotibus, tunc appellatione filiorum non veniunt nepotes.*
4 *Verba, ex se natis, in conditione apposita conueniunt etiam nepotibus.*
5 *Beneficium concessum filiis regulariter transit ad nepotes.*
6 *Extensio iuris in æquiparatis est permissa.*
7 *Cõditio in pacto, vel statuto apposita de filiis, comprehendit etiam nepotes. & nu. 8.*
9 *Filij repræsentant patrem.*
10 *Statutum procedens in nepotibus habet etiam locum in nepotibus.*

PARS I. AFFIRMANS.

HANC quęstionem nonnulli Doctores in dubium vocant, propter argumenta quæ modò in medium producuntur.

Pars affirmatiua, quòd maritus nepote non obstante lucretur dotem, con-
1 firmatur primò ex decisione † Angeli in *l. 1. C. de cond. insert.* vbi vult quod conditio. *Si heres decesserit sine filiis ex suo corpore natis.* non deficiat existentibus nepotibus, ex suis filiis progenitis. Et hoc virtute dictionis, *Ex*, causam immediatam vel proximam significantis, *l. 5. non dubium. C. de legib.* Idem notat Bart. *ad l. 1. §. ex incendio. de incend. ruin. & naufrag.* Idem vult Corne. *consil. 199. col. 12. in vol. 2.* Salyc. *in auth. sed & si quis. C. de secund. nupt.* Ex quo igitur eadem in hac statuti dispositione reperitur conditio, super qua Ang. eiusque sequaces determinant, certum erit quòd etiam idem ius, quod prædicti Doctores in allegato puncto statuêre, hoc in casu sit statuendum.

II. In casu quo lex † facit mentionem de 2
filiis cum quodam additamento, quod non conuenit nepotibus, tunc appellatione filiorum non veniunt nepotes, Bart. *ad l. 220. liberorum. col. 3. vers. item prædicta vera. de verb. signif. per tex. in l. fin. C. de natural. liber.* Idem cõfirmat Dec. *in cons. 353. col. fin.* Ang. *in c. 4. neque illo. Nouel. 18.* vbi dicit, quòd inuestitus pro se & filius ex se natis, non videatur inuestitus pro nepotibus. Sed in hoc statuto fit mentio filiorum cum quodam additamento, quod non conuenit nepotibus, quia in eo adduntur verba, *ex se natis*, quę non possunt verificari in nepotibus. Ergo in hoc statuti appellatione filiorum non veniunt nepotes.

III. Statutum excipit filius ex vxore natos. Ergo suam dispositionem confirmat in nepotes ex se non natos, cùm exceptio confirmet regulam vulg.

Ex prædictis videtur concludendum, quòd maritus, mortua vxore, iuxta prędicti statuti dispositionem in præiudicium nepotum lucretur dotem.

Tuetur hanc conclusionem Bart. *in consil. 132.* quem ad hoc referunt Ripa *in l. ex facto. §. si quis ita. ad Trebel.* & Socyn. *in consil. 51. col. 1. vol. 4.* Idem tenent Salyc. & Ang. *dd. loc.*

PARS II. NEGANS.

NEGATIVAM tanquam veriorem eligendo opinionem, respondetur ad
decisionem † Angeli in I. argumento op- 3
positam, quòd illa non sit vera, prout ex communi Doctorum conuincitur opinione, quæ in hoc puncto contrarium omninò determinat, vt infrà patebit.

Negatur minor I. argumenti proposi-
tio. Nam † additamentum istud, *ex se na-* 4
tis, non solùm conuenit filiis, sed etiam nepotibus, ex filiis natis, prout communiter tenent Doctores, nec non ipse Bart. *in d. l. 220.* Quod ex decisione Ang. *in d. c. 4.* ibid. allegatum est, non obstat, cum iuri & communi Doctorum aduersetur opinioni, vt patet per Bal. & Afflict. *in c. 1. §. filiam. de success. feud.* Imò contrariũ & ipsa naturalis ratio suadet, nam in quocunque instrumento pater excipit vel non excipit filios ex se natos, videtur etiam excepti vel non

excepti

excepti nepotes, cùm ad eos etiam successio & hereditas deuoluatur.

Ex prędictis negatur etiam quod in cõsequentia III. arg. dictum est, cùm hoc in casu nepotes appellatione filiorum ex se natorum etiam veniant, vt expressè decidit Bart. *in d.l.220.*

Hanc partem confirma I. hoc modo.
5 Beneficium † concessum filiis regulariter transit ad nepotes, est text. *in l.11. Diuo Marco. C. de quastion.* vbi priuilegium militibus clarisque viris concessum, transit non solùm ad filios, sed etiam ad nepotes. Idem tex. est *in l. 8. milites. eod. tit.* Sed beneficium excludens patrem à lucro dotis est concessum filiis. Ergo etiam intelligitur con-
6 cessum nepotibus.

II. Quocunque † in casu duo reperiuntur parificata, de quorum vno in lege vel statuto expressè mentio facta est, de altero autem expressè nihil determinatum, tunc quod expressè determinatum est de vno, refertur etiam ad alterum, expressè non determinatum, *text. in c.33. si postquam. de elect. in 6. & dixi suprà in quaest. 22. & est* text. *in c. 14. cum dilectus. & in c. 15. ad audientiam. de cleric. non residen.* Sed ex dispositione iuris communis, à quo statutum hoc in casu interpretationem recipit, *l. 2. si serui vestri. C. de noxal. c. 8. cum dilectus. de consuet. Bart. ad l. 9. omnes popul. in 3. & 6. quaest. princ. de iust. & iure,* filij & nepotes quoad successiones & priuilegia parificantur. *d. l. 8. & 11. C. de quaestion.* Ergò licet de filiis, & non nepotibus in statuto fiat expressè mentio: tamen tacitè eius determinatum est exten-
7 dendum ad nepotes.

III. Quoties † in dispositione hominis vel statuti sub conditione fit mentio filiorum, comprehenduntur etiam nepotes. Bart. *ad d.l.220. liberorum. col. 4. de verb. sig. per text. in §. 6. cũ filius. Inst. de hered. quae ab intest.* ibi: *AEquum enim esse videtur nepotes neptesuè, in patris sui locum succedere. Pari ratione etsi nepos neptisuè sit ex filio, & ex nepote pronepos proneptisuè, simul vocantur.* Ex quibus verbis facilè huius quaestionis decisio intelligitur. Sed in hac statuti dispositione sub conditione fit mentio filiorum. Ergo etiam in
8 ea comprehenduntur nepotes.

IV. Statutum † quod est introductum in fauorem filiorum, extenditur ad nepotes. Socyn. iun. *in cons. 19. col. 1. arg. d. §. 6. Doct. ad l. Lucius. de heredib. instit.* Corn. *cons. 97. col. 5. vol. 1. & in cons. 207. vol. 2.* Bald. *ad l. 1. C. de cond. infert.* Ruin. *in cons. 35. col. 3. vol. 1.* At statutum superstitib. filiis excludens à lucro dotis maritum, est introductum in fauorem filiorum. Ergo extẽditur ad nepotes.

V. Considerando † naturalem rationem, 9
hanc partem esse verissimam liberè fatebitur. Si enim filius patris repręsentet personam, vt lex dicit, & testatur Aristot. *lib. 8. Ethic.* dicẽns: *Parentes amant liberos, tanquam aliquid sui existentes: filij verò parentes vt ab illis aliquid existentes.* Si fœlix radix virtutem suam extendat in palmites, vt ait Angel. *in cons. 110.* & portiuncula quae in procreatione filiorum fuit transfusa, non censeatur extincta, sed aucta & augmentata, vt inquit Paul. de Cast. *in cons. 161.* per text. *in l. cum scimus, prope fin. C. de agrico. & cens. lib. 11.* Si, inquam, filij noua parẽtum lumina vocentur, vt ait Isocrat. & columnae familiae, vt testatur Eurip. in Andr. Cur eos eodem gaudere iure, quo gaudent parentes, denegaremus?

Ex praedictis intrepidè concludimus, quòd maritus non solùm propter existentiam filiorum, sed etiam nepotũ priuetur lucro sibi ex statuti dispositione debito.

Hanc opinionem tenent Bart. (licet etiam pro aduersa opinione citetur) *in d. l.220. de verb. signif.* Bald. *in d.l.1. C. de condit. infert. & ibid.* Corn. ac Paul. de Cast. Idem tenet Bald. *in cons. 13. vol. 3.* Alex. *in d. l. ex facto. §. fin. ad Trebel.* Paris. *in cons. 18. col. 5. vol. 2.* Ripa *in d. l. ex facto. §. si quis ita.* vbi hanc magis communem dicit Curt. iun. *in d. auth. praeterea.* Ruin. *cons. 35. col. 7. vol. 3.* Paul. de Cast. *d. cons. 161.* refert & sequitur Roland. à Valle *in tract. de dote. quaest. 56. num. 19.*

An † autem praedicta conclusio sit am- 10
plianda, vt etiam procedat in neptibus ex filia natis, propter varios praedictorum intellectus controuersum esse videtur? AEquius autem est, vt affirmatiuè in hoc pũcto cõcludamus, Bal. *in d. l. 1. C. de cond. infert. arg. text. in l. non est sine liberis. de verb. signif.* Rom. *in cons. 129. vers. sed eadem ratio.* Fulgos. *cons. 203. col. fin.* Ias. *ad l. Gallus. §. quòd si is. de lib. & posthum.* Aym. *in cons. 307. col. 2.* estque communis Doctorum opinio, attestante Rolando à Valle *d. tract. q. 55. nu. 5.* Neq; obstat quòd in statutis masculinum nõ concipit fœmininũ. *l. constitutionib. ad municip. l. de quib. de legib. & l. 1. de verb. signif.* quia respondetur, quòd hoc non procedat in materia indifferenti, quae eodem modo conuenit fœminis, sicut masculis, *l. 1. §. ad filias.*

ad l. Iul. maiest. Iacob Butr. ad l. si quis in tantam. C. unde vi. Bart. *ad l. 1. circa fin. princ. de pecul.* Bald. *in l. seruum. C. commun. de legat.*

QVAESTIO XXVII.

Statuto cauetur quòd maritus prædecedente vxore lucretur dotem in præiudicium liberorum primi matrimonij; an huiusmodi statutum extendatur ad liberos primi matrimonij, qui alienæ subsint iurisdictioni?

SVMMARIA.

1 *Statutum disponens de liberis refertur etiam ad ea, quæ alienæ subsunt iurisdictioni. & nu. seq contrà nu. 7.*

4 *Liberi per contractum matris ad alienam suscipiendam iurisdictionem non sunt cogendi.*

5 *Forum sortiri, & statutis subiici, à pari procedunt.*

6 *Priuilegia alicuius loci eis duntaxat competunt, qui sunt eiusdem loci iurisdictionis.*

7 *Statutum non extenditur ad eos, qui alienæ subsunt iurisdictioni, & num. seq. etiam si eorum bona eidem statuto sint subiecta, num. 9.*

10 *Bona veniunt accessoriè ad personas, & non persona ad bona.*

11 *Verba contractus sicut recipiunt interpretationem à iure communi, ita etiam recipiunt interpretationē à dispositione statuti.*

PARS I. AFFIRMANS.

1 QVOD † huiusmodi statutum extendatur ad liberos prioris matrimonij, qui alieno subsunt territorio, videtur primò probari ex eo, quòd mulier sequatur domicilium viri, *l. fin. §. ijdē rescripserunt ad municip.* idem tenet Bald. *in c. 1. fin. de inuest. de re alien. fact. in vsib. feud.* Archi. *ad c. illud. 12. dist.* Alb. *in c. fin. de for. comp. col. 12. nu. 30* Felyn. *ad c. de spons. nu. 12.* & consequenter eius loci iurisdictioni, quoad dotis restitutionem, subiiciatur.

2 II. Videtur † esse textus pro hac opinione in *l. 65. exigere dotem. de iudic.* ibi: *Exigere dotem debet mulier illic, vbi maritus domicilium habuit, non vbi instrumentum dotale conscriptum est.* Ex quibus verbis expresſè colligitur, quòd indistinctè; siue liberi prioris matrimonij alienę iurisdictioni sint subiecti, siue non, circa dotis lucrum, vel eius restitutionem, statutum domicilij viri sit attendendum, ex quo enim *d. l. 65.* indistinctè loquitur, satis patet quòd etiam indistinctè sit intelligenda.

III. Argumenti loco respondetur ad vulgare istud axioma, quo dicitur, quòd verba statutorum non comprehendant eos, qui alienæ subiecti sunt iurisdictioni, Bald. *in l. fin. §. in computatione. in fin. C. de iure delib. arg. l. qui tabernas. de contrahen. empt.* & hoc propter defectum potestatis statuentium, quod hoc non procedat in casu, quo aliquid est specialiter exceptum, cùm specialitas generalitati semper deroget. Sed quòd dos debeat restitui secundum statutum domicilij viri, specialiter ab Imperatore nostro in *d. l. 65.* est determinatū Ergo, &c.

Ex quo igitur constat, quòd lex communis concurrat cum statuto, de quo nobis instituta est decisio, satis compertum esse videtur, quòd cęteris statutis, vel iurisdictionibus sit derogatum, maximè cum *d. l. 65.* à superiori neminem recognoscenti sit condita.

PARS II. NEGANS.

QVOD prædictum statutum non porrigatur ad liberos, alienæ iurisdictioni subiectos, verior apparet esse opinio. Nam licet mulier, vt in I. dicitur argumēto, contrahendo matrimonium quoad dotis restitutionem alienæ subiiciatur iurisdictioni: tamen ex eo nō sequitur, quòd idem de liberis dicendum sit, cùm † isti 4
neutiquam per contractum matris, ad alienam suscipiendam iurisdictionem sint cogendi.

Similiter quod in II. argumento per *d. l. 65.* oppositum est, non contrariatur, quia licet ex ea probetur, quòd dotis restitutio debeat fieri secundum statutum domicilij viri, tamen quòd hoc fieri non debeat in præiudicium liberorum prioris matrimonij, vicissim per illam l. non negatur, imò hoc expresſè per *l. 6. hac edictali. C. de secund. nupt.* determinatur.

Proinde responsio loco III. argumenti obiecta non aduersatur, cum *d. l. 65.* per suam specialitatem nihil deroget prioris matrimonij liberis, sed tantū aliis contractibus, qui istum respiciunt locum, in quo instrumentum confectum est, vt ex verbis

einſdem contextus clarè patet: *Nec enim id genus contractus eſt, vt & eum locum ſpectare oporteat, in quo instrumentũ dotis factum eſt, &c.*

Pro hac parte I. argue hoc modo. Forũ
5 ſortiri † in aliquo loco, & ſtatutis ſubiici, à
pari procedunt. *Gloſ. in c. quod clericis. de foro compet.* Alex. *in conſ. 44 col. 3. vol. 5. & in conſil. 19. col. 3. & in conſ. 116. col. 1. vol. eod* Socyn. *conſ 271. col. 2. in fin.* Sed liberi forẽſes primi matrimonij non ſortiuntur forum in loco ſtatuti victricis, *per l. fin. de iuriſd. om. iud.* Ergo eiuſdem loci ſtatutis non ſubiiciuntur.
II. Contrariorũ eadem eſt diſciplina *l. fin.*
6 *de legat. 1.* Alex. *in conſ. 41. col. 2. vol. 7.* Sed † liberis prioris matrimonij, & alienæ ſubiectis iuriſdictioni, non prodeſt in eorum fauorem priuilegium ſtatuti, de quo in propoſito agitur. Ratio eſt cũ tale ſtatuti priuilegium ſit datum in fauorem ſubditorũ, & non extraneorum. Alex. *conſ. 100. in princ. vol. 3. & in conſ. 44. col. 3. vol. 5.* Idem Pariſ. *in conſ. 34. col. 3. vol 3.* Ruin. *in cõſ. 18. col. fin. vol. 5.* Ergo nec illis debet obeſſe. Ita concludit etiam Ruin. *d. conſ. 18.* vbi ait ſtatutum nunquam comprehendere forenſem, quoad hoc, vt ei nocere poſſit.
7 III. Facit † pro hac opinione quod dicit Bart. *in l. cunctos populos. C. de ſum. Trinit. & fide cathol.* quòd ſi ſtatuto caueatur, quòd vir non habeat poteſtatẽ inſtituendi vxorem ſuam, quòd hoc non extendatur ad forenſem, in eodem loco teſtamentum facientem. Idem facit q. determinat Alex. *in conſil. 45. col. 5. vol. 5.* ſtatutũ nimirũ inhabilitãs fratrẽ ſororis à ſuccedendo, nõ extendi ad fratrem forenſem. Idẽ determinant Ant. de Butr. *in c. Eccleſia Sancta Maria de conſtit.* & Bal. *in d. l. fin. §. in computatione. in fin.* vbi docent, quòd verba generalia ſtatutorũ non comprehendant ea, quæ alienæ ſunt iuriſdictionis.
8 IV. Pro hac † opinione eſt text. *in l. fin. de iuriſd. om. iud.* ibi: *Extra territorium ius dicenti impunè non paretur.* Idem text. *in l. 3. de offic. præſid.* ibi: *Præſes prouinciæ in ſuæ prouinciæ homines tantùm imperium habet, & hoc dum in prouincia eſt. Nam ſi excesſerit, priuatus eſt.*

Ex his cõcluditur, quòd prædictum ſtatutũ non extendatur ad prioris matrimonij liberos, alienæ iuriſdictioni ſubiectos.

Huic concluſioni in terminis aſſentiũt Paul. de Caſtr. *in conſil. 208. propoſito. vol. 2.* Brun. *in tract. excluſ. fæmin. art. 6. col. 5.* quos refert ad hoc, & ſequitur Roland. à Valle *tract. de dote. q. 36. per tot.*

Ampliatur † hæc concluſio etiam pro 9
cedere, ſi bona dotalia ſtatuentium territorio ſint ſubiecta. Anchar. *in c. canonum ſtatuto. q. 12. verſ quæro vlterius circo iſto, de conſt.* Hunc ſequitur Alex. *in d. conſ. 44. col. 3.* dicens quòd ſtatutum aliquem habilitans, vel non habilitans, non extendatur ad non ſubditos, etiam ſuper bonis in ipſo ſtatuentium territorio ſitis.

Rationem † addunt, quia bona veniũt 10
acceſſoriè ad perſonas, & non perſonæ ad bona. Cyn. *ad l. 1. C. vbi pot. tut.* & Pariſ. *in conſil. 53. col. 13. verſ. nec dicatur. vol 3.* & Roland *d. q. 36. num. 11.* Limitatur hoc per eoſdem Doct. non procedere, ſi ſtatutum expreſſè diſponeret contra forenſes, ratione rerum ſub iuriſdictione ſtatuentium ſitarum.

Ampliatur ſecundò prædicta concluſio etiam procedere, ſi maritus promiſerit ſe reſtituturum dotẽ in omnem caſum & euentum. Ratio eſt, quia talis promiſſio regulatur ſecundum diſpoſitionem ſtatuti, vt expreſsè tenet Bald. *in l. fin. C. ad l. Falcid. & in conſ. 253. in princ. vol. 1.* Idẽ Alex. & Iaſ *in l. 40. poſt dotem. ſol. matr.* Hos ſequuntur etiam Ang. Im. & Rom. *in l. 43. domus infecti. §. 1. cum parietem. de dam. infect.* Alex. *in conſ. 133. col. 2. vol. 5. & in conſ. 201. col. 4. vol. 6. & in conſ. 5. col. pen. vol. 3.* vbi hanc cõmunem
aſſerit eſſe opinionem, eãdem cómunem
dicit Dec. *in conſ. 195. col. 2.* Mouentur † præ 11
dicti Doctores in primis hac ratione. Sicut verba cõtractus recipiũt interpretationem à iure communi *l. 54. quare. § 1. inter locatorem. locat.* ita etiam debent recipere interpretationem à diſpoſitione ſtatuti, cùm diſpoſitio ſtatuti æquiparetur diſpoſitioni legali. Sed ſecundum interpretationem iuris communis verba iſta, *in omnem caſum & euentum*, ſunt interpretanda, quatenus maritus ſecundum diſpoſitionem ſtatuti tenetur dotem reſtituere. *arg. l. 6 Stichum. de legat. 1.* Ergo, &c.
II. Facit text. *in l. fin. C. ad l. Falcid.* & ibi Cyn. Bald. Ang & Salyc. qua in l. determinatur, quòd ſi heres ſimpliciter promiſit ſoluere legata, non videatur renunciare detractioni falcidiæ.
III Facit quod dicit Gloſ & ibid. Bart. *in l. 2. in princ. de dote præleg.* quod ſi maritus ſimpliciter pmiſerit reſtituere dotẽ vxori, q. talis promiſſio ſit intelligenda deductis expenſis. Idem hoc in caſu videtur dicendum, quòd dicta generalis mariti pro

missio sit intelligenda, saluo lucro dotis ex dispositiooe statuti marito competenti.

QVAESTIO XXVIII.

An maritus possit lucrari dotem ex statuti dispositione, si occisæ vxoris mortem non vindicauerit?

SVMMARIA.

1 *Mortem uxoris vindicare est onus matrimonij.*
2 *Mortem uxoris maritus si non vindicat, ei tanquam ab indigno dos aufferlur.*
3 *Mortem testatoris heres non vindicans simul dotem & legatum amittit.*
4 *Amoris coniugalis memorabilia exempla.*

PARS I. AFFIRMANS.

BREVITER hanc quæstionem attingendo videtur primò dicẽdum, quòd maritus, licet mortem vxoris non vindicauerit, quòd tamen propreteà dotis lucrum non amittat. Nam consideraodo rationem, propter quam maritus dotem lucratur, scilicet ooera matrimooij, possumus pro parte affirmatiua, hoc modo arguere. Creditor debitori ex causa debiti nullum tenetur præstare beneficium. Sed lucrum dotis propter oneta matrimonij dicitur debitum mariti. Ergo ex causa istius debiti non tenetur maritus vllum vxori præstare beneficium, vel eius mortem vindicare. Hoc est principale argumenrum quòd pro parte affirmatiua potest proferri. Quare cætera omittimus.

PARS II. NEGANS.

PARTEM negatiuam tueodo, respoodetur ad minorem contrarij argumenti propositionem, quòd licet lucrum dotis ex statuti dispositione defuncta vxote mariti debitum dicatur, quòd tamen proptereà non sequatur, maritum noo teneri mortem vxoris viodicare.

1 Imò † propter istud debitum omninò mortem vindicare cogitur, quia propter ooeta matrimonij debetur. Sed viodicare morrem vxoris est onus matrimonij, quia causatur ex matrimonio. Nam si ista vindicatio non causaretur ex matrimonio, sequeretur quòd maritus ad vindicandum non teneretur. Sed secundum leges & communem Doctorum opiniooem renetur. Ergo, &c.

Confirmatur † hæc pars I. per text. ex- 2
pressum io *l. 20. ei qui de his. quib. vt indig.* ibi: *ei qui mortem vxoris non defendit, vt indignè dos aufferiur.* Idem text. *in l. seq. eod. tit. & in l. 27. cum mortem. de iure fisci.* cuius verba sunt: *Cum mortem maritus vxoris necata non defendit, Diuus Seuerus rescripsit, dotem fisco vindicandam, prout ad maritum pertineat.*

II. Facit † text. *in l. 15. si sequens. §. 1. ad Sy* 3
lanian. vbi heres, cui pariter hereditas & legatum est relictum, si non vindicet mortem testatoris, amittit simul hereditatem & legatum. Similis text. est *in l. 3. Marcellus. §. fin. ad Trebel. & in l. mater. C. de calumniat.* Ergo maritus, qui oon vindicat mortem vxoris, non debet lucrari dotem, cùm respectu dotis mortua vxore habeatur pro herede.

III. Hanc † pattem esse verissimam ipsa 4
etiam naturalis ostendit ratio, quæ cogit virum oon minùs suam diligere vxorem, quàm seipsum, imò quę virum maritali indignom nomine iudicat, si non tanto vxorem prosequatur amore, quaoto res in mundo charissima prosequenda est. Docent hoc præclara maiotum gentium nostrorum exempla, nam scriprum de Cyampo Thessalo, & Æmilio Sybaritano, relictom est, eos ranto vxores prosecutos fuisse amore, vt etiam seipsos præ maxima doloris impatientia, eum viderent vxores suas à feris dilaniatas, occiderent. Simile à Sabellico lib. 3. de Tiberio Graecho refertur exemplum. Is enim, duobus anguibus intra cubiculum captis, cùm ab ostentatorum portentorumque interprete hariolaretur, ipsum Corneliæ vxori suę superstitem fore, si alterius sexus serpens occidereretur; ipse quasi dedignabundus respondit: meum interficite; Cornelia iuuenis est, potest per ætatem adhuc parere. Nec defuit rei euentus. Certauit pariter coniunx superstes mutua charitate cum viro defuncto, ita vt regias etiam aspernaretur nuptias. Hinc meritò noo mirandum, Dariom Regem nullum tristitiæ signum dedisse, cùm ab Alexandro magna imperij parte esset exutus, propter obitum autem cooiugis,

manu

manu oculis admota, lachrymis temperare non potuisse. Non minùs scitu dignissima amoris coniugalis de vxorib. extant exempla. Legimus enim Senicæ vxorem dissectis venis vnà cum Senica vitam obire voluisse, nisi mandante Nerone per seruos fuisset impedita. Magnum etiam coniugalis amoris illud signum fuit, quod Plinius de piscatoris in suis epistolis enarrat. Illa enim cum videret virum suum læsa habere pudibunda ægritudine, quæ curari posse non videbatur, dixit ex syncero cordis amore, non consultum est, mi vir, tanto semper in cruciatu vitam agere, sed meliùs per mortem morbi dolorem finire. Viro in hoc consentiente arctissimis se vinculis cum eo colligauit, atque ita de rupe ambo in lacum præcipites missi, simul interiêre, vt refert Baptista Fulgosus lib 4. Ex quibus constat ipsam quodammodo repugnare naturam vxoris non vindicare mortem: nam si tantus inter coniuges sit amor, esseque debeat, vt etiam vnus pro altero finire vitam cupiat, quanto magis vnus alterius defendere vitam mortemque vindicare tenebitur?

Ex præmissis concluditur, quòd maritus, qui non vindicat mortem vxoris, non lucretur dotem.

Hanc partem tenent Bal. Bart. & Ang. *in d.l. si sequens.* §. 1. Glos. *in d.l. cum mortem. in verb. pertineat.* Luc. de Pen. *ad l. mulieres. col. 2. C. de incol. lib. 10.*

Huius conclusionis exceptio prima est, nisi alius maritum in vlciscenda vxoris nece præuenisset, per tex. *in l. 10. sororem. & Ias. in l. 7. si ideo. C. de quibus vt indig.*

Secunda, nisi pater mariti occidisset vxorem. Ratio est, quia maritus non tenetur se vlcisci contra patrem. Roland. à Valle *in tract. de dote q. 62. nu. 9.*

QVAESTIO XXIX.

Stante prænominato de lucro dotis statuto, quæritur si vir occidat vxorem, lucrumne dotis ipso iure amittat, an verò ei auferatur tanquam ab indigno?

SVMMARIA.

1 *Dos ipso iure marito ablata ad vxoris heredes transit*

2 *Marito vxorem occidenti auffertur dos tanquam ab indigno, contrà n. 4. nisi consistat in re feudali. nu. 8. sed reprobatur, nu. 9.*

3 *Filio occidenti patrem non auffertur hereditas ipso iure, sed tanquam ab indigno.*

5 *Declaratio l. 1. C. de his quib. vt indig. & n. 6. Filius ius succedendi habet sub spe certa.*

PARS I.

Demonstrans quòd marito dos auferatur tanquam ab indigno?

CVM scite vtilissimum sit, num maritus occidens vxorem, perdat lucrum dotis ipso iure, an verò ei tanquam ab indigno aufferatur, hanc quæstionem breuiter attingemus Si enim ipso iure à marito aufferatur, transibit dos ad heredes occisæ vxoris; sin minus, applicabitur fisco, cùm istud, quod auffertur ab indigno, fisco sit applicandum. *l. 20. ei qui de his. quæ vt indign.* Quòd autem ei aufferatur tanquam ab indigno, videtur probari hoc modo. Ab eo, qui mortem vxoris non vindicauit, tanquam ab indigno dos auffertur, est text. in d. l. 20. ibi: *Ei qui mortem vxoris non defendit, vt indigno dos auffertur.* & paulò post in seq. l. *portionesque eorum fisco applicantur.* Idem tex. *in l. 27. cum mortem. de iure fisci.* Ergo multò magis ab eo tanquam ab indigno erit aufferêda, qui ipse vxorē occidit. 1

II. Videtur esse text. pro hac parte in *l. 1. C. de his quib. vt indign.* quo probatur, quòd etiam ipso iure tale lucrum veniat applicandum fisco: dicitur enim ibi quòd fructus quos percepit heres, mortē restatoris nō vindicans, teneatur integros reddere. Additur ratio in hæc verba: *Neque enim bonæ fidei possessores, ante controuersiam illatā videntur fuisse, qui debitum officium pietatis scientes omiserunt.* Ergo si ante bonæ fidei possessor nūquam fuit, non videtur ei aliquid aufferri, cùm nemini possit aufferri, quod ante nūquam habuit, hoc ipso iure fieri dicendum est. Ideoque siue dicas, quòd tale lucrum auferatur marito tanquam ab indigno, vel ipso iure, vtroq; in casu videtur dicendum, quòd fisco applicetur. 2

III. Facit pro hac parte quòd filius occidens patrem non amittat hereditatē ipso iure, sed auffertur ab eo tanq; ab indigno, vt communi Doctorū attestatur applausu, referente id Burr. *cons. 63.* hocq; adeò procedit, vt etiam nepotes ex tali filio ad succes- 3

 sionem

sionem non admittantur, commune ait Boer. *decis. 25. n. 8. & 17.* Clar. *lib. 5. sent. §. homicidium. vers. priuatur etiam.* contra Bald. *in l. si quis incest. nu. 4. C. de incest. nupt.*

Ex quibus tandem concludendum videtur, quòd tale lucrum auferatur à marito tanquam ab indigno.

PARS II. NEGANS.

CVM hæc quæstio adeò dubia non sit, non plura in contrarium argumenta mouebimus, sed ad prædicta cõtraria breuiter respondemus, negando
4 † in primis primi argumenti consequentiam: q enim ab eo per dd. ll. qui vxoris mortem non vindicauit, dos tanquã ab indigno auferatur, fit ideò, q eam paruo tempore possederit iusteq. in principio acquisierit, qa maritus non tenetur, & quandoq; non potest illicò quo occisa est vxor, eius vindicare necem, interim tamẽ acquirit lucrum; sed postea iustè quidem ab eo acquisitum; cùm cognoscitur eius animus ad vindictam non accensus, per fiscum auffertur.

Longè verò aliud dicendum est in terminis nostris, in quibus maritus dotẽ nunquam acquisiuit, vt est text. hoc probans in *l. 10. si ab hostibus. §. 1. sol. matr.* cuius verba sunt: *Si vir uxorem suam occiderit, dotis actionẽ vxoris heredibus dandam esse Proculus ait, & rectè: non. n. æquum est, virum ob facinus suum dotem sperare lucri facere.* Ex quib. verbis aperto apertius cognoscit. q ius lucrandi dotẽ ipso iure à marito auferatur, adq; heredes vxoris transferatur, & idcirco quod maritus ob facinus suum nefandum nunquam habuit, non potuit ei per fiscum auferri.

5 Respondetur † ad *d. l. 1.* q ibi loquatur de herede mortẽ testatoris nõ vindicante, & nõ marito, quia est speciale in lucris matrimonialibus, vt nõ applicentur fisco, sed remaneant penes heredes. Ita soluit hoc Bar. *in d. l. ab hostibus.* Idem Bar *in l. fin. de his, quæ vt indign.* addit secundam solutionem, q *d. l. 1. & l. cum ratio. de bon. damn. & simil.* loquantur in lucro legali, d. l. *ab hostib.* verò in lucro conuentionali. Sed istã solutionẽ refutat Campez. *isto tract. part. 5. q. 2. n. 1.* per ipsissimam *l. cum ratio. in fin. & per l. is qui. §. 1. famil. ercisc.* quib. in locis loquit. de lucro ex dispositione hominis. scilic. ex testamento prouenienti, & tamen confiscatur, inquit.

6 Vera † aũt & indubitata prædicti arg. solutio est, quòd nostro in casu ideò lucrum dotis ad occisæ vxoris deferatur heredes, quia considerando mentem statuentium, quæ huiusmodi in casibus necessariò est cõsiderãda, iuxta statuti dispositionẽ maritum, vxorem occidentẽ, minimè lucrari dotem proculdubiò dicendũ est, cùm statuentes tã inhumanos; vel potiùs insanos non fuisse præsumendum sit, vt voluerint huiusmodi impium maritũ dotẽ lucrari.

Et hoc ipsum præterea statuti ẽt oppugnat ratio. Nam si indubitatum sit, matrimonij onera esse pręcipuã statuti causam, vt sufficienter in q. 13. ostẽdimus, qua frõte, quauè ratione diceremus occisorẽ hũc dotis acquirere lucrũ, cũ is vxoris non habeat curã, q̃ ad matrimonij spectat onus? *text. in l. 56. si is. §. 2. de iure dot. & in l. 46. si maritus. ercisc. und.* imò illud ipsum q est viro ꝓpugnandũ ipsemet infert. Sed in casu quo qs ad hereditatem vocatur, aliud dicendũ est, quia in isto talis non subest cõditio, vt istud prædicta iuris hereditatem priùs ab herede auferendam, & deinde fisco applicandam esse disponentia luculẽter ostendunt. Potest responderi ad ea quæ in III. arg. producta sunt, quòd communis ista Doctorum sententia, determinans q filius occidens patrem tanq̃ indignus hereditatem amittat, ideò verior videatur, quia ius
succedendi sub spe† certa & indubitata fi- 7
lius etiã viuente patre habeat. *text. in §. sui autem. Inst. de hered. qual. & differ.* quòd maritus non habebat, sicq; à filio potest auferri quod semel habuit, & econtrariò à marito quod non habuit, non potest auferri. Huc accõmoda quæ dicemus infrà q. 30.

Ex prædictis cõcluditur, quòd maritus vxorem occidens ipso iure amittat lucrũ dotis. Subscribunt huic conclusioni Bald. *in auth. sed hodiè. C. de adult.* Campez. d. q. 2. eãq; communẽ testatur Iul. Clar. *lib. 5. §. homicidium.* referente hoc D. Raymũdo Pio Fichar. *com. opin. in verb. maritus. nu. 13. lib. 5.*

Prędictę † conclusionis exceptio prima 8
videtur, vt nõ procedat in casu quo feudũ cum voluntate domini marito in dotẽ sit datum. Ratio est, quia delictũ hoc nõ concernit domini offensionem. Pro ista exceptione facit quod dicit Bald. *in c. 1. quib. mod. feud. amit.* & Iacob Butr *de feud. in vers. dictiq. vasalli promiserũt*: videlicet q licet seipsũ occidens puniatur in publicatione omniũ bonorũ, p *l. fin. & tot. tit. de bon. eor. qui sibi mort. consc.* hoc tñ nõ ꝓcedere in bonis feudalibus, ꝓpter prænominatã rationem.
Sed † mihi ista non probat exceptio, quia 9

hoc

hoc in caſu non ſolùm requiritur, vt Dominum non offendat, ſed etiam vt vxorem non occidat, per prædicta iura.

Secunda exceptio eſt, niſi maritus nõ voluntariè occiderit, vt hoc ſæpè factum eſſe reperimus. Nam quemadmodũ tunc non debita homicidij pœna punitur, vt cõmune Doct. effatum pronunciat. Iaſ. *in l. 1. nu. 70. de legib.* Clar. *d. §. homicidium. verſ. culpa dicitur.* Sic pariter videt̃ dicendum, q̃ ẽt hac pœna de lucro dotis auferendo nõ puniat̃, maximè cùm ingentem, & penè intollerabilem exinde acceperit dolorem, quo per totũ vitæ ſuæ ſpatiũ miſerabiliter pœnę loco excruciat̃, vt hoc in vero proboq; marito ipſa naturalis ꝓbat ratio, ac proinde iſtã pœnã illi haud infligendam exiſtimarem.

QVAESTIO XXX.

Si maritus iuxta conſuetudinem vel ſtatutum occiderit vxorem in adulterio repertam, an per eandem conſuetudinem vel ſtatutum poſſit lucrari dotem?

SVMMARIA.

1. *Verba ſtatuti ſunt propriè intelligenda.*
2. *Mortis appellatione propriè venit naturalis.*
3. *Donatio inter virum & vxorem non confirmatur morte per virum cauſata.*
4. *Actio de dote competit heredibus vxoris, ſi vir eam occiderit.*
5. *Mortis definitio.*
6. *Adulteram vxorẽ maritus, niſi habitis certis de adulterio indiciis, occidere nõ debet.*
7. *Mariti benignitas non fert, vt præſumatur eum iniuſtè vxorem adulterij cauſa interfeciſſe.*
8. *Exemplum lepidiſſimum alicuius mariti, ſuam vxorem in adulterio reperientis.*
9. *Maritus iuxta ſtatuti diſpoſitionem occidens vxorem, de eodem ſtatuto dotem lucratur. & num. 10.*
11. *Amoris coniugalis pulchrum exemplum.*
12. *Adulterij pœna iure veteris teſtamenti erat vltimum ſupplicium.*
13. *Maritus occidens vxorem adulteram non lucratur dotem ex pacto.*

PARS I. NEGANS.

Pono, ſtante ſtatuto vel conſuetudine, q̃ maritus poſſit occidere vxorem in adulterio repertam; an poſſit de eodẽ ſtatuto, occiſa vxore, dotẽ lucrari? Quòd non poſſit defenditur I. per *l. 56. interdum. §. 1. de furt.* vbi probatur, quòd quis ſibiipſi ius dicendo amittat beneficiũ, quod ſibi ex lege debetur. Sed maritus in adulterio vxorem occidendo ſibiipſi ius dicit. Ergo amittit lucrum, quod ſibi ex ſtatuto debetur.

II. Statuti † verba ſunt propriè intelligenda, Bal. *in l. 2. C. de dot. promiſ.* Ratio eſt, quia ſtatuti diſpoſitio, de quo nos agimus, eſt præter ius cõmune, Ang. *in conſ. 158. col. 1. per l. vbi adhuc. C. de iur. dot. & l. dos à patre. C. ſolut. matr.* & ideò propriè intelligenda *l. conſtitutionib. ad municip. l. quod verò. de legib. & c. quæ à iure. de reg. iur. in 6.* neq; ad aliquam conſequentiam trahenda, *d. l. quod verò.* & vide Abb. *in conſ. 2. col. 1. vol. 1. & in conſ. 79. col. 1. vol. 2.* Dec. *in conſ. 353. col. 1.* Iaſ. *conſ. 58. col. 1. & in cõſ. 115. vol. 1.* & Patiſ. *in conſ. 127. col. 3. in princ.* 1

Sed † appellatione mortis propriè venit naturalis, quæ non hominis facto, aut lege infertur. *text. in l. 121. §. 2. in inſulam. de verb. oblig.* ibi: *in inſulam deportato reo promittendi ſtipulatio ita concepta, cum morieris dari, non niſi moriente eo committitur.* Ecce licet in inſulã deportatus dicatur ciuiliter mortuus: tamen in ſtipulatione, ſi mortis mentio facta eſt, intelligitur propriè de morte naturali, quæ nõ per legem aut factum hominis infertur. Ergo ſtatutũ diſponens, quòd mortua vxore vir lucretur dotem, eſt intelligendum de naturali vxoris morte, & non quæ ei ex cauſa adulterij per maritum infertur. 2

III. Si ſtatutum eſſet intelligendum de morte, quæ propter adulteriũ à viro vxori infertur, daret̃ maritis materia delinquendi, quia aliquando contemnendo vxores ſuas, quærerent falſam eas occidẽdi occaſionem, vt ſimul dotes lucrarentur, & nouas ſibi acquirerent vxores. Sed poſterius eſt prohibitum, quia contra omne ius & æquitatem. Ergo & prius, ſcil. quòd ſtatutum ſit etiam intelligendum de morte, à marito vxori illata.

IV. In diſpoſitione ſtatuti potiſſimùm cõſideranda mẽs eſt ſtatuentium. Sed conſiderando mentem ſtatuẽtium venit duntaxat mors naturalis, & non quæ per vim mariti vxori infert̃, vt probatur † ex eo, q̃ donatio inter virum & vxorem morte cõfirmetur. *l. 1. & 3. de donat. inter vir. & vx.* nõ aũt morte quæ à marito infertur, quia de tali morte non præſumitur cogitatũ. Facit ad hoc quod dicit Anan. *in c. fi. col. 3. de homicid.* quòd, ſi quis impetrat beneficium vacans vel vacaturum alicuius † morte, quòd 3 4

impetratio non valeat, si impetrantis culpa mors fuerit illata. Ergo considerando mentem statuentium, maritus occidens vxorem non lucrabitur dotem.

V. Videtur pro hac parte esse tex. *in l.10.si ab hostib.§.1.sol.matr.* ibi: *si vir vxorē suam occiderit, dotis actionem heredib. vxoris dandam esse Proculus ait, & rectè: non enim aquum est, virum ob facinus suū dotem sperare lucri facere.* Nō obstat, si quis diceret text. istū non videri loq. de morte, ex causa adulterij à marito vxori illata, quia respondet text. simpliciter loqui, & consequenter simpliciter esse intelligendū. Ex his videtur concludendum, q. maritus, permittēte statuto vel cōsuetudine vxorē ex causa adulterij occidens, non lucretur dotē ex eiusdem statuti dispositione. Hanc partē tenēt Bal, Paul. de Cast, Imo. Rom. & Aret. *ad d.l.si ab hostib.§.si vir.* & alij ibid. moti, per *d.l.56.* & communiter teneri contra Bart. dicit Gomes. Arias *ad l. 80. Thauri.nu.1,* Iul. Clar. *libr.5.sent.§.homicidium.versic.priuatur actio,*

PARS II. AFFIRMANS.

PRędictis non obstantibus, pars affirmatiua est verior & æquior. Non.n. obstat, *d.l.56.§.1.de furt.* quia respondetur, q. ibi agat de remissione pœnæ, quæ est odiosa, & q̄ infligitur ratione delicti: ideoq; accusans si sibiipsi ius dicat, pœnamq; furi infligat, extinguit pœna, qua accusanti de iure tenebatur. Sed in nostra quæst. casus longè alius est, quia lucrum dotis non debet marito propter adulterium, sicut duplum ablati debetur propter furtū, & iccirco maritus, cùm lucretur dotem propter onera matrimonij, & non propter adulterium, potest licitè ex eodem statuto & dotem capere, & mulierem in adulterio occidere.

Respondetur ad minorē I I. arg propositionem, verum quidē esse, quòd in multis mors ciuilis nō veniat ꝓ morte naturali, vt *in d.l.121.* ex eo aūt nullo modo sequi, quòd mors quæ ꝑ hominis factum infert, non sufficiat, vt maritus ex statuti dispositione dotem lucret. Nam quemadmodū minimè sequitur, q. heres non possit hereditatē adire, si testator in bello mortē oppetiuerit, vel alio modo fuerit interfectus: sic quoq; minimè verum est, maritum nō posse dotem luctari, si vxor alio modo occubuerit, q̄ ordo naturæ videt expostula-
5 re. Prętereà † mortem propriè considerando nihil aliud est, quàm animæ à corpore discessus. Sed iste discessus non solùm probat per mortem, quæ iuxta naturę ordinē infertur, sed etiam per mortem, quę vel lege, vel hominis facto contingit. Adhæc q. statutum non solùm sit intelligendum de morte, quam naturæ ordo expostulat, sed ēt quæ per hominis factum infertur, conuincitur etiam ex eo, quòd simul statutū concedat occidendi potestatem adulteram, & ea mortua facultatem lucrandi dotem, quod non faceret, si non de morte, propter adulterium à viro vxori illata, etiam sentiret.

Negatur maior III. arg. Nam ex eo quod datur à statuto potestas viro occidendi vxorem in adulterio repertam, & simul lucrandi dotem, nō sequitur quòd viro subindè detur occasio mulierē iniustè interficiēdi, cùm, quia vir non debet † citiùs vxo- 6
rem adulterij causa occidere, anteq̄ habeat certa quędā indicia, quib. possit probare se sine adulterio cōmisso vxorem non occidisse, tùm ēt quòd propter † viri benigni- 7
tatē, & immensum quē habet erga vxorem amorē, non pręsumatur q. vir vllam iniustā conet quærere vxorem occidēdi occasionem, vt hoc ipsa virorum ostendit natura, quæ ita est mansueta, ita mitis, ita amicabilis, vt etiam quandoq; non ferat, viros vxores suas in ipso adulterio comprehensas
adeò corripere, cuius rei † lepidissimū hoc 8
anno 1601. Herbipoli contigit exemplū. Nam ibi cum vir quidam vxorē suam, cum quodam scolari rem venereā habentē, deprehenderet, tantùm abfuit, vt eā vel gladio, vel baculo (vti meritò debebat) à tàm nefando negotio coërceret, vt vix summissa voce blandis eam alloqueretur verbis, dicens: mi vxor, quid tibi mali in mentē venit, vt tàm apertè turpe hoc cū eo habeas negotium, q. si à famula deprehensa crastino die de hoc facto in omniū hominū ore obuolueteris? Mulier impudēs, vix viri sermone emisso, surrexit, apprehendēs eum, & colaphos ei impingens egregios, dicendo: Nebulo, apage te hinc, quis tibi diabolorum me quærendi perturbandiq; dedit potestatem? Vir præ timore nihil respondens, abiit. O homo fœmelle, nimiū sancta laborās simplicitate, agedum quorū in albū hunc collocabimus homuncionē, an in Clytmensiū virorum mores non sine flagellis docendorū, an vero in turpissimorū lenonum, suas vxores lucri faciēdi causa elocantiū? Negat minor IV. argumenti, q. n. statutū comprehendat ēt mortem, quæ

adulterij causa à marito vxori infert, satis constat ex eo, quod statutum vtrumque concedat marito, scilicet potestatem lucrandi dotem, & occidendi in adulterio vxorem. Quod verò in eodem argumento dictum est, virum non posse consequi donationem, si ipse mulierem occiderit, sit eam ob causam, quia de iure ciuili vxorem occidendi, simul & donationem consequendi non datur marito potestas.

Non obstat *d.l.10.* in V. argumēto opposita, quia responderetur, quòd ibi iniustè maritus occiderit vxorem, vt ex ipsissima lege constat, ait enim lex: *Non enim aequum est, virum ob facinus suum dotem sperare lucri facere.* At qui iuxta statuti dispositionem vxorem in adulterio occidit, nullum facinus committit, text. *in l. 4. Gracchus. C. de adult.* Ergo lex eo in casu non loquitur. Et summatim ad oīa fermè dissentientium fundamenta vnico potest responderi verbo, videlicet, quòd ista procedant, quoad lucrū ex isto adulterio delatum, propter quod de iure, & consuetudine plerunque datur marito dotis lucrum. Ludouic. Carrer. *in pract. crim. §. homicidium. num. 253.* Ideoque cùm nostro in casu non expetimus dotem propter adulterium, sed propter onera matrimonij, vt latè ostendimus in *q. 13.* eorum fundamenta nobis nihil obstabunt.

9 Confirmatur † hæc pars I. hoc modo. Si maritus occidendo vxorem in adulterio repertam amitteret lucrum dotis, sequeretur id, quod lege permittente fit, pœnā mereri, quia iuxta statuti dispositionem vir potest occidere vxorem, & lucrari dotem. Sed consequens est falsum, *d. l. Gracchus.* Ergo & antecedens.

10 II. Est † textus pro hac parte secundum Ias. *in d. l. si ab hostibus. §. si vir.* dicitur enim ibi, non esse æquum maritum ob facinus suum dotem lucrari. Sed hic maritus occidendo vxorem nullum committit facinus. Ergo non est iniquum, vt dotem lucretur. Facit etiam quod dicit Dec. *ad l. 1. colum. 2. in fin. C. vnde vir & vxor.* in qua lege est casus, quòd licet deficientibus agnatis vir succedat vxori, quòd tamen hoc nō habeat locum, si maritus interficiat vxorem. Dicit Dec. hoc esse limitandum, vt non procedat, si statutum vel ius commune concederet viro potestatem aliquo in casu occidendi vxorem, per not. Bart. *in d. l. si ab hostibus. § si vir.*

III. Legis vel statuti dispositio, nisi sit expressè abrogata, debet semper aliquid operari, vulg. Sed si statutum iuxta aduersam opinionem intelligeretur, nihil quoad dotis lucrum operaretur. Ergo statutum iuxta eam opinionem non est intelligendum.

IV. Statutum hoc non sine ratione motum esse ostēdit etiam ipsa naturalis ratio, qua ipsi barbari moti adulterium maximè abominandum esse existimauêre: imò qui † adeò à tali crimine abhorruerunt, vt 11 ne quidem secundas contrahere nuptias desiderarent, nedum adulterium perpetrare, vt dixi alibi. Et probatur Panthiæ fidelissimæ mulieris exemplo: ea enim occiso Abradate viro (vt testatur Diuus Hieronymus) quem suprà modum amârat, collocauit se iuxta corpus lacerum, & cōfosso pectore, sanguinem suum mariti vulneribus infudit.

Ostendit hoc quoque † totius veteris 12 nouique instrumenti scriptura, propter adulterium nimirum homines etiam vltimo subiiciendos esse supplicio. *Exod. 20. Deut. 22. Ezech. 17. Leuit. 20. Dan. 13. Diuus Ioan. c. 8.* Licet illam posteà mitigauerit ius Canonicum, quod in hoc mutata priori iuris dispositione, *vt in tit. D. & C. ad l. Iul. de adult.* imita sunt iura Ciuilia & locorum consuetudines. Damhoud. *in sua rer. crim. praxi. c. 89. nu. 9.*

Ostendit hoc, inquam, intimus, qui viro exinde contingit dolor, qui maior dicitur, quàm is, qui propter occasionē proprij filij patri infertur, *l. codicillis. §. matre. de legat 2.*

Hoc cùm ita sit, qua ratione aduersam amplecteremur opinionem, dictamque statuti dispositionem præter suos terminos constringeremus.

Ex prædictis concluditur, quòd iuxta prænominati statuti dispositionem maritus possit simul vxorem occidere, & dotem lucrari. Tenent hanc conclusionem Bart. Ang. Ias. Alex. Lancel. Bertrand. & alij, *in d. l. si ab hostibus. §. si vir. scil. matr.*

Pro huius quæstionis complemēto sciendum est, quòd prædicta conclusio absque dubio procedat, si lucrum dotis deferatur marito ex statuto, secùs † si ex pacto, putà 13 si potestas occidendi detur marito ex statuto, facultas verò dotem lucrandi ex pacto. Ratio est, quia lucrum ex pacto acquiritur secundum tacitam mētem partium, *l. 19. non omnis. in princ. si cert. pet.* Sed non est verisimile, quòd vxor tempore pacti con-

ſenſerit, vt maritus in tali caſu dotem lucraret'. Ergo,&c. Ita Cyn. *in d.l.ſi ab hoſtibus. §.1.* quem ibid. ſequuntur Bald.& Ang. Per hoc conantur Campez. *in tract.de dot. part. 5.q.5.*& Rol à Val. *eod.tract.q.63.* ac alij Doct. diuerſum in hoc puncto ſentientes reconciliare,ita vt opinio Bald. Paul. de Caſtr.& aliorũ, ſuprà in prima parte allegatorum, procedat,ſi lucrum dotis marito debeatur ex pacto. Bar. verò & aliorum pro hac parte citatorum, ſi lucrum dotis ex legis vel ſtatuti diſpoſitione marito deferatur, quæ conciliatio videtur eſſe bona.

QVAESTIO XXXI.

An iuxta ſtatuti diſpoſitionem detur marito poteſtas lucrandi dotem, ſi vxorem ſine cauſa expulerit, ſeq; poſteà cum ea non reconciliauerit?

SVMMARIA.

1 *Vxor & liberi dicuntur matrimonij onera.*
2 *Dos eſt proprium patrimonium vxoris.*
3 *Maritus ratione lucri dotis, non tenetur onera matrimonij ſemper ad mortem vxoris portare.*
4 *Agrum nemo cogitur colere in perpetuum.*
5 *Maritus non priuatur lucro dotis, ſi tantùm vxorem vulnerauerit.*
6 *Replicatio Authoris, quòd maritus iniuſtè vxorem expellens,ſeq; cum ea non reconciliens,dotem non lucretur.*
7 *Seruum ægritudine laborantem expellens priuatur dote ſeruitutis.*
8 *Rolandi huius quæſt. diſtinctio ab Authore reprobatur. num.9.*

PARS I. NEGANS.

QVOD marito vxorem iniuſtè expellẽti non detur facultas lucrandi dotem, probatur I. hoc modo. Qui matrimonij onera nõ ſuſtinet,dotem nõ lucratur, vt plenè probauimus *in q.13.* Sed qui ſine cauſa expulit vxorem, onera matrimonij nõ ſuſtinet, quia onera matrimonij cauſant' potiſſimùm ex vxore, *text.in l.56.ſi is.§ 2.de iur. dot.* ideoq; ea expulſa vel abſente, non poſſunt ſubeſſe onera Ergo,&c.

II. Facit pro hac parte, q dicit Bal. *in rubr. C.de priuil.dot.* ſcilic. virum, iniuſtè vxorem expellentem, teneri fructus dotis reſtituere per *l. 10.ſi ab hoſtib. ſolut.matr.*

Ratio eſt, quia dotis fructus debentur marito propter onera matrimonij, *l.30.pro onerib.C.de iur.dot.* Sed † iniuſtè expellens 1
vxorem non ſuſtinet onera matrimonij, *d. §.2.* ibi: *Poſt mortem patris ſtatim onera matrimonij ſequuntur,ſicut liberi,ſicut vxor.* Ecce ibi dicit, quòd vxor ſit onus matrimonij: ergo ea expulſa vir nõ ſuſtinet matrimonij onera. Ex quo igit' hoc in caſu fruct' dotis ſunt reſtituendi, ſatis cõſtat, quòd etiam ipſum dotis lucrum ſit reſtituendum, quia vtrumq; propter onera matrimonij debet'.

III. Qui non eſt bonæ fidei poſſeſſor, dotem poſſidere,eamq; lucrari nequit, quia poſſeſſio malæ fidei non valet, maximè de iure Canonico, vide Zaſ. ad *l.1.§.5. item acquirimus.de acquir. vel amit.poſſeſſ.*

Sed maritus iniuſtè expellens vxorem, nõ eſt bonæ fidei poſſeſſor dotis, q a pietatis officiũ erga vxorem nõ adimpleuit, *arg. l.1.de his quib.vt indig.* Nec facit q ratione dotis à marito exigit', ſcil. vt vxorem benè tractet,eiq; de alimẽtis pſpiciat. Ergo,&c.

IV. Si marito, iniuſtè vxorẽ expellenti, daretur facultas lucrandi dotem, ſequeretur quòd quis alicuius patrimonium ſine eius voluntate auferre poſſet. At conſequẽs eſt falsũ. *vulg.l.id quod noſtrum, de reg. iur.* Ergo & antecedens. Maior probatur, quia † dos 2
eſt proprium patrimonium vxoris, *l. 3. ſed vtrũ.de minorib.* Sed vxor expulſa à viro nõ vult vt vir mortua ea dotem lucretur. Ergo ſi lucraretur eam maritus, fieret contra vxoris voluntatem, quod eſſe non debet.

Ex prędictis concluditur, quòd maritus, ſine cauſa vxorem expellens, ſeq; cum ea non reconcilians, lucro dotis priuetur. Aſſentiunt huic concluſioni Bald. *in l.1.§. ſed ſcimus, per illum text. C. de lati. liber. col.* Alex. *in l.22.ſi cum dotem.§.8. ſin autẽ in furioſiſſimo. ſol. matr.& conſi.29.col.1.vol.6.& in conſi.122. col. 3.& in conſil.ſeq. col.1.vol.7.* Ana. *in c.1.col.3.de infant.expoſ.& langu.* Ruin. *in conſil.8.col.2.& in conſil.131.col 1.vol.4.* quos refert Rolan. à Val. *in tract.de dote.q 68.nu.8.*

PARS II. AFFIRMANS.

PArtem affirmatiuam tenẽdo negamus minorem I. arg. propoſitionem. Nam licet vir mulierem expulerit: tamen ex eo non ſequitur, q matrimonij onera nõ ſuſtineat, cùm poſſint supereſſe liberi, & alia onera quæ cauſant' ex matrimonio, *d. l.56.* Secundò poteſt ẽt reſponderi ad minorẽ, quòd licet vir expulſa vxore matrimonij

onera

onera non videat ſuſtinere: tamen ex quo anteà ſuſtinuit, videtur ſtatuti diſpoſitioni
3 ſatisfeciſſe, quia maritus ratione † lucri nō tenetur ſemper onera matrimonij vſq; ad mortem vxoris portare, vt videmus quando propter adulterium vxoris coniugium ſoluitur, quia tunc maritus dotem lucratur, licet onera vſq; ad mortem vxoris non ſuſtineat, vt dixi alibi.

4 Et † probatur argum. *l. ſi mora. ſol. matr.* vbi dicitur, quòd nemo agrum ſuum teneatur in perpetuum colere. Per hunc text. Ioan. And. ſe defendiſſe refertur, cùm ab vxore ſua iocosè culparet, quòd non coleret agrum (erat enim homo ſenex) videlicet, quòd nemo in perpetuum agrū colere obligaretur. Sed hæc eius filia replicando dixit: Domine, ſi non potes agrum colere, cede bonis.

Poteſt reſponderi ad II. arg. quòd dictum Baldi non videatur eſſe verum, neq; probatur per *d. l. ſi ab hoſtibus*. Nam ibi de vxore à marito iniuſtè expulſa nō agitur, ſed tantùm dicitur, quòd vir, qui iniuſtè vxorem occidit, non debeat lucrari dotē, quod nos non oppugnamus, quia, vt ibid. dicitur, nō æquum eſt, virum ob facinus ſuum dotem ſperare lucri facere. Quæ prætereà in eodem argumento dicuntur, ſoluuntur vt ea, quæ in primo arg. dicta ſunt.

Negatur minor III. argumenti: nam ex quo expreſsè lege non cauetur, ꝙ maritus propter expulſam vxorem debeat priuari lucro dotis, certum eſt, quòd reſpectu dotis malæ fidei poſſeſſor dici non poſſit, cùm iſtud, quod lege permittente fit, iniuſtè fieri non dicatur, *l. Gracchus. C. de adulter.*

Quod in maiori IV. arg. propoſitione dictum eſt, negat, neq; probatur ex eo, quòd dos proprium patrimoniū vxoris dicatur, quia hoc procedit quamdiu viuit vxor, ea verò mortua propter ſtatuti diſpoſitionē dos adiudicatur viro, & non dicitur ampliùs patrimonium vxoris. Ideoq; cùm nos dotem viro, mortua vxore, adiudicemus, prædictum arg. non obſtabit.

Ad confirmationem huius partis addit, quòd principale fundamentum contrariæ opinionis ſumatur ex *d. l. 10. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ſol. matr.* vbi diſponit, quòd maritus propter occiſam ab eo vxorē priuet dote. Sed hoc ad noſtrū caſum non videtur poſſe applicari, quia iſta diſpoſitio eſt pœnalis, quæ vltra ſuos terminos non eſt extendenda, *c.*
5 *odia. de reg. iur. in 6.* Quod † idē in ſpecie videtur voluiſſe Bal. *in l. 4. hereditas. C. quib. vt indig. heredit. aufer.* cùm dicit quòd *d. l. ſi ab hoſtib.* quę priuat maritum dote, ſi vxorem occiderit, non habeat locum, ſi eam vulneraſſet. Ergo multò magis non habebit locum, ſi eam à domo expuliſſet. Ex his concludunt, quòd maritus iniuſtè vxorem expellens non priuetur dote.

Iſtam concluſionem confirmat Alex. ſibi contrarius *in l. 2. col. 4. ſol. matr. & in d. §. ſi vir.* & ibid. Iaſ. Campez. *in tract. de dote. par. 5. q. 4.* & alij *in rubr. de donat. inter vir. & vx.*

REPLICATIO.

VEriorem † haud deſerendo opinionē, 6
ꝑdicta hoc modo replicemus. Quod in ſolutione I. arg. dicitur, maritum cenſeri ſufficienter onera matrimonij portare, ex quo ſupereſſent liberi non arctat, cùm quia iſta ſolutio eſſet citra opinionē à nobis diſſentientium, qui volunt non extantib. liberis, prout etiam thema noſtrū intelligendum eſt, maritum iniuſtè vxorem expellentem, dotē lucrari, tùm etiam quia maritus iniuſtè vxorem expellens, nō ſolùm priuatur dote, quòd onera non ſuſtineat, ſed etiam quòd adverſus vxorē turpiter delinquat. *arg. text. in l. 1. § ſed ſcimus. C. de lat. libert. tollen. & ibi. Bald.*

Quod dictum eſt in ſolutione II. arg. determinationem Baldi nō procedere, cùm in *d. l. ſi ab hoſtib.* non de vxore à viro expulſa, ſed occiſa agatur, parùm contrariatur. Quia reſpondetur, quòd licet nos agamus de vxore expulſa, & non occiſa; quòd tamē inſpiciendo rationem *dict. l.* determinatio Bartoli ſit vera. Nam ratio iſtius legis eſt, quòd non ſit æquum, virum ob facinus ſuum dotem ſperare lucri facere. Sed maximum facinus eſſe, virum ſine cauſa vxorem, cum qua eſt vna caro, expellere, nemo negabit. Ergo licet *in d. l. ſi ab hoſtib.* de vxore occiſa tantùm mentio fiat: tamen cùm eius ratio ad vxorē à viro iniuſtè expulſam etiam extendi poſſit, dictam Baldi determinationem valere non erit negandum, cùm legis ratione haud ceſſante, ipſa lex non ceſſet. *l. 6. adigere. § quamuis. de iur. patronat.*

Eodem fermè modo replicat ſolutio III. arg. Nā licet expreſsè lege nō ſit deciſum, virum ſine cauſa vxorem expellentē priuari lucro dotis: tamē cùm hoc per ipſam legis rationem, & ſimiles caſus à iure determinatos, inueniatur expreſſum, perinde

erit,

etit,ac si specificè esset determinatū, cùm non sit nouum in iure,multos per vnam legis rationem determinare casus, postquàm impossibile sit, omnia lege specificè inuenire determinata.

Quod in solutione IV. argumenti dicitur, dotem mortua vxore propter statuti dispositionem desinere proprium vxoris esse patrimonium,non procedit hoc in casu propter delictum mariti, vt patet per totam hanc replicationem. Ideoque cùm non desinat esse dos patrimonium vxoris, hoc est, quòd ius istud, quod habet mulier in dote, nō transferatur ea mortua in maritum,certum est, quòd excluso marito hoc transferatur in heredes. Cæterùm quæ postremò pro eadem parte adducta sunt, soluuntur per replicationem, ad secundi argumenti solutionem datam.

Ad confirmandam hāc replicationem, primò addimus *argum.text.in d.l.1.§.sed scimus.C.de lat.libert.tollen.* vbi expresſè determinatur, quòd † dominus, qui seruum ægritudine laborantem à sua domo eiicit, amittat ius seruitutis in seruo,& omnia ad
7 seruum pertinentia.

Ergo multò magis maritus,sine causa vxorem expellens,debet priuari lucro dotis,cùm maritus maiori in honore & consideratione debeat habere vxorem, quàm dominus seruum. Verba textus cùm valdè nobis hoc in casu deseruiant, huc referenda sunt: *Talis itaq; seruus* (ęgrotans à Domino eiectus) *libertate necessaria, domino etiam nolente, re ipsa donatus,fiat illicò ciuis Romanus, nec aditus in iura patronatus quondam domino reseruetur.* Addit Imperator suæ decisionis rationem: *Quem enim à sua domo,suaque familia publicè repulit, neque ipse eum procurans,neque alij commendans,neque eum in venerabilem xenomen*(hospitale)*mittens,neque consueta ei præbens salaria,maneat ab eo, eiusquè substantia penitus segregatus, tàm in omni tempore vitæ liberti, quàm cùm moriatur, nec non postquàm in fata sua concesserit.*

Ex quibus verbis à maioritate rationis apertissimè constat,hanc opinionem esse verissimam. Nam si dominus propter seruum,iniustè à se expulsum,priuetur iure seruitutis, certum est, quòd multò magis maritus,iniustè vxorem expellens, dotis lucro sit priuandus.

II. Constat quòd nemo ex suo maleficio debeat præmium consequi,vulg. Sed si maritus sine causa vxorem expellens lucraretur dotem,præmium ex suo maleficio consequeretur, quia lucrando dotem ab vxore iniustè expulsa insuper præmio afficeretur. Ergo,&c.

Ex his & similibus argumentis,quæ adduci possent, denuò cōcluditur, vt in prima parte conclusum est.

Has † duas Doctorum opiniones concordando distinguit Roland. à Val. *in tractat.de dote.quæst.68.num.11.* scilicet quòd o- 8
pinio Alex. *in d.l.2.solut.matrimon.* procedat, quando vxor simpliciter sine culpa mariti à domo fuit expulsa,neque post expulsionem vxori alimenta denegata. Opinionem verò Baldi procedere, si vxor iniustè à marito fuerit expulsa, & post expulsionem vxori alimenta denegata. Dicit hanc concordiam videri Paul. de Cast. tenere *in d.§.si vir.* dum dicit,quòd vir expellens vxorem sine causa, & de alimentis ei non prospiciat,dotem non lucretur. Ergo à contrario sensu, si propria culpa est expulsa,neque ei post expulsionem denegata alimenta, dotem lucrabitur.

Sed † tu dic istam Rolandi distinctionem 9
nullam introducere cōcordiam. Quòd enim maritus lucretur dotem, si vxor ab eo sine causa diuertat, & alimenta nihilominus accipiat, non est in iure controuersum. Neque Alexandrum eiusq; sequaces hoc modo esse intelligendos, cōstat apertè ex eorum rationibus & argumentis, aduersus hanc opinionem ab eis allegatis, quibus expresſè volunt, quòd maritus iniustè vxorem expellens lucretur dotem. Quare ista distinctione omissa, hæc pars tanquàm verior est amplectenda.

Huius conclusionis exceptio est, prout thema nostrum expostulat, vt non procedat,si maritus se cum vxore reconciliauerit, eamq; in suam curam receperit. Imol. *in d.§.sin autem in fauissimo*, & ibid. hoc tenet Roman. quem eodem loco sequitur Alex. *& in consil.123.col.2.vol.7.* etiamsi hoc coactè fiat,& non voluntariè. Aret. *in d.§.si vir.* Facit pro ista exceptione, q; filius exheredatus, qui se cū patre reconciliauit, nō dicatur ampliùs exheredatus. Bar. *ad l.3.§ fin.de adim.legat.* Ias. & Curt.iun. *in Auth. non licet. C. de liber.præter.* Item facit quod mulier, quæ turpiter vixit, si ad honestā vitam sit reuersa, non dicatur ampliùs turpis & inhonesta persona, cùm non prior, sed posterior consuetudo respicienda sit, *argument. l. Mela.*

de aliment. & cib. leg. & Bald. *in l. si filia. C. de inoff. testam.*

QVAESTIO XXXII.

Quæritur nunquid mulier adultera simul amittat dotem & παράφερνα?

SVMMARIA.

1 *Mulier propter adulterium dote priuatur, nisi se viri lenocinio tueatur. nu. 2.*

3 *Mulier propter adulterium bona paraphernalia non amittit. contrà nu. 5. & seqq.*

4 *Pœna à iure constituta non est vltra expressum casum extendenda. contrà nu. 5.*

6 *Adulterium læsæ Maiest. crimini proximum reputatur.*

7 *Adulter in aliorũ infortuniis delitias quærit.*

8 *Author adulterij pœnam esse extensibilem ab oppositis ostendit.*

9 *Luxuria turpissimũ Messalina Claudij Principis vxoris exemplum.*

10 *Pudicitiæ causa quid fecerit Timoclia Thebana.*

11 *Luxuria aliud exemplum.*

12 *Adulterij causa quidã seuerissimè puniti sunt, exemplum de duobus fratribus, qui regales thoros commaculauerant.*

13 *Adulterij causa Euridices Macadonum Regina Alexandrum ac Perdiciam filios veneno sustulit.*

14 *Adulterij causa hoc anno 1601. Herbipoli cuiusdam pharmacopolæ vxor suũ maritum interficere attentauit, propter quod gladio posteà subiecta est.*

15 *Adulteris summum supplicium Arabes aliiq; Principes irrogabant.*

16 *Author deplangit præsentis tẽporis miseriam.*

17 *Adulteræ mulieri alimenta à viro præstanda.*

18 *Heredes mariti adulterium mulieri dotem repetenti obiicere nequeunt.*

PARS I. NEGANS.

1 QVOD propter † adulterium à muliere commissum dos marito sit applicanda, non est inter iuris nostri Authores cõtrouersum, *l. 8. consensu. §. 3. vir quoq; C. de repud. l. vlt. C. ad L. Iul. de adult. c. 4. plerumq; de donat. inter vir. & vxor.* vbi Clemens III. Pontifex, ait: *dotem vel dotalitiũ* (mulier adultera) *repetere non valebit. Idem text. in c. 2. de dote post diuort. restit. Gloss. in d. c. 4.* Socin. *consil. 9.* Rip. *in Rubric. de iud.* commune dicit Alexand. *cons. 189. num. 10. volum. 6.* Istius verò indubitatæ conclusionis exceptio prima videt', nisi vir, porrecto libello cum subscriptione, criminalem aduersus adulteram iugalem non instituat actionẽ. Bart. *ad l. 11. miles. §. 3. socer. ad L. Iul. de adult.* Sed haud iniustè à Castrensi reprobatur, *consil. 122.* Imol. *in leg. 47. cum mulier.* & Roman. *in leg. 38. Lucius. solut. matrimon.* Imò si hoc maritus faceret, dos ei non applicaretur, *Authent. sed hodie. C. ad L. Iul. de adulter.* Se-
cunda † exceptio est, nisi mulier adul- 2
terata se viri lenocinio tueretur, *d. l. 47. c. 6. intelleximus. de adult.* Cæteras exceptiones vide infrà.

Præsuppositò igitur hoc, quod indubi-
tatum est, quærimus an id ipsum obtine-
at in bonis paraphernalibus, & donationi-
bus mulieri præstitis? Pars † negatiua, quòd 3
huiusmodi bona viro non applicentur,
probatur primò hoc fundamento. Pœnæ
à † lege constitutæ non sunt ad casum, in ea 4
non expressum, extendendæ, sed quo-
ad fieri potest constringendæ, vt est de hoc celebris glossæ authoritas, *in c. vlt. vers. ex vi. ad fi. de iur. patron.* communi Doctorum responso approbata, vt testatur Dec. *consi. 19. nu. 3.* Ias. *in l. 19. illam. nu. 12. C. de collat.* Ar. Pin. *ad l. 1. part. 3. pag. 95. C. de bon. mat.* Tiraquell. *in l. 8. si vnquam. nu. 206. C. de reuocand. donat.* & est text. *in c. 15. odia. & c. 49. in pœnis. de reg. iur. in 6.*

Sed quòd vir propter adulterium vxoris debeat lucrari paraphema, non est in lege expressum. Ergo quod dicitur de dote, non erit ad parapherna extendendum.

Secundò, si in proposito idem iuris esset de paraphernis, quod est de dote, sequeretur quòd mortuo viro, mulier secundum non posset aptè contrahere matrimonium, quia nihil haberet, quod loco dotis constituere posset.

Sed cõsequens est odiosum in iure, cùm per hoc publica infringatur vtilitas, quæ mulieres liberorum procreandorum causa expostulat coniugales. Ergo, &c.

Tertiò, maximam etiam inter bona paraphernalia, & dotem esse differentiam, ostendimus *in q. 22. in fin.* Ergo non erit dubium, quòd etiam diuersa iuris dispositio inter hæc duo sit seruanda.

Per hæc & similia, quæ adduci possent, videtur concludendum, &c.

PARS II. AFFIRMANS.

ADulterij † crimen maturo animo cõ- 5
siderando, facilis ad maiorem l. argu-

menti propoſitionẽ patebit ſolutio. Cùm
enim iuri communiſque ſcholæ Interpre-
tum conſenſui conſentaneum ſit, pœnam
ex cauſa iuſta & immutari, & imminui à lus
dicentibus poſſe. Dec. *in c.4. de cauſis. nu.94*
& ſeq. de offic. deleg. Paul. Grilan. *de relax. car-*
cer. rubr.1. quaeſt.9. num.1. cur hîc iſtud fieri
haud poſſe aſſereremus, cùm iuſta noſtro
in puncto ſub ſit ratio, propter quam idem
in bonis paraphernalibus ſtatuere vale-
mus, quod in dote. Si enim nefandiſſimũ
iſtud adulterij delictum læſæ Maieſtatis
crimini iuſto ordine proximum ponatur,
furtoq; longè grauius exiſtimetur, vt teſtis
eſt Bertran *conſ.316. nu.12. & 14. vol.2.* Si v-
xoris adulterium grauius ſit marito, quàm
proprij filij occiſio, vt alibi dicitur in lege.
Imò ſi inquam adulterio non ſit vllum
7 maius malum, cùm † in aliorũ infortuniis
delitias quærat, vt Euphron. apud Stob. ꝑ-
clarè teſtatur, quid dico prohiberer, vt le-
uem hanc adulterij pœnam paululum ex-
tenderemus, quæ meritò multò maior gra-
uiorq; eſſe deberet.

8 Nam † quæſo (vt ab oppoſitis tibi hãc ex-
tenſionem licitam oſtendam) magiſne fa-
uorabile ſit, & quoad pœnã reſtringẽdum
9 magis licitũ † q; de Meſſalina Claudij prin-
cipis vxore apud Sabel. *lib.4.* refertur, quæ
vt luxuriæ ſacietatem impleret, impunè
ſæpè lupanar ſub noctem adiit, & quod o-
mnium fœdiſſimum eſt, cum famoſiſſimis
meretricij quæſtus ſcortis coitu certauit, vt
ex re fœdiſſima palmam ſibi quæreret. An
10 verò iſtud, quod de † Timoclia Thebana
diſſeritur, quæ cùm violentum ſtuprum à
Duce quodam Thracũ paſſa eſſet (atten-
de, eſt res non vulgaris exempli ad huiuſ-
modi vlciſcendam iniuriã) teſtata ſibi locũ
haud incognitum fore, in quo multũ auri
eſſet defoſſum. Aſſertioni huic Barbarus
fidẽ adhibens, perductus eſt ab ea ad pro-
fundiſſimum puteũ, quo cùm immineret,
vt quid in imo fundo eſſet viſu deprehen-
deret, illicò à Timoclia, quæ à tergo cõſi-
ſtebat, impulſus præcepsq; ad ima corruit,
ſaxiſq; supernè iniectis pudicitiæ violato-
rem exanimauit. Illa verò, cùm de hoc fa-
cto ad iudicium raperet, illudq; intrepidè
fateretur, ob facinus præclarum ab Alex.
Rege laudata cum tota ſua domo libera
11 dimiſſa eſt. Vel † dic ſodes, num, q; de Fau-
ſtina Antonij principis coniugali dicitur,
ſit fauendum vel laudandum, quæ adeò in
Venerem præceps abiit, vt in Caietano ſe-
ceſſu nautas ſibi conditione quæreret. Et
hoc ſcelus ab Anton. ne regno deſtitueret
impunitum manſit. An † verò iſtud magis
laudibus celebrandũ, quod Damhoud. *in*
ſua rer. crimin. prax. c.89. nu 31. de duobus fra-
tribus enarrat, q; cùm reperti fuerant adul-
terio regales commaculaſſe thoros, duas,
videl. Reginas, vnam Regis Ludouici Hu-
uenſtein, alteram Regis de la Marche, vxo-
res, eorum viuentiũ genitalia abſciſſa ſunt,
deindè viui excoriati, nudiq; nouiſſimè ita
in patibulũ ſubrepti. Reginæ verò non mi-
noribus fermè ſuppliciis tandẽ abſumptæ.

Num † tandem quæſo fauore proſequẽ-
dum q; de Euridice Macedonum Regina
ſcriptò relictum eſt, quæ vt adultero re-
gnum traderet, Alexand. ac Perdiccam fi-
lios veneno ſuſtulit, idemq; viro feciſſet,
niſi filia ſcelus detexiſſet. Aut † verò iſtud
laudibus multiſq; encomiis in cœlum tol-
lendum, q; hoc anno 1601. 14. Iunij Herbi-
poli Reuerendiſs. ac Illuſtriſs. Iulius Epi-
ſcopus, quem totus orbis ob inſignes ſuas
virtutes meritò celebrat, cuiuſdã pharma-
copolæ magnæ pulchritudinis vxorẽ, quæ
ipſum ſuum virum veneno interficere re
ipſa attentauerat, quo melius luxuriandi
animũ explere valeret, gladij pœnæ ſubie-
cit, vt me de hoc nuper certiorem fecit E-
raſmus Myller, Monaſterij S. Steph. ibid.
Prior fide digniſſimus, & inſigni pietate ac
eruditione vir. Sanè ſi hæc nõ ſtupido con-
ſideres ingenio, non cũ iſtis pœnam adul-
terij eſſe conſtringendam, vel omninò ab-
olendã, ſed cum his potiùs eam eſſe exten-
dendam, minimeq; diminuendã, liberè fa-
teberis. Hinc Moyſes prudentiſs. ille legiſ-
lator adulterã vnà cum adultero lapidib.
obrui voluit, *Deut.22. & Leuit.20.* Hinc † A-
rabes ſummum ſuppliciũ adulteris irroga-
bant. Strabo. *lib.16. Geograph.* Hinc Romuli
Soloniſq; leges eandẽ mortis ſtatuêre pœ-
nam. Geblin. *lib.10. c.23.* Non enarro quæ in
noſtris habentur Codicib. *tit. ad l. Iul. de ad-*
alter. Non refero, quàm abominabile de-
teſtandumq; hoc adulterij crimen in no-
ſtris regionib. reputetur. Non deniq; ſcri-
bo quibus, quantiſq; miſeriis, vitæq; peri-
culis, ipſa natura vindicante factũ, adulte-
ri, adulteræuè ſubiecti fuêre, ſed hæc oĩa
prudentibus conſideranda relinquo, ipſi
enim ſcient, quod adulterij pœna non ſit
reſtringenda, ſed quoad commodè fieri
poteſt extendenda, vt iuſti pœnæ metu
à tali nefando abhorreant delicto, iniu-

sti verò debito subiiciantur supplicio. Sed
16 heu† dolor hodiè multis in partibus adulterij pœna non quidem ampliatur, sed omninò aboletur, imò quasi non delictum reputatur; si enim iam diuortio essent separati, qui adulterij vitio sunt conspurcati; si omnes viri à fœminis essent seiuncti, qui alieno sunt cômaculati thoro; si, inquàm, omnes fœminæ à maritis essent ablegatæ, quæ adulterium perpetrauêre, quis non obstupesceret humani cordis malitiam? quis non fontibus lachrymarum, eorum, earumque peccata deplangeret, potissimùm cùm ad talē peruenerint ex undantiam, vt eorum numerus inueniri haud possit? ita vt eum Hierem. *cap. 4. & 23.* optimo iure valeamus dicere: *vnusquisq; ad vxorem proximi sui hinniebat, adulteriis repleta est terra.* Et cum Osea. *c. 4. homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt.* Nec non cum S. Petro *2. 2. homines sunt delictis affluentes, conuiuiis luxuriantes, oculos habentes plenos adulterij.*

Sed eheu cùm formidolosus ille aduenerit dies, quo vniuersi mortales ad iudicium vocabuntur, totius vitæ rationē reddituri, quid operati fuerint, sentient: talis enim tunc comparebit Iudex, cui nihil absconditum erit. Ille sit nobis propitius, veramque commissorum nostrorum pœnitentiam largiatur, vt valeamus illam tandem consequi sententiam, cuius executio nobis vitam operatur æternam.

Ne etiam secundum arg. alicui scrupulum iniiciat, respondemus ad eius maiorem, in hoc non consistere publicam vtilitatem, vt mulier hæc secundò nubēs benè sit dotata, cùm quia publica vtilitas non requirit, vt mulieres ad secunda transeant vota, cùm exinde magnę orianť discordię, quibus Respub. læditur & perturbatur, vt alibi ostendimus, & vide *Nouel. 39. c. 2.* tùm etiam quia Respub. non exigit, vt delicta eius causa maneant impunita, quod fieret iuxta commune Doct. responsum, si parapherna simul cum dote mulier adultera non amitteret.

Cęterùm licet maxima differentia sit inter bona parapbernalia & dotalia, vt in III. argumento dicitur: tamen odio delicti istam hoc in casu nō seruari differentiam, secundum omnes fermè Interpretes fatendum est.

Ex his concludimus, quod adulteræ dos & parapherna mariro sint applicanda.

Doctores huic communiter subscribere conclusioni attestatur Boër. *decis. 338. nu. 2.* Didac. *super 4. decretal. fol. 135.* Bermen. *de concub. fol. 44. nu. 43.* prout eos refert Clar. *lib. 5. sent.* §. *adulterium. versic. adde.* Eandem commune Interpretum dogma approbare, testis est Felyn. *in c. 14. pastoralis. de iudic.* Ripa in Rubr. *eiusd. tit.* Viuius *lib. 1. opin. 447.* Soar. *recept. sent. adultera. num. 80. in princ.*

Exceptio istius conclusionis prima est, nisi vir adulterij gnarus rem posteà cum vxore habuerit, vt commune effatum pronunciat. Didac. Couar. *de sponsal. part. 2. c. 7. nu. 7.*

Secunda †exceptio est quoad alimenta, 17
quæ à viro mulieri adulteræ sunt præstanda. Ratio est, quia non desinit esse vxor. Cōmune pronunciat Card. Alex. *in c. 9. ex parte. col. fin. vers. sed opera pretium. de sponsal.* Clar. *d.* §. *adulterium. vers. facta.*

Tertia exceptio est †quoad heredes ma- 18
riti, qui mulieri dotem repetenti adulterium obiicere non possunt, cōmune ait Rip. ad *l. 2. nu. 10. sol. matr.* Gomez. *ad leg. 80. Thauri. num. 68.* Idem responderunt Bart. Bald. Raph. Im. Castr. & Duar. *in l. 15. rei iudicatæ. sol. matr.*

Horum fundamentum primū est, quia de his, quæ testator æquo animo tulit, heredibus non datur opponendi facultas, *l. vlt. C. de reuocand. donat.*

Secundum, quia heredes morum coërcitionum nō habent, *d. l. 15.* §. *1. nec iniuriam persecutionem. l. 1. de priuat. delict.* Cōtrarium à Doctoribus crebrius obseruatū attestat Aret. & Alex. *in d. l. 15.* §. *1.* Boër. *decis. 238. n. 7.* & alij quos recenset Couar. *d. part. 2. c. 7.* §. *6. num. 9.* sequuntur Costan. *de dotib. c. 6. nu. 27.* Soar. *recept. sent. in princ. nu. 82.* Salyc. *ad l. vlt. C. ad l. Iul. de adult.* Roman. *in d. l. 15.* Quorum opinionem crederem procedere, si maritus vxoris adulteriū ignorârit (quod in dubio præsumitur *per l. 29. mariti. de adult.*) Ratio est, quia iniuriam, quam ignorauit, remisisse non creditur, *fac. lex. 19. mater decedens. & l. 112. nihil interest. de inoffic. testam.* & iccirco heredes isto in casu iustè retinebunt dotem. *l. 1. de his quib. vt indig.*

QVAESTIO XXXIII.

An mulier propter stuprum, soluto matrimonio commissum, dotis amissione mulctetur?

SVMMARIA.

1 Mulier propter stuprum, soluto matrimonio commissum, dote non priuatur. & nu. 2. 3. & 4. contrà nu. 5. saluatur nu. 10.
6 Delicti pœna vt non constringatur, fauor publicus exigit.
7 Vidua in matrimonio esse præsumitur, eiusdemq́ matrimonij honores conseruat. quomodo nu. 15.
8 Adulterium heredibus datur vindicandi potestas.
9 Mulier per stuprum magnam iniuriam defuncto, eiusq́ heredibus infert.
10 Replicatio Authoris, propter stuprum mulierem dote non priuari.
11 Mulier quòd sit propter stuprum dote priuanda, nulla lege probatur.
12 Adulterij & stupri tanta differentia est, quanta inter cœlum & terram distantia.
13 Stupri definitio.
14 Stuprator duplex infert improperium, secundum Theologos.
15 Virgines multæ hodierno tempore à Ioue corruptæ, cum Iunone in fonte Cantharin ablutæ, virginitatem receperunt.
16 Mulier quòd propter stuprum non amittat dotem, tria Authoris fundamenta.

PARS I. NEGANS.

QVOD propter stuprum, soluto matrimonio commissum, mulier dotem
1 non amittat, probatur I. fundamento † *tex. in c. vltimo. Nouel. 39.* Cuius verba sunt: *Modis omnibus eam* (quæ partum ex stupro peperit) *priuari antenuptiali donatione, & secundum proprietatem, & secundum vsum.* Per quæ verba cùm pœna huius stupri satis expressa sit, nobis alia non erit fingenda.

II. Vulgare est quòd in pœnalibus de vno ad aliud non fiat extensio, per text. *in cap. 49. in pœnis. de reg. iur. in 6.* ibi: *In pœnis benignior interpretatio est facienda.* Idem textus est *in cap. 15. odia. eodem titul.* Ergo quod dicitur de amissione donationis propter nuptias, non erit ad dotem extendendum.

2 III. Constat † quòd heredes mariti nullam habeant potestatem accusandi eius vxorem, vel aduersus eam excipiendi propter adulterium, ab ea commissum, quia ius vindictæ non transit ad heredes. Vide quæ diximus in quæstione præcedenti, *numer. 18.*

Ergo multò minùs habebunt potestatem eam accusandi de stupro, cùm istud delictum non sit æque graue, ac adulterium.

IV. Quòd † mulier adulterium vel stu- 3
prum committens sit subiicienda pœnæ, fit propter honorẽ matrimonij sacramentaliter intelligendi. Sed in proposito cessat matrimonium. Ergo etiam pœna propter istud infligenda cessabit.

V. Non † leue videtur huic parti adporta- 4
re fundamentum, quod determinatur *in c. fin. de feudo, sine culpa non amit.* videlicet, quòd pœna amissionis feudi, quæ infligitur clienti, quòd cum vxore domini cõcubuerit, nõ habeat locum, si eo mortuo hoc fecerit. Pari modo in casu nostro videtur concludendum, ꝙ pœna ex causa adulterij constituta non habeat locum in stupro, mortuo viro commisso. Cæterùm vide quæ diximus infra *q. 69. in princ.*

Ex prædictis concludunt, quòd mulier propter stuprum dotem nõ amittat. Confirmant hanc conclusionẽ. Alex. *ad l. 10. sororem. C. de his quib. vt indig.* Ias. *ad l. 27. fidei commissum. C. de fideicommiss.* Duar. *in l. 2. sol. matr.* Arius Pinel. *in l. 4. nu. 9. vers. sed contrariũ. C. de bon. mat.* eamq; magis communem pronunciat Socin. iun. *cons. 3. nu. 7. lib. 3.* nec non vsu receptam attestatur Iulius Clar. *in pract. §. stuprum. vers. sed nunquid.* quos refert & sequitur Soar. *recept. sentent. nu. 56. & seq. vidua.* Eandem æquiorem dicit Dec. *in c. pastoralis. de iudic.* Secundum quam etiam iudicatum refert Boët. *decis. 338. nu. 11.*

PARS II. AFFIRMANS.

PRÆDICTIS non obstantibus, videtur quòd pars affirmatiua sit verior, pro
qua tuenda respondetur ad † *d. c. vlt.* in I. 5
arg. oppositum, quòd licet ibi duntaxat agatur de priuatione antenuptialis donationis, ꝙ tamen per hoc nõ negetur, quòd mulier pari modo dote priuetur, aliisque pœnis subiiciatur, vt hoc perspicuè videtur constare ex verbis eiusdem contextus: *subdendam quoq; aliis omnibus pœnis, &c.*

Quod dicitur in antecedenti II. arg. vulgarem approbare regulam, extentionem in pœnalibus non esse admittendam, est intelligendum, nisi constet expressè de
delictis: si n. constat, tùm fauor † publicus 6
exigit, vt delicti pœna non constringatur, *l. 51. ita vulneratus. §. 2. æstimatio. ad l. Aquil. l. 70. si à reo. §. 5. id quod vulgò. de fideiuss. & manda-*

tor.

tor. ibi: *Nam pœna ob maleficia solui, magna ratio suadet.* Idem text. *in l. 27. §. 4. de pact.* vide de hoc puncto omoinò Dyn. *in d. c. 15. odia. in c. 30. in obscuris, circa fin. & in d. c. 49. in pœnis. de reg. iur. in 6.*

Quocirca cùm nos ſimus io caſu, quo certè conſtat de delicto, non erit delicti pœna cooſtringenda, ſed potiùs extẽdeoda. Prętereà, quis negabit leges in puoieodis delictis, ob eaodẽ maioremuè cauſam ad ſimiles caſus trahi? Quod cùm ira ſit, certè delictum ſtupri, quoad dotis ſaltem amiſſionem, adulterij crimini erit ęquiparandum.

7 Etſi † enim morte diremptum ſit matrimooiũ, adhuc tamen mulier in matrimonio eſſe præſumitur, per *text. in l. vlt. C. de bon. mater.* ibi: *ſiue in priori matrimonio pater ex quo filios habuit, permanere voluerit. & vide ibid. Bart.* Ideoque etiam vidua eoſdem hooores, quos accepit à viro, mortuo eo ſibi cooſeruat. *l. 8. fœmina. de ſenatoribus. l. 1. & leg. 13. mulieres. C. de dignitat. lib. 12.* eiuſdemque mariti domicilium retinet. *l. filij. §. vidua. ad municip.* & aliis omnibos fermè priuilegiis gaodet, quibus viuente marito gaudebat. Quamobrem cùm matrimonij commoda habeat, rationi cõſentaoeum eſt, vt etiam eius incommoda ſentiat, quæ cooſtante matrimonio pateretur.

Antecedens III. argumenti controoerſum eſt, vt oſtendimus *in d. q. 18. in fin.* ac proinde nihil certi ex eo videtur poſſe cõcludi. Sed ſit hoc vtut ſit, eius nihilominus
8 cooſequentia falſa eſt, ex eo † quòd veritati conſentaneum appareat, heredib. dari adulteriũ viodicandi poteſtatem, per tex. *in l. 30. quamuis. C. de adulter.* quod ſioe ſcrupulo videtur procedere, ſi defuoctus adulterium eſſe commiſſum ignorauerit, quia ioiuriam, quam ignoraoit, remiſiſſe non creditur, *fac. l. 19. mater decedens. & l. 112. nihil intereſt.* vide etiam quæ diximus *in q. 69. in ſol. 2. arg.*

Reſpondemus ad minorem IV. argumenti, quòd licet matrimooium ſacramentaliter iotelligendo io propoſito ooſtro ceſſet: eius tameo hooor non ceſſat, vt ſuprà diximus, qui cùm violatur per ſtuprum, meritò eius cauſa huiuſmodi vxori ſtupratæ infligitur pœna.

Reſpoodet Coſtanus *in tract. de dotib. c. 6. poſt nu. 32.* ad d. c. fi. in V. argumento oppoſitum, quòd licet io eo dicatur facinus in vita Domini à cliente commiſſum, eſſe puoieodum, quòd tamen per hoc noo oſtendatur, vt poſt eius mortem impunè ſit remittendum, *l. 2. C. de cond. inſert. Auth. conuenticula. C. de epiſc. & cleric.*

Accedit † quæ, quantæq; iniuriæ ex hoc 9
vxoris delicto defuocto, eiuſq; heredibus inferantur, vt textus eſt *in cap. 43. quæ verò. Nouel. 22.* qoot iocommoda ratione bonorum propioqui ſentiant, quàm deniq; miſerè Reſpublica per hoc turbetur & excrutietur, quæ omnia, ſi conſiderentur, non leuem alicui ad hanc partem inclinationem præſtabunt.

Ex his & ſimilibus huios partis aſſertores cõcluduot, quòd vidoa ſtuprum committens dote mulctetur, eaque heredibus applicetur.

Iſtam cooclusionem communiter à Doctoribus receptam teſtatur Boër. *deciſ. 338.* Bellon. *in Rubr. nu. 83. C. de edendo.* Franciſc. Viuius *lib. 1. opin. 447. colum. 3.* quos ſequitur Coſtan. *d. loc. per tot.*

PARS III. REPLICANS.

VErum enimuerò † hiſce noo obſtanti- 10
bus, negatiuam ſententiam iuri & rationi magis eſſe cooſentaneã arbitramur. Nam vt à I. arg. ſolutione exordium capiamus, explorati iuris eſt, legem prout iacet ſimpliciter eſſe intelligẽdam, niſi eius intellectus ex alia dependeat lege. Quòd autem *d. c. vlt.* intellectus, quoad noſtrum caſum non dependeat ex aliqua alia lege, pa-
tet ex eo, quòd † io toto iuris noſtri pelago 11
noo reperiatur lex determinans, quòd vidua ſtuprum cõmittens dote ſit mulctanda. Ideoq; cùm ſit ſimpliciter iotelligenda, oon debemus legẽ, de nuptialis donationis priuatiooe diſponentem, ad dotem exteodere, maximè cùm per *d. c.* claro clarius pateat, hanc mulierem donatione duntaxat eſſe priuandam, tùm quia eius contrarium in aliis legibus non reperitur expreſſum, tùm qoia *d. c.* fundatur, ſi hoc voluiſſet, hoc benè addidiſſet. Sed de dotis priuatiooe nihil addidit. Ergo, &c.

Quod dicitur io ſolutione II. argumẽti, quando conſtat delictum eſſe certè commiſſum, tunc eius pœnam nõ eſſe reſtringendam admittimus, quòd verò ſit ampliãda, negamus, oiſi delicti accedat cumulatio, q; hìc nõ fecit. Ergo vt in ſtatotæ pœnæ terminis maneamus, neceſſarium eſt

Conceſſo quod deinde dicitur lege in puniendis delictis, ob eandem vel maiorem cauſam, ad ſimiles caſus trahi, non ſequitur: Ergo pœnam adulterij iuſtè ad ſtuprum extendamus.

12 Imò (ſalua tot Doct. reuerentia) hoc † dicere abſurdum reputamus, cùm tanta ſit inter ſtuprum à vidua commiſſum, & adulterium differentia, quanta ſit inter cœlum & terram diſtantia.

Quid quod per adulterium indiuiduæ vitæ ſummè perturbatur coniunctio, hoc in caſu minimè fieri poteſt, cùm talis per mortem diſſoluatur coniunctio. Quid quod legitimi heredes iacturã quandoq; facultatum paternarum incurrunt, cùm illæ conceduntur, cui non debentur, quod hîc eſt extra periculum, cùm cõmiſſo ſtupro, maritus ampliùs non ſit in rerum natura. Quid quod (inquam) ſtuprum cũ vidua patratum hodiè nulli ſubiiciatur pœnæ, vt commune ait numeroſa Interpretum phalanx, recenſa per Anton. Gomez. *in leg. 80. Thauri. numer. 7.* Iul. Clar. *in practic. §. ſtuprum. verſic. ſed quæro:* quod obtinere in adulterio dicere abſurdiſſimum eſt, vt in præcedenti quæſt. demonſtrauimus.

Ergo pro certò aſſerere, quòd ſtuprum hoc in caſu æquiparetur adulterio, irrationale fermè apparet. Neq; contrariatur, quod vidua in matrimonio eſſe præſumatur, eiſdemq; gaudeat priuilegiis, quibus gaudet vxor, quia reſpondetur hoc fieri fictione iuris, in fauorem viduitatis, & honorem ſoluti matrimonij, non verò quòd matrimonium cum illis verè conſiſtat, quod aduerſarij etiam minimè aſſerere audent, ac conſequenter minimè inferre, quòd ſtuprum à vidua commiſſum adulterio ſit aſſimilandum, cùm iſtud ſine matrimonio committi nequeat.

13 Accedit † quòd ſtuprum vix in vidua fieri dicatur, vt perſpicuè ex ſtupri colligitur definitione, quæ habet: Stuprum eſt illicita virginis defloratio, *l. 3. in concubinatu. in fi. princ. de concubin.* Vnde dicitur etiam ſtuprum eſſe peccatum mortale, eo quod per iſtud auferatur virginale ſignaculum, paternæ cuſtodiæ cõmiſſum, propter quod

14 Theologi † duplex à ſtupratore inferri improperium aſſerunt, vnũ ex parte puellæ, quæ propter violationem virginitatis impeditur à legitimi thori cõiugio, alterum ex parte patris, cui opprobrij nota inurit, quòd puella eius curæ fuerat commiſſa. Hinc † virgo Danae, teſte Hieron. *in epiſt. ad Gaudentium. & Auguſt. lib. 2. confeſſ. c. 16.* à patre Acriſio ſublimiori ſeruabatur turri, vt nulli virorum ad eam pateret acceſſus; quam cùm Iupiter nimio adamaret ardore, aureum per impluuiũ tutti illapſus vitiauit, hoc eſt, muneribus aureis, quibus virgo cuſtodumq; animi corrupti obedierunt. Sanè hodierno tempore à Ioue huiuſmodi innumerabilia fermè auro virginalia aperiunt ſignacula, quæ à virginibus cum Iunone in fonte Cantharin ablutis, pro non apertis probis iuuenib. reuenduntur. Quare proſpiciamus, ne cum maximo animi cruciatu apertæ nobis iſtiuſmodi obtrudantur tabulæ, licet aliàs quis meretricem ducendo, opus implere miſericordiæ dicatur, à quo tamen miſericordiæ opere me ſaltem Deus liberet. Sed ad propoſitum redeundo dicimus, quòd cùm ſtuprum adulterio minimè æquiparetur, imò ſi vix in vidua cõmitti dicatur, quòd eius pœna vltra expreſſam *d. c. vlt. Nouel. 39.* determinationem minimè ſit extendenda.

Replicatur ſolutio III. argumenti hoc modo. Poſito, non verò conceſſo, quòd ius vindictæ tranſeat ad heredes: non tamen negari poteſt, quòd non alio modo tranſeat ad heredes, quàm mera virtute defuncti, habito reſpectu temporis, quo defuncto ſuperſtite delictum erat commiſſum. Sed tale tempus hoc in caſu deſideratur. Ergo etiam iuris vindictæ tranſmiſſio.

Quod † dicitur in l V. ſolut. matrimonio ſoluto, eius honorẽ nihilominus in vidua durare, procedit duntaxat quoad honorem fictione iuris, & non matrimonij reſpectu viduitatis durabilem, qui honor, cùm per ſtuprum lædatur, tantus non eſt, vt adulterij pœnam in dotis amiſſione cõſtitutam importet, cùm aliàs in hoc termino inter adulterium & ſtuprum nulla eſſet differentia, quod eſt falſum, vt ſuprà & infrà oſtenditur.

Reſponſionem Coſtani ad V. arg datam, hoc modo replicamus, quòd licet *in d. c.* non negetur, quòd cliens poſt mortem domini impunè debeat abire, quòd tamen per hoc non aſſeratur, vt eadẽ met pœna, de qua habetur *in d. c.* ſit puniendus. Cur ſic? quia aliàs iſta verba, *Domino viuente*, ſuperfluè *in d. c.* eſſent poſita, quod non eſt dicendum.

Quæ præterea dicta sunt non mouent, quòd enim vidua per stuprum iniuriam infert defuncto eiusq; heredibus, ob hoc satis per antenuptialis donationis priuationē punitur. Et si alieni huiusmodi pœna nimis leuis videatur: tamen propterea maiorem constituere pœnam, quàm lex
17 constituit, nemo potest. Cæterùm † pro huius replicationis supplemento vnū aut alterum addimus argumētum. Primū si stupri pœna æquiparetur pœnæ adulterij, mulier stuprum committens in corpus puniret. Sed posterius est falsū, vt ipsi dissentientes fatētur. Ergò & prius. At dices æquiparari adulterij pœnæ quoad quid, & non quoad simpliciter, putà quoad abdicationem dotis, & non ad pœnā corporalē? Respondemus hoc rationabiliter fieri non posse. Qua de causa? ea, quia si respectu viri eadē per stuprum (vt asserunt) committatur iniuria, quæ cōmittitur per adulteriū, certè non duntaxat respectu viri quoad amissionem dotis, sed etiam quoad pœnam corporalem procederet, quia ista pœna propter eandem iniuriam ratione matrimonij viro illatam infligitur. Ergo vbi ista est iniuria, ibi etiam necessariò erit eius pœna. Secundum si per stuprum eodem modo mulier priuaretur dote, sicut p adulteriū, sequeretur quòd maritus eodem dolore ptopter hoc afficeret, quo efficitur propter adulterium. Sed consequens non est rationi consentaneum, cùm defuncto non possit inferri dolor. Obiicies q; possit, quia eius heres, per quē defuncti persona repræsentatur, dolore afficitur, imò & ipse defunctus iniuria. Respondetur, at non tali dolore & iniuria, quali per adulterium heredes, defunctumq; affici, cùm hoc naturali hominum inclinationi sit impossibile, vt quilibet iudicabit. Ergo si non isdem dolor eademque iniuria per stuprum defuncto, eiusq; heredibus infertur, quæ eis infertur per adulterinm, reuera non eadem doloris & iniuriæ recompensatio illis de iure conceditur.

Tertium si iuri consonum esset, quòd propter stuprū mulier amitteret dotem, necessarium esset vt diceremus Imperatorem Iustinianum *in d. c. vlt. Nouel. 39.* nihil aliud quàm superuacua verba condidisse. Ratio est, quia priuatio dotis ex maioritate rationis includeret antenuptialē donationem. Nā si dote priuaretur, in qua plus iuris habet, multò magis donatiōe, in qua habet minus, sicque planè non fuisset necessarium, vt de hac donationis amissione plenam (vt fecit) determinationem fecisset, & eius verba omninò esset superuacua & penè inaniter posita. Sed hæc dicere longè absit à nobis. Ergo pari modo longè absit, vt aduersariorum opinatorum amplectamur sententiam.

Per hæc habes, mi frater, partem secundam per nos replicatam, nostramque primam conclusionem benè (existimamus) confirmatam, quam si sequaris, hoc in puncto non errabis.

QVAESTIO XXXIV.

An propter substitutionem ratione dotis à patre filiæ factam, excludatur maritus à lucro dotis, quod sibi ex statuti dispositione defertur?

SVMMARIA.

1 *Res in dotem data transit cum suo onere in maritum.*
2 *Datoris iure resoluto resoluitur ius Acceptoris.*
3 *Regula quòd res transeat cum suo onere, non procedit fauore dotis.*
4 *Maritus quòd propter substitutionem dotis eius lucro non priuetur, ostenditur septem argumentis, quæ Author postea replicando oppugnat. num. 11.*
5 *Legatum dotis causa factum recipit interpretationem passiuam à statuto.*
6 *Dos & lucrum est quoddam vniuersale.*
7 *Mulier potest apponere pactum de dote lucranda etiam si sit constituta ex bonis in fideicommissum datis.*
8 *Replicatio Authoris ostendens quòd maritus propter substitutionem dotem nō lucretur.*
9 *Intellectus authoris ad Authēt. res quæ, C. com. de legatis, & num. 12.*
10 *Mulier an propter defectum legitimæ possit de bonis, in fideicommissum datis, iuxta statutum de lucro dotis disponens, constituere dotem.*
11 *Responsiones Authoris ad quinque argumenta Baldi, & duo Rolandi.*
13 *Maritus quòd non lucretur dotem per fideicommissum constitutam, Author duobus alijs fundamentis ostendit.*

PARS I. AFFIRMANS.

NON sine ratione inter Doctores agitatur quęstio: an ppter substitutionē ex

causa dotis à patre filiæ factam, excludatur maritus à lucro dotis, quòd sibi ex dispositione statuti defertur?

Pro parte affirmatiua I. hoc modo argumentatur.
1 Res † in dotem data transit cum suo onere in maritum. Paul. de Castr. *in cons. 59. in fin. vol. 1. & in cõs. 43. col. fin. vol. 2.* Ergo dos fideicommisso subiecta, mortua vxore à marito est restituenda, cùm tale fideicommissum dicatur onus doti iniunctum.

II. Est regula quòd expressum tollat tacitum, *l. ex facto. §. item quæro. de vulg. & pupil. subst.* Sed substitutio expressè hic per patrem filiæ est facta, statutum autem de dote lucranda disponens tacitè dicitur disponere. Ergo fideicommissum expressè factum tollit lucrum dotis, quod marito tacitè ex statuto debetur.

III. Nemo potest plus iuris in aliũ transferre, quàm ipse habet, *vulg. l. nemo plus iuris. de reg. iur.* Sed ꝓpter fideicõmissum doti appositum, vxor non habet diutiùs ius aliquod in dote, quàm quoad eius vitam. Ergo vxor quod non habet, vel quod ea mortua resoluitur, non potest in maritum
2 transferre, cùm † resoluto iure datoris, resoluatur ius acceptoris. *l. vectigali. de pignoribus. l. peto. §. prædium. de legat. 2.*

Ex his & similibus argumentis videtur concludendum, quòd propter fideicommissum doti appositum, maritus priuetur lucro dotis, quod sibi ex dispositione statuti defertur.

Huic conclusioni subscribit Alex. *in cons. 176. col. 2. vol. 7.* vbi eam copiosiùs confirmat.

PARS II. NEGANS.

IN partem negatiuam procliuiores possunt ad I. argumentum contrariæ opinionis respondere, quòd eius consequen-
3 tia in hoc casu nõ videatur vera. Nam † licet regulariter verum sit, quòd res transeat cum suo onere, & consequenter res per fideicommissum relicta restituenda: tamen hoc non procedit in constitutione dotis, quia mulier de bonis, sibi per fideicommissum relictis, potest se dotare, vt tenent Bald. Paul. de Cast. & Curt. iun. *in d. Auth. res quæ.* per illum text. *C. commun. de legat.* & consequenter dotem marito dare.

Ad maiorem II. argumenti propositionem potest responderi, quòd ista hoc in casu non procedat, cùm in terminis nostris specialiter aliud sit constitutum, vt patet per *l. fin. iunct. d. auth. res quæ.*

Negatur minor III. argumenti propositio. Nam cõsiderando naturam dotium, & subiectam earum materiã, non videtur dicẽdum, quòd propter fideicommissum mulier impediatur, quò minùs dotem integrè, iuxta statuti dispositionem, viro possit tradere. Nam ex quo per *d. auth. res quæ*, satis compertum est, quòd mulier ex bonis, ei per fideicommissum relictis, valeat dotem constituere, negari haud posse videtur, quòd etiam mulier eandem dotem viro in lucrum iuxta statuti dispositionem possit concedere, cùm videatur ei concessum consequens, cui conceditur antecedens. *arg. l. 56. ad rem mobilem. & l. 62. ad legatum. de procurator.*

Hanc † partem vlterius confirmando argumentatur I. hoc modo. 4
Substitutio facta per patrem filiæ de dote restituenda, est intelligenda de eo, quod potest restitui de iure & de facto *l. 22. mulier. §. 2. si heres. ad Trebel.* At de iure non potest restitui portio dotis, quam vir iuxta statuti dispositionem debet lucrari fauore publicæ vtilitatis, quæ derogat priuatæ, vt dicitur in *d. auth. res quæ.* Ergo substitutio de portione dotis non est intelligenda.

II. Legatum † in causam dotis factum, recipit interpretationem passiuam à statuto. *l. 1. §. lex Falcidia. ad l. Falcid.* Sed iuxta interpretationem statuti vir lucratur dotem. Ergo, &c. 5

III. Qui permisit principale, censetur etiam permisisse accessorium, quod in illi gitur inesse principali, *l. ex diuerso. de rer. vend.* Sed testator permittendo, quòd res tradantur in dotem, permittit principale, scilicet istam dotem. Ergo etiam eius accessorium, vtelt lucrum dotis.

IV. Dos † & lucrum est quoddam vniuersale, quia vnum non potest esse sine altero. Ergo testator permittendo marito dotem, videtur etiam permisisse eius lucrum. 6

V. Qui vult vt leges & consuetudines in suo testamento habeant locum, necessariò etiam intelligitur velle, vt earum determinatum in eo habeat locum, *arg. d. l. 56. & d. l. 62.* At testator præsumitur velle vt leges & consuetudines in sua dispositione habeant locum, *l. quæritur. §. si venditor, de ædil. edict. l. item quia. de pact.* Ergo etiam intel-

intelligitur velle vt eorum determinatum, putà vt vir mortua vxore lucretur dotem, in sua dispositione obtineat. Per hęc quinque argumenta (licet non ita formet) pro hac parte consuluit Bald. *in consil. 79. col. 2. vol. 1.*

VI. Pro hac opinione hoc modo arguit Rolan. à Valle. *in tract. de dote. q. 57.* Mulier
7 præter † voluntatem testatoris constituens sibi dotẽ ex bonis fideicommisso subiectis, potest apponere pactum de dote lucranda, si attenta qualitate personæ legitima & Trebellianica ad dotis cõstitutionẽ non sufficiant, dicit esse textum, hoc probantem *in d. auth. res quæ. & in Nouel. 39. c. 1.* Idem dicit tenere Bald. Paul. de Castr. & Curt. iun. *in rubr. d. auth. res quæ.* Idem Bald. *in cons. 356. vol. 2. & cons. 75. 101. in fin. & 469. vol. 4.* Ergo mulier si possit apponere pactum de dote lucranda, multò magis poterit maritus ex statuti dispositione dotem lucrari, cùm istud maiorem habeat vim quàm pactum.

VII. Si verum esset, inquit Roland. à Valle, *d. q. 57.* quòd iuxta aduersam opinionem maritus vigore dicti statuti non posset dotem lucrari, sequeretur quòd pater vellet inducere viduitatem filiæ. Sed cõsequens iura verant, vt diximus infrà q. 67.

Ex his concludunt, quòd propter fideicommissum, doti appositum, maritus non priuetur lucro dotis. Assentiunt huic conclusioni in terminis Bal. *in d. cons. 79.* Campez. *in tract. dot. in 5. par. q. 18.* quoad legitimam duntaxat, latè Aymo. *in cons. 186.* quos refert & sequitur Roland. *d. q. 57.*

Prædictæ conclusionis exceptio prima est, nisi testator adiecisset in testamento, vt pleno iure restitueretur fideicommissario. Alex. *in cons. 176. vol. 7.* Crauet. *cons. 186.* Roland. *d. q. 57. num. 20.* vbi allegat *auth. vsus.* & ibi Bald. *C. de SS. Eccles.*

Secunda exceptio est in dote excessiua, quo casu maritus non plus quàm dotem congruam lucrabitur. Campez. *isto tract. q. 18.* Bald *in consil. 77. vol. 4.* Castr. *in cons. 80.* Corn. *cons. 3. vol. 3.*

Tertiò excipitur, nisi mulier bona propria habens constitueret dotem de bonis fideicommisso subiectis. Curt. iun. *in consil. 154.* Haymon Crauetta *d. cons. 186. in fin.* Ratio est, quia in defectum aliorum bonorum datur mulieri potestas constituendi dotem, *Auth. res quæ.* Igitur vbi iste defectus cessat, cessabit etiam dicta potestas.

Quartò excipitur quoad extraneum substituentem. Alex. *d. cons. 167.* Bart. Salyc. Cast. & Ias. *in d. Authen. res quæ.* Ruin. *in cons. 137. num. 17. lib. 2.*

REPLICATIO. 8

DOmini † si liceat os ponere in cœlum, hoc est, contra tantos sentire Dd. dico prędictas solutiones & argumẽta, quæ pro parte negatiua adducta sunt, posse hoc modo replicari. Quòd in solutione I. argumenti pro parte negatiua adducti dictum est, regulam istam, quòd res transeat cum suo onere, hoc in casu nõ procedere, cùm in eo specialiter prouisum sit, res per fideicommissum relictas, & in dotem posse dari, & consequenter, iuxta statuti dispositionem, à marito lucrari, vt per *d. auth. res quæ.* Hoc autem falsum esse, ex vero istius 9
authen. intellectu facilè cognosci potest, eũ ex eo nihil aliud conuinci possit, quàm quòd filia, cui dos à patre non est constituta, nec tantum in legitimam vel Trebellian. relictum, quantum dotis satis est, habeat potestatem sibi constituendi dotem, secundum eius statum sufficientem. Sed vbi pater ipse cõstituit filiæ dotẽ sufficientem, sub ea conditione, vt ea mortua restituatur, est casus longè alius, qui minimè in d. auth. reperitur determinatus: hîc enim pater de dotis constitutione, eiusque restitutione clarè expressèque disposuit, quod dotis constitutionis tempore potuit: ibi verò nullam dotis constitutionem fecit, & iccircò præponendo publicam vtilitatem priuatæ, datur filiæ facultas ex bonis per fideicommissum relictis sufficientem sibi constituendi dotem, modò legitima & Trebellianica ad dotis constitutionem non sufficiant. Et sic videtis quòd maxima sit diuersitas inter d. auth. & nostrum casum, ac consequenter diuersum ius in eo statuendum.

An † autem isto in casu, quo mulier 10
propter defectum legitimę habet potestatem constituendi dotem sibi sufficientem ex fideicommisso, possit statuti dispositio habere locum? videtur dicẽdum q. sic, maximè cum testator de dote, sicuti nostro in casu, nil expresè disposuerit, nec nõ in d. auth. Imp. det liberã alienãdi & obligandi huiusmodi bona quoad dotis dationẽ, mulieri potestatẽ. Contrariũ verius videt, cũ ista verba, *alienare* vel *obligare*, in d. auth. posita, nõ sint intelligenda de pperua alienatione, vel obligatione, sed de alienatione

tempo-

temporali vel conditionali, vt quamdiu mulier vixerit, ea verò mortua res in dotem data reuertitur ad substitutum, quia ius mulieris tunc esse desinit, ac cõsequenter eius alienatio. At dices per alienationem tamen transfertur Dominium istius rei in maritum? concedo quoad eius administrationem, vt plenè diximus *in tract. nostro controuers. de dote. q. 40.* vel si mauis, cõcedo etiam quoad eius proprietatem reuocabiliter, hoc est, vt mortua vxore ipso iure reuertatur dominiũ in substitutum, & hoc non (aduerte) per traditionem, quasi per mortem mulieris factam, sed ab ipsa hereditate. *l. 44. seruum filij.* §. *1.* ibi: *Quia vbi legatarius non repudiauit, retro* (nota) *ipsius fuisse videtur ex quo hereditas tradita est.* Idem text. *in l. 17. qui filiabus. in fin. l. 70. si seruus Titij.* §. *1. & in l. 68. si tibi homo.* §. *2. cum seruus. de legat. 1.*

Ex prędictis manet etiam infirma solutio ad II. argumentum data, in qua pariter dictum per d. auth. in hoc casu esse aliquid speciale constitutum, cum hoc falsum esse ostensum sit.

Rectè intelligendo solutionem ad III. argumentum datam, huic nostræ opinioni nihil contrariatur, cùm filia, cui dos à patre non est constituta, habeat ipsamet ex bonis fideicommisso subiectis potestatem, iuxta statuti dispositionem, constituendi dotem, quod nos, cùm sit extra terminos nostros, non oppugnamus.

11 Non obstant † vlterius argumenta pro eadem opinione confirmanda allegata, & primò non aduersatur, quod in minori I. argumenti propositione dictum est, quia respondetur verum esse, iure non posse restitui dotem, quam maritus iuxta statuti dispositionem debet lucrari. Sed dotem, de qua nobis instituta est disputatio, maritus iure non lucratur, cùm per conuentionem patris per fideicommissum tempore dotis constitutionis expressam, tali dispositioni sit derogatum, quod fieri potest, *arg. text. in l. 1.* §. *si conueniat. de pos.* Ergo maritus eam restituere debet.

Quod in maiori II. argumenti propositione dictum est, legatum in causa dotis factũ recipere interpretationem passiuam à statuto, non procedit in casu, vbi statuto derogatum est. Sed in terminis huius quæstionis per expressam substitutionem derogatum est statuto. Ergo, &c.

Verum est simpliciter intelligendo, quod in maiori III. argumenti dictum est, concesso scilicet principali, censeri etiam concessum eius accessorium, vbi principale accessorium habet, aliâs non, cùm non entis nullæ sint qualitates. At propter substitutionem expresśè de dote factam dos non habet accessorium, scilicet lucrum. Ergo, &c.

Eodem modo respondetur ad IV. argumentum. Nam ex quo statuti dispositio per expressam substitutionem, causa dotis factam, est sublata, nõ potest ampliùs lucrum dici aliquod vniuersale cum dote, cùm lucrum, quòd sit vniuersale cum dote, procedat ex dispositione statuti. Ideoque cessante dispositione cessat etiam lucrum aliquid esse vniuersale cum dote. *arg. l. adigere.* §. *quamuis. de iure patronat.*

V. Argumentum rectè intellectum non obstat. Nam quòd in minori eius propositione dictum est, testatorem velle vt leges in sua dispositione locum habeant, nos quoque affirmamus. Sed ex conuentione quæ fit per fideicommissum, expresśè dotis causa à testatore factum, oritur lex. *d. l. 1.* §. *si conueniat.* Ergo testator necessariò pręsumitur velle, vt talis lex in sua dispositione locum habeat, quod nos conamur defendere.

Quòd † in VI. argumento opponit Rolan. planè nihil obstat. Quòd enim filia vigore *d. auth. res quæ.* possit sibi ex fideicommisso constituere dotem, si tantum non habeat in legitima & Trebellianica, quantum dotis constitutioni sufficit, & consequenter eam marito in lucrum dare, fit eam ob causam, quia parens nullam dotem per fideicommissum filiæ constituit, & icircò ex dispositione *d. auth. res quæ,* habet filia potestatem sibi constituendi dotem, eamque dandi per pactum aut statutum in lucrum, etiam ex bonis per fideicommissum sibi relictis. Secùs verò est in nostro casu, quo pater ipsemet dotem sufficientem filię constituit, cum tali clausula, vt dos mortua filia restituatur, cui clausulæ maritus assentiendo præsumitur renunciasse lucro, quod sibi ex statuti dispositione debetur. 12

VII. Rolandi argumentum adeò non obstat, vt fermè non indigeat responsione. Nam si verum esset quòd pater constituendo simpliciter dotem, & non sinendo eam lucrari maritum, induceret viduitatem filiæ, sequeretur quòd totum ius ciui-

ſe hoc modo viduitatem induceret, cùm etiam iſtud non permittat viro dotem lucrari, *tot. tit. ſol. mat.* Sed conſequens eſt abſurdum. Ergo, &c.

11 Pro † confirmatione huius opinionis vnũ aut alterum argumentũ addimus. Primum, quòd vxor vel quilibet eius nomine conſentiente marito, habeat poteſtatem contracti matrimonij tempore renunciandi ſtatuto de lucro dotis diſponenti, & facta renunciatione ſtatutũ quoad renunciantes reddatur nullum, Ratio eſt, quia hoc ſtatutum fauore coniugum in recompenſationem onerũ matrimonij eſt introductum, at cõſtat quòd quilibet fauori pro ſe introducto poſſit renũciare, vulg. Sed quando dos à patre filiæ eſt relicta ſub ea conditione, vt ea mortua à marito reſtituatur, ſatis apertè conſtat, quòd ſimul vxor & maritus voluerint renunciaſſe ſtatuto, quo maritus prædecedente vxore lucratur dotem. Vxor, quia neceſſario debet conſentire in iſtam ſubſtitutionem, quæ importat ſtatuti renunciationem. Maritus, quia ducendo talem vxorem præſumitur conſentire in iſtam ſubſtitutionem, cùm aliàs eam non duxiſſet, ac conſequenter in ſtatuti renunciationem. Ergo tale ſtatutum quoad renunciantes redditur nullum. Præptereà dos quæ prima conſideratione magna apparet; per pacta appoſita poteſt fieri parua, ſic quoq; non eſt dubium quin grauamina, doti appoſita, eam minuant, putà quoad proprietatem dotis lucrandam. Alterum: quòd teſtatori ſtatutum, de lucro dotis diſponens, non fuerit ignotum, nec ignorare potuerit, *tot. tit. D. & C. de iur. & fact. ignor.* quòdque ſubſtituendo in dote ſcienter faciat contra illud ſtatutum. Sed ſcienter contra ſtatutum faciens non poteſt videri id velle, quod ſtatutum vult Ergo, &c.

Per prædicta concludimus, quòd iuxta diſpoſitionem ſtatuti maritus non lucretur dotem, ſuæ vxori à patre per fideicommiſſum de reſtituendo datam.

Excipitur quòd hæc concluſio non procedat, quando inter conſtituentem, & maritum interceſſit dolus, putà quando mulier aliundè habuit bona, & conſtituit marito dotem ex bonis, per fideicommiſſum ſibi relictis, vide Cyn. Bald. & Salyc. *ad l. 1. de iure dot.* tunc enim nihilominus ex aliis vxoris bonis marito lucrum dotis debetur.

QVAESTIO XXXV.

An maritus, ne priuetur lucro dotis, teneatur mittere extra locum ad medicum peritum, ſi in loco ſui domicilij non reperiatur medicus, vel parùm peritus?

SVMMARIA.

1 *Maritus ægra vxori medicum non adhibens priuatur lucro dotis.*
2 *Medicum peritum maritus non tenetur vxoris cauſa accerſire, ſi in loco ſui domicilij non ſit, contra num. 7. & 8.*
3 *Iudex non tenetur quærere arbitros extra ciuitatem, ſi periti reperiantur in ciuitate. num. 6.*
4 *Modus articulandi poſitiones.*
5 *Probandi onus cui incumbat, quòd medicus peritus non potuerit haberi in loco domicilij mariti.*
9 *Amicus amicum debet diligere ſicut ſeipſum.*
10 *Medicum non tenetur accerſire maritus, ſi vulnus vxoris ſit lethale, vel ſi morbo laboret incurabili, & num. 11.*
Item, ſi non eſſet tutum mittere ad loca circumuicina. num. 12.
Item ſi ab alio ſit præuentus. num. 13.
Item ſi ꝓpter egeſtatẽ hoc facere nõ poſſit. 14.
Item, niſi ignoranter imperitum accerſiuiſſet. 15.

PARS I. NEGANS.

QVOD † maritus infirmæ vxori (ſi ex infirmitate mortua ſit) medicũ non adhibens amittat lucrum dotis, non eſt in iure controuerſum, vt probatur per text. in *l. 91 ſi ſeruum. in princ. de verb. oblıgat.* vbi paria ſunt occidere ſeruum, vel ſine medico infirmum negligere. 1

Sed qui iniuſtè occidit vxorem lucrum dotis perdit, *text. in l. 10. ſi ab hoſtibus. §. 1. ſolut. matr.* Idem eſt text. *in l. 3. & ibi gloſ. de his. quib. vt indig.* vbi maritus ſucceſſione vxoris indignus iudicatur, ſi eius culpa & negligentia mortua ſit. Vide etiam Bart. hoc tenentem *in d. l. 10. §. 1. & ibi gloſ. & facit. text. in l. 31. quòd ſi nolit. §. 11. ſi mancipium. de adil. edict.* vbi Gloſ. determinat, quòd is, qui malum medicum adhibuit, indignus ſit hereditate illius infirmi. Et eſt communis omnium Dd. opinio, teſtante Rol. à Val. *in tract. de dote. q. 64. num. 4.* Quare iſto puncto amiſſo, quærimus an maritus teneatur

mit-

mittere extra locum ad medicum, peritum, si in loco sui domicilij nō reperiatur
2 medicus bonus. Pars negatiua † quòd non
teneatur mittere extra locum domicilij, probatur I. hoc modo. Maritus priuatur lucro dotis, ægræ vxori medicum non adhibens, si in loco sui domicilij potuit habere medicum. Bar. *ad d. l. 10. §. si vir.* vbi dicit esse probandum, quòd maritus potuit medicum adhibere, quòd probaretur, si in loco sui domicilij essent medici, quos habere potuisset, aliâs marito non esset imputandum, si medicum non adhibuisset. Idem sentit Bart. *in d. l. 91.* Ergo, &c.

II. Facit quòd notat Ang. *in l. 6. hac edictali. §. 1. his illud. C. de secund. nupt.* vbi quando
3 æstimatio † alicuius rei est facienda per arbitros, debet iudex duos eligere, non autem cogitur eos quærere extra ciuitatem. Eodem modo videtur hoc in casu dicendum, quòd licet maritus debeat adhibere medicum vxori ægræ, quòd tamen non teneatur eum quærere extra ciuitatem.

4 III. Facit † etiam optimè quod dicit
Zas. ad *d. l. si ab hostib. §. si vir. in fin.* vbi inquit, quòd maritus teneatur vxori infirmæ medicum adhibere, hoc procedere, si maritus potuisset habere medicum, vel si imperitum adhibuit, vbi potuit habere peritum. Vndè arrepta occasione docet nonos Aduocatos modum articulandi, capitula & positiones; dicit enim non sufficere si poneretur: Item maritus nō adhibuit vxori ægræ medicum, nisi adderent; Item locus fuerat insignis, in quo erant plures medici: nam tunc dicit concludere positiones, quæ aliâs non concluderent.

Tu adde circa hanc praxin aliud notabile, videlicet vt necessarium sit Aduocatum & hoc adiicere, quòd infirmitas mulieris talis fuerit, quæ, si bonus medicus fuisset adhibitus, verisimiliter curari potuisset. Quod si non adiecerit, non concludet, quia, si infirmitas fuisset incurabilis, maritus de iure cogi non potuisset, vt medicum adhibuisset, vt infrà dicetur.

Hæc Zasij determinatio, si vera sit, necessariò sequitur, quòd maritus, vbi non potuit habere medicum, vel non peritum in loco sui domicilij, quòd tunc non teneatur eum extra locum quærere, sed veniat ab omni pœna excusandus. Cui au-
5 tem incumbat onus † probādi, maritonè,
in vxoris heredibus, quòd in loco domicilij viri potuerit haberi medicus, vide Bart. in *d. l. 10.* vbi dicit, quòd allegans hoc debeat probare, cùm aliâs sibi imputaretur, *l. idemque. post princ. pro soc.* Cuius exceptio est, nisi talis ciuitas vel locus sit insignis, propter quem ipso iure præsumitur, medicum haberi potuisse. *l. 6. si duas. §. 2. est autem. de accusat. tut. glos. in l. fin. C. de testam.* quod est summoperè notandum in quolibet casu, quo alicui imputatur, quòd non fecit per alium, quod facere debebat, quia vt hoc verum non esse ostendat, sufficit vel vera, vel pręsumptiua probatio. Locus autem insignis dicitur in quo est forum meri & mixti imperij. Bald. & Ang. in *l. 91. si seruum. in princ. de verb. obligat.* Bart. *in l. 16. idemque. pro soc.* & alij, quos ad hoc citat & sequitur Campez. *isto tract. part. 5. q. 3. n. 2.*

Ex his videtur concludendum, quòd maritus non incidat in pœnam, si vxori ægræ medicum extraneum nō accersiuerit.

Huic conclusioni subscribunt Bart. *in l. 46. idem est. pro socio.* Alex. *in cons. 92. col. 2. vol. 7.* & Ioan. de Amic. *in cons. 3. col. fin.* quos ad hoc refert Roland. à Valle *in tract. de dote. quæst. 65. num. 2.* quibus assentire videtur Zas. *d. §. si vir.*

PARS II. AFFIRMANS.

PRo opinione affirmatiua tuenda respondemus ad I. argumentum, quòd determinatio Bart. prout ibi allegatur non sit vera, vt conuincitur ex notat. per ipsum Bart. *in l. 137. §. 3. item qui in insulam. de verbor. obligat.* vbi dicit, quòd si fabri non reperiantur in loco domicilij, quòd sint quærendi in locis circumuicinis, quòd cùm admittit in fabris, quantò magis illud ipsum in medicis morbum coniugis curantibus admittere debet, cùm maior cura sit adhibenda circa corpus humanum quàm circa ea, quæ hominum manibus perficiuntur destruunturque. Per hoc Bartoli dictum hanc partem confirmat etiam Alex. *in d. l. si ab hostibus. § si vir. solut. matrim.*

Non obstat dictum † Angeli in II. argumento oppositū, quia hoc procedit quando periti possunt haberi in loco iudicis iurisdictioni subiecto, secùs verò si non possint haberi, vt probatur ex allegata Bart. determinatione, & conuincitur ex eis quæ tradit Tiraquel. *in tract. de retract. char. 93. num. 20.*

Ad doctrinam Zasij in III. argument[o]

oppositam, quantum contra hanc opinionem facit, respondemus vt supra, addimusque quòd licet Zas. dicat positiones non concludere, si in eis non addatur, quòd maritus medicos de facili potuisset habere, &c. quòd tamen per hoc non neget, positiones pariter non concludere si in eis non sit adiectum, quòd medicos etiam potuisset inuenisse in locis circumuicinis, cùm is omnium ad hunc casum pertinentium non potuerit esse memor.

7 Prædictis † argumentis sic breuiter solutis, addimus pro hac parte textũ *in l. 24. Diui Marcus & Verus. de tutorib. & curat.* Cuius text. verba sunt: *Diui Marcus & Verus Cornelio Proculo. Si quando desint in ciuitate, ex qua pupilli oriundi sunt, qui idonei videantur esse tutores, officium sit magistratuum inquirere ex vicinis ciuitatibus honestißimum quemque, & nomina præsidi prouinciæ mittere: non ipsos arbitrium dandi sibi vindicare.* Hæc eadem Pauli verba referuntur ab Vlpiano *in l. 2. postulare. §. 10. si quando. de magistrat. conuenien.* Ex quib. verbis à ratione paritatis apertè constat, quod etiam maritus teneatur vxori ægræ medicum in locis extraneis (si in proprio non reperiatur) vel circumuicinis accersire.

II. Facit pro hac parte optimè quod dicit Tiraquel. d. loc. quòd sicut iuris ignorantia non excusat mulieres aut rusticos à lucris, si potuerint peritos habere in loco, sic quoque non excusat, quando potuerunt habere in locis circumuicinis.

8 III. Pro † hac opinione etiam ipsa diuina naturalisque militat ratio. Nam si sacra attestante scriptura maritus & vxor vnum constituant carnem, & maritus pro suo corporis cura proculdubiò etiam extraneos (si in suo loco non possit habere) accerseret medicos: cur non idem maritum

9 vxoris causa hoc oportere concluderemus? Si inter † quosuis amicos, vt testatur Cicero *de legib. 1.* necessarium sit, vt alter nihilo sese plus, quàm alterum diligat, quodque si tantillum intersit, iam amicitiæ nomen occisum dicatur? Si inquam, quod magis est, amicus dimidiũ animæ dicatur. August. *3. confess.* & testatur Hieronym. *super Matth.* dicens: *Vnde & alibi legimus, sit amicus eadem anima, & lyricus pro amico precans, inquit, animæ dimidiũ meæ.* Sed quòd maritus syncerè & integrè præ cæteris omnibus amicis vxorem debeat amplecti, nemo est qui negat. Ergo necessariò sequitur, quòd eodem modo teneatur tueri salutem suæ vxoris, sicut suam. Ex his & similib. rationibus est cõcludendum, quòd maritus, vxori ægræ medicum non adhibens, vel in circumuicinis locis peritum non quærens, priuetur lucro dotis, sibi ex statuti dispositione debito. Hanc conclusionem tenent Bald. *in l. 6. ignorantiam. C. qui admitt. ad bon. poss.* Bar. sibi contrarius *in d. §. in insulam.* Alex. *in d. l. 6.* vbi dicta Bartoli reconciliat, scilicet quòd opinio eius in *d. §. si vir.* procedat, si medici essent quærendi in partib. longinquis. Altera verò opinio, quam videtur exprimere in *d. §. qui in insulam*, quã do in locis circumuicinis essent medici.

Amplia hanc conclusionem etiam procedere si vxor peste infecta sit. Ripa *in tra. pest. in fin. par. 3.* & facit pro ista ampliatione text. *in c. 1. quib. mod. feud. amit.* vbi est casus, quòd vasallus derelinquens Dominum in bello humano, priuetur feudo, quod idem dicendum est, si maritus relinquat vxorem in bello Dei.

Huius † ampliationis exceptionem esse dicit Roland. à Val. *in tract. de dote. quæst. 66. num. 5.* quando vxor laboraret morbo pestifero incurabili, & citat ad hoc *legem 6. omne delictum. §. pen. de re milit.* vbi quis pro positum suum tenetur defendere, si aduersario resistere potuit: si verò non potuit, non tenetur. Idem hic videtur dicendum, quòd maritus non teneatur vxori ægræ medicum adhibere, si talis morbus sit, qui curari non potest. Per has & similes rationes huic exceptioni etiam subscribunt Paul. de Castr. *in d. §. si vir.* & Alex. *in consil. 123. col. 2. vol. 8.* & Socyn. *in consil. 105. col. fin. vol. 3.* vbi refert alios Doctores ita consuluisse. 10

Hanc † exceptionem dicerem absolutè procedere, si vxori inflictum esset vulnus lethale, vel incurabile. Ratio est, quia medici possunt scire, an vulnus sit curabile, nec ne: Et iccirco licet mulier moriatur sine cura medicorum: tamen cùm postea appareat, vulnus fuisse incurabile, erit maritus excusandus. An autem istud idem procedat in vxore morbo pestifero infecta, videtur posse in dubium vocari, quia, licet morbus iste quandoque sit incurabilis, tamen hoc semper non contingit, cùm diuersimodè, vt ipsa docet experientia, in hominibus operetur, & in vno sit incurabilis, in altero verò non. Sed in hoc passu medicorum iudicium erit expetendum. 11

12 Eiusdem † conclusionis exceptio prima est, nisi propter hostes, aut aliũ quemuis modum non esset tutum ad loca circumuicina mittere. Alex. *in d. l. iuris ignorantiam*, & Roland. *d. tract. q. 65. numer. 12.* vbi addit, quòd asserenti, maritum potuisse sine periculo in locis vicinis medicum habere, incumbat onus probandi, per ea quæ notant Salyc. & Corn. *in d. l. iuris ignorantiam.*

13 Secunda exceptio est † nisi maritus præuentus fuerit à parentibus, fratribus, vel aliis amicis vxoris, quò minus vxori ægræ medicum adhiberet. Alex. *in consil. 123. col. 2. vol. 7. arg. text. in l sororem. C. de iis quib. vt indig.* vbi heredi, si ab alio fuerit præuentus, non imputatur si necem testatoris non vindicauerit, & vide quæ dicit ibid. Ias. & alij.

14 Tertiò excipitur † quòd non procedat, quando propter egestatem marito difficile est medicum extraneũ accersire. Paul. de Castt. *in d. § si vir. col. fin.* Alex. *in d. consil. 123. col. 2.* quos ad hoc referr & sequitur Roland. *d. q. 65. nu. 11.* Sed istam limitationem non puto procedere, nisi propter extremam viri inopiam, per ea quæ suprà in vltimo argumento pro hac parte adducto diximus.

Quarta exceptio est, nisi maritus medicum imperitum pro perito ignoranter accersiuisset. Lopez. *in repet. c. per vestras. de donat. inter vir. & vxor.* refert & sequitur Phanuc. *isto tract. glos. vlt. num. 8.*

QVAESTIO XXXVI.

Quæritur an maritus, qui vltra vires dotis vxori ægræ medicamenta & alia necessaria non procurauit, lucrum dotis amittat?

SVMMARIA.

1 *Vxorem occidere, vel ægram sine medico negligere, paria sunt.*

2 *Maritus non tenetur de suo vxori ægræ medicamenta præstare, si vxor ipsa habeat bona.*

HANC quæstionem breuiter attingendo respondemus quòd sic, potissimùm per ea quæ diximus in quæstione præcedenti, quibus vnum hoc addimus,
1 quòd † paria sint vxorem occidere, vel ægram sine medico negligere, *arg. text. in l. 91. si seruum. & ibi Doctor. de verbor. obligat. Glos. & Bart. in l. 10. si ab hostibus. § si vir. solut. matr. & est text. in l. 3. & ibi glos. de his quibus vt indig.* Sed iuris certissimi est, eum, qui iniustè occidit vxorem, dotem non lucrari, *tex. in d § si vir.* Et quòd ad officium maritale pertineat vxori inopi subuenire, in terminis probant Bart. *in l. 13. quod in vxorem. C. de negot. gest.* Roman. *in cons. 517. col. 1.* & Corneus *in cons. 145. col. 3. vol. 2.* Ergo.

Huius conclusionis exceptio est, nisi vxori † aliundè suppeditarent diuitiæ, qui- 2
bus sibi omnia necessaria procurare posset. Bald. & Imol. *in l. 22. si cum dotem. § 8. sin autem in sanissimo. sol. matr.* Quod ampliatur etiam procedere, si non esset opulenta, sed patrem, matrem & fratrem haberet opulentos. Paul. de Cast. & alij *ad d. l. 13. quod in vxorem.* & Ruin. *in cons. 139. col. pen. vol. 4.*

QVAESTIO XXXVII.

An lucro dotis, vel donationis propter nuptias, quod ex statuto coniugi superstiti defertur, censeatur per coniugem renunciatum, si promiserit vxori totam & integram dotem restituere?

SVMMARIA.

1 *Restitutio non excludit iustam retentionem, & num. 2.*

3 *Priuilegium alicui concessum non tollitur nisi specificè illi renuncietur.*

4 *Impensæ funeris sunt æs alienum dotis.*

5 *Testator quòd possit prohibere deductionem Trebellianicæ vel Falcidiæ, iure authent. est introductum.*

6 *Heres si promiserit soluere integra legata, censetur renunciasse detractioni Falcidiæ.*

7 *Legatum integrum dicitur præstari, quando detractio quartæ non admittitur.*

8 *Replicatio quòd per verba, totam & integram, non censeatur renunciatum lucro dotis.*

9 *Renunciari non potest iuri conditionali.*

10 *Maritus non potest conuenire cum sua vxore, ne sit dotata.*

11 *Renunciari non potest iuri de futuro.*

12 *Renunciatio alicuius iuris gratis facta dicitur donatio.*

13 *Authoris duplicatio, quòd per verba, to[illegible] & integram, censeatur renuncia[illegible] dotis.*

14 *Legatum repudiari non potest, nisi per pactum. & quare.*
15 *Declaratio l. 27. de pact. dotal. & n. 17. & seq.*
16 *Renunciatio quando dicatur donatio.*
18 *Donatio inter coniuges non est prohibita, si non fiat de bonis patrimonialibus.*
19 *Donatio constantis matrimonij tempore inter coniuges inchoata, eo soluto impletur.*
20 *Fauori pro se introducto quilibet renunciare potest.*

PARS I. NEGANS.

Es ist Landtsbrauch oder Satzung/ daß in den oder denen Oertern/ der letztlebendiger vnder Eheleuten den zugebrachten Heiligspfenning gewinnen soll. Nun ist die Frag/ob auch nach solchem Gebrauch der letztlebendiger benanten Heiligspfenning könn gewinnen/ vnangesehen daß er Zeit der angenommen Ehe angelobt/ solchen H. Pfenning deß abgestorbenen Erben gantz vnnd vollkömlich wider zuliefern?

Quorundam Doctorū opinio est, quòd per huiusmodi promissionem coniunx non censeatur renunciasse dicto lucro, quæ nititur l. hoc fundamento.

1 Qui † se aliquid restituturum promisit, potest deducere iustam retensionem, vt notat Bal. *ad l. Neratius, per illum text. de relig. & sumpt. fun. & ibid. Glos. in verb. conferre,* vbi determinat, quòd, quando maritus debet restituere integrā dotem, potest deducere iustam retentionem. Ergò licet superstes se totam & integram dotem restituturum promiserit: tamen cùm habeat vigore statuti iustam lucri detensionē, poterit illud virtute dicti statuti iustè deducere.

2 II. Pro † hac parte est textus in *l. 27. ita tamen. §. 8. Trebell. anū. & in l. 78. Lucius 12. §. heres institutus. ad SC. Trebellian.* quibus in legib. expresè disponitur, quòd is qui rogatus est restituere totam hereditatem, possit deducere totam Trebellianicam, dixione ista taxatiua, *totam*, nō obstante. Ratio est, quia ista Trebellianica debet ex lege, cui ita simpliciter non præsumitur renunciatum. Eodem modo nostro in casu videtur dicendum, quòd licet coniunx promiserit, se totā dotem, vel donationem propter nupt. restiturum, quòd tamen hoc aliter non sit intelliger[illegible] quatenus iure teneat[illegible] teneretur restitue[illegible]

3 III. Priuile[illegible]

conceditur, non tollitur per subauditum aliquem intellectum, aut tacitam renunciationem, nisi expresè & specificè renunciatio facta sit. fac. quæ dicunt Ias. *ad §. idem Seruiana. num. 65. Inst. de actionib.* & Neguz. *in tract. de pignorib. in 4. memb. 2. part. num. 138.* quòd per expressam hypothecam locator non præsumatur voluisse recedere à tacita, quæ sibi à lege debetur, per tex. *in l. item qui in princ. de pact. & in l. fundus. de annu. legat.* Sed per dicta verba, *totam* & *integram*, dotem vel donationem restituere, non potest colligi, quòd coniunx expresè vel specificè renunciauerit priuilegio lucrandæ dotis, vt ex communi Doctorum patet opinione. Ergò, &c.

Ex his & similibus fundamentis videtur concludendum, quòd dicta promissione non obstante, coniunx iuxta dispositionem statuti possit dotem vel donationem lucrari.

Huic conclusioni subscribunt Nicol. Alex. *in d. l. Neratius.* Barbat. *in consil. 24. col. 3. vol. 2. & in cons. 78. col fin. vol. 2.* Socyn. *in cons. 14. in fin. & in cons. 53. col. 6. vol. 1.* Curt. iun. *in l. precibus. num. 64. C. de impub. & aliis subst.* Bertrand. *in cons. 158. vol. 3.* vbi istam conclusionem communem asserit, eamq; magis communem affirmat Crot. *in l. [illegible] nemo potest. de l. gat. 1.*

PARS II. AFFIRMANS.

PRÆDICTIS argumentis non [illegible] tibus, magis receptam à Doct[illegible] pinionem amplectimur, & [illegible] ad text. in *d. l. Neratius. de relig. &* [illegible] in antecedenti I. argum[illegible] ideò ibi impensæ † funeris [illegible] deduci possint, quia [illegible] sunt æs alienum dotis [illegible] *tit.* ibi: *Impensa enim* [illegible] *est.* Idem text. [illegible] *tere hoc æs* [illegible] superstes [illegible] stitutur[illegible] insuper [illegible] istud [illegible]

12 Eiusdem † conclusionis exceptio prima est, nisi propter hostes, aut aliũ quemuis modum non esset tutum ad loca circumuicina mittere. Alex. *in d. l. iuris ignorantiam*, & Roland. *d. tract. q. 65. numer. 12.* vbi addit, quòd asserenti, maritum potuisse sine periculo in locis vicinis medicum habere, incumbat onus probandi, per ea quæ notant Salyc. & Corn. *in d. l. iuris ignorantiam.*

13 Secunda exceptio est † nisi maritus præuentus fuerit à parentibus, fratribus, vel aliis amicis vxoris, quò minus vxori ægræ medicum adhiberet. Alex. *in consil. 123. col. 2. vol. 7. arg. text. in l sororem. C. de iis quib. vt indig.* vbi heredi, si ab alio fuerit præuentus, non imputatur si necem testatoris non vindicauerit, & vide quæ dicit ibid. Ias. & alij.

14 Tertiò excipitur † quòd non procedat, quando propter egestatem marito difficile est medicum extraneũ accersire. Paul. de Castr. *in d. § si vir. col. fin.* Alex. *in d. consil. 123. col. 2.* quos ad hoc refert & sequitur Roland. *d. q. 65. nu. 11.* Sed istam limitationem non puto procedere, nisi propter extremam viri inopiam, per ea quæ suprà in vltimo argumento pro hac parte adducto diximus.

Quarta exceptio est, nisi maritus medicum imperitum pro perito ignorantet accersiuisset. Lopez. *in repet. c. per vestras. de donat. inter vir. & vxor.* refert & sequitur Phanuc. *isto tract. glos. vlt. num. 8.*

QVAESTIO XXXVI.

Quæritur an maritus, qui vltra vires dotis vxori ægræ medicamenta & alia necessaria non procurauit, lucrum dotis amittat?

SVMMARIA.

1 *Vxorem occidere, vel ægram sine medico negligere, paria sunt.*

2 *Maritus non tenetur de suo vxori ægræ medicamenta præstare, si vxor ipsa habeat bona.*

HANC quæstionem breuiter attingendo respondemus quòd sic, potissimùm per ea quæ diximus in quæstione præcedenti, quibus vnum hoc addimus,
1 quòd † paria sint vxorem occidere, vel ægram sine medico negligere, *arg. text. in l. 91. si seruum. & ibi Doctor. de verbor. obligat. Glos. & Bart. in l. 14. si ab hostibus. § si vir. solut. matr. & est text. in l. 3. & ibi glos. de his quibus vt indig.* Sed iuris certissimi est, cum, qui iniustè occidit vxorem, dotem non lucrari, *tex. in d § si vir.* Et quòd ad officium maritale pertineat vxori inopi subuenire, in terminis probant Bart. *in l. 13. quod in vxorem. C. de negot. gest.* Roman. *in cons. 517. col. 1.* & Corneus *in cons. 145. col. 3. vol. 2.* Ergo.

Huius conclusionis exceptio est, nisi vxori † aliundè suppeditarent diuitiæ, quibus sibi omnia necessaria procurare posset. Bald. & Imol. *in l. 22. si cum dotem. § 8. sin autem in sanissimo. sol. matr.* Quod ampliatur etiam procedere, si non esset opulenta, sed patrem, matrem & fratrem haberet opulentos. Paul. de Cast. & alij *ad d. l. 13. quod in vxorem.* & Ruin. *in cons. 139. col. pen. vol. 4.* 2

QVAESTIO XXXVII.

An lucro dotis, vel donationis propter nuptias, quod ex statuto coniugi superstiti defertur, censeatur per coniugem renunciatum, si promiserit vxori totam & integram dotem restituere?

SVMMARIA.

1 *Restitutio non excludit iustam retentionem, & num. 2.*

3 *Priuilegium alicui concessum non tollitur nisi specificè illi renuncietur.*

4 *Impensæ funeris sunt æs alienum dotis.*

5 *Testator quòd possit prohibere deductionem Trebellianicæ vel Falcidiæ, iure authent. est introductum.*

6 *Heres si promiserit soluere integra legata, censetur renunciasse detractioni Falcidiæ.*

7 *Legatum integrum dicitur præstari, quando detractio quartæ non admittitur.*

8 *Replicatio quòd per verba, totam & integram, non censeatur renunciatum lucro dotis.*

9 *Renunciari non potest iuri conditionali.*

10 *Maritus non potest conuenire cum sua vxore, ne sit datata.*

11 *Renunciari non potest iuri de futuro.*

12 *Renunciatio alicuius iuris gratis facta dicitur donatio.*

13 *Authoris duplicatio, quòd per verba, totam & integram, censeatur renunciatum lucro dotis.*

14 *Legatum repudiari non poteſt, niſi per pactum. & quare.*
15 *Declaratio l.27. de pact. dotal. & n.17. & ſeq.*
16 *Renunciatio quando dicatur donatio.*
18 *Donatio inter coniuges non eſt prohibita, ſi non fiat de bonis patrimonialibus.*
19 *Donatio conſtantis matrimonij tempore inter coniuges inchoata, eo ſoluto impletur.*
20 *Fauori pro ſe introducto quilibet renunciare poteſt.*

PARS I. NEGANS.

Es iſt Landtsbrauch oder Satzung/ daß in den oder denen Oertern/ der letzſtlebendiger vnder Eheleuten den zugebrachten Heiligspfenning gewinnen ſoll. Nun iſt die Frag/ob auch nach ſolchem Gebrauch der letzſtlebendiger benanten Heiligspfenning könn gewinnen/ vnangeſehen daß er Zeit der angenommenẽ Ehe angelobt/ ſolchen H. Pfenning deß abgeſtorbenen Erben gantz vnnd vollkömlich wider zulieffern?

Quorundam Doctorũ opinio eſt, quòd per huiuſmodi promiſſionem coniunx non cenſeatur renunciaſſe dicto lucro, quæ nititur I. hoc fundamento.

Qui † ſe aliquid reſtituturum promiſit,
1 poteſt deducere iuſtam retenſionem, vt
notat Bal. *ad l. Neratius, per illum text. de relig. & ſumpt. fun. & ibid. Gloſ. in verb. conferre,* vbi
determinat, quòd, quando maritus debet
reſtituere integrã dotem, poteſt deducere
iuſtam retentionem. Ergò licet ſuperſtes
ſe totam & integram dotem reſtituturum
promiſerit: tamen cùm habeat vigore
ſtatuti iuſtam lucri detenſionẽ, poterit
illud virtute dicti ſtatuti iuſtè deducere.
2 II. Pro † hac parte eſt textus in *l.27. ita tamen. §.8. Trebell anũ. & in l.78. Lucius 12. §. heres inſtitutus. ad SC. Trebellian.* quibus in legib. expreſsè diſponitur, quòd is qui rogatus eſt reſtituere totam hereditatem, poſſit deducere totam Trebellianicam, dixione iſta taxatiua, *totam*, nõ obſtante. Ratio eſt, quia iſta Trebellianica debet' ex lege, cui ita ſimpliciter non præſumitur renunciatum. Eodem modo noſtro in caſu videtur dicendum, quòd licet coniunx promiſerit, ſe totã dotem, vel donationem propter nupt. reſtituturum, quòd tamen hoc aliter non ſit intelligendum, quàm quatenus iure teneatur. Iure autem non tenetur reſtituere dotem. Ergo, &c.
3 III. Priuilegium † quod alicui per legem conceditur, non tollitur per ſubauditum aliquem intellectum, aut tacitam renunciationem, niſi expreſsè & ſpecificè renunciatio facta ſit. fac. quæ dicunt Iaſ. *ad §. idem Seruiana. num.65. Inſt. de actionib.* & Neguz. *in tract. de pignorib. in 4. memb. 2. part. num.138.* quòd per expreſſam hypothecam locator non præſumatur voluiſſe recedere à tacita, quæ ſibi à lege debetur, per tex. *in l. item qui in princ. de pact. & in l. fundus. de annu. legat.* Sed per dicta verba, *totam & integram*, dotem vel donationem reſtituere, non poteſt colligi, quòd coniunx expreſsè vel ſpecificè renunciauerit priuilegio lucrandæ dotis, vt ex communi Doctorum patet opinione. Ergò, &c.

Ex his & ſimilibus fundamentis videtur concludendum, quòd dicta promiſſione non obſtante, coniunx iuxta diſpoſitionem ſtatuti poſſit dotem vel donationem lucrari.

Huic concluſioni ſubſcribunt Nicol. Alex. *in d. l. Neratius.* Barbat. *in conſil. 24. col. 3. vol. 2. & in conſ. 78. col fin. vol. 2.* Socyn. *in conſ. 14. in fin. & in conſ. 53. col. 6. vol. 1.* Curt. iun. *in l. precibus. num. 64. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Bertrand. *in conſ. 158. vol. 3.* vbi iſtam concluſionem communem aſſerit, eamq; magis communem affirmat Crot. *in l. 55. nemo poteſt. de legat. 1.*

PARS II. AFFIRMANS.

PRÆDICTIS argumentis non obſtantibus, magis receptam à Doctoribus opinionem amplectimur, & reſpondemus
ad text. in *d. l. Neratius. de relig. & ſumpt. fun.*
in antecedenti I. argumenti oppoſitum, q.
ideò ibi impenſæ † funeris à marito iuſtè 4
deduci poſſint, quia huiuſmodi impenſæ
ſunt æs alienum dotis, *text. in l.18. impenſa. d. tit.* ibi: *Impenſa enim funeris æs alienum dotis eſt.* Idem text. *in l. ſeq.* ibi: *Ideoq; etiam dos ſentire hoc æs alienum debet.* Iccircò licet cõiunx ſuperſtes promiſerit, ſe totam dotem reſtiturũ: tamen ex eo non ſequitur, quòd inſuper æs alienum velit perſoluere, cùm iſtud ex huiuſmodi promiſſione colligi non poſſit. Ita Alex. *in conſ. 133. col. 2. vol. 5.*
Reſpondetur † ad *d. l. 27. & 78.* in II. ar- 5
gumento oppoſitam, quòd iſtæ ll. hodiè quoad hunc caſum non ſtringant, quia tẽpore quo conditæ fuerunt iſtæ ll. nondum erat introductum quòd teſtator poſſet prohibere deductionẽ Trebellianicæ vel

12 Eiusdem † conclusionis exceptio prima est, nisi propter hostes, aut aliũ quemuis modum non esset tutum ad loca circumuicina mittere. Alex. *in d. l. iuris ignorantiam*, & Roland. *d. tract. q. 65. numer. 12.* vbi addit, quòd asserenti, maritum potuisse sine periculo in locis vicinis medicum habere, incumbat onus probandi, per ea quæ notant Salyc. & Corn. *in d. l. iuris ignorantiam.*

13 Secunda exceptio est † nisi maritus præuentus fuerit à parentibus, fratribus, vel aliis amicis vxoris, quò minus vxori ægræ medicum adhiberet. Alex. *in consil. 123. col. 2. vol. 7. arg. text. in l. sororem. C. de iis quib. vt indig.* vbi heredi, si ab alio fuerit præuentus, non imputatur si necem testatoris non vindicauerit, & vide quæ dicit ibid. Ias. & alij.

14 Tertiò excipitur † quòd non procedat, quando propter egestatem marito difficile est medicum extraneũ accersire. Paul. de Castr. *in d. § si vir. col. fin.* Alex. *in d. consil. 123. col. 2.* quos ad hoc refert & sequitur Roland. *d. q. 65. nu. 11.* Sed istam limitationem non puto procedere, nisi propter extremam viri inopiam, per ea quæ suprà in vltimo argumento pro hac parte adducto diximus.

Quarta exceptio est, nisi maritus medicum imperitum pro perito ignoranter accersiuisset. Lopez. *in repet. c. per vestras. de donat. inter vir. & vxor.* refert & sequitur Phanuc. *isto tract. glos. vlt. num. 8.*

QVAESTIO XXXVI.

Quæritur an maritus, qui vltra vires dotis vxori ægræ medicamenta & alia necessaria non procurauit, lucrum dotis amittat?

SVMMARIA.

1 *Vxorem occidere, vel ægram sine medico negligere, paria sunt.*

2 *Maritus non tenetur de suo vxori ægræ medicamenta præstare, si vxor ipsa habeat bona.*

HANC quæstionem breuiter attingendo respondemus quòd sic, potissimùm per ea quæ diximus in quæstione præcedenti, quibus vnum hoc addimus,
1 quòd † paria sint vxorem occidere, vel ægram sine medico negligere, *arg. text. in l. 91. si seruum. & ibi Doctor. de verbor. oblgat. Glos. & Bart. in l. 10. si ab hostibus. § si vir. solut. matr. & est text. in l. 3. & ibi glos. de his quibus vt indig.* Sed iuris certissimi est, eum, qui iniustè occidit vxorem, dotem non lucrari, *tex. in d. § si vir.* Et quòd ad officium maritale pertineat vxori inopi subuenire, in terminis probant Bart. *in l. 13. quod in vxorem. C. de negot. gest.* Roman. *in cons. 517. col. 1.* & Corneus *in cons. 145. col. 3. vol. 2.* Ergo.

Huius conclusionis exceptio est, nisi v-
xori † aliundè suppeditarent diuitiæ, qui- 2
bus sibi omnia necessaria procurare posset. Bald. & Imol. *in l. 22. si cum dotem. § 8. si autem in sanissimo. sol. matr.* Quod ampliatur etiam procedere, si non esset opulenta, sed patrem, matrem & fratrem haberet opulentos. Paul. de Cast. & alij *ad d. l. 13. quod in vxorem.* & Ruin. *in cons. 139. col. pen. vol. 4.*

QVAESTIO XXXVII.

An lucro dotis, vel donationis propter nuptias, quod ex statuto coniugi superstiti defertur, censeatur per coniugem renunciatum, si promiserit vxori totam & integram dotem restituere?

SVMMARIA.

1 *Restitutio non excludit iustam retentionem, & num. 2.*

3 *Priuilegium alicui concessum non tollitur nisi specificè illi renuncietur.*

4 *Impensa funeris sunt æs alienum dotis.*

5 *Testator quòd possit prohibere deductionem Trebellianicæ vel Falcidiæ, iure authent. est introductum.*

6 *Heres si promiserit soluere integra legata, censetur renunciasse detractioni Falcidiæ.*

7 *Legatum integrum dicitur præstari, quando detractio quartæ non admittitur.*

8 *Replicatio quòd per verba, totam & integram, non censeatur renunciatum lucro dotis.*

9 *Renunciari non potest iuri conditionali.*

10 *Maritus non potest conuenire cum sua vxore, ne sit dotata.*

11 *Renunciari non potest iuri de futuro.*

12 *Renunciatio alicuius iuris gratis facta dicitur donatio.*

13 *Authoris duplicatio, quòd per verba, totam & integram, censeatur renunciatum lucro dotis.*

14 *Legatum repudiari non poteſt, niſi per pactum. & quare.*
15 *Declaratio l. 27. de pact. dotal. & n. 17. & ſeq.*
16 *Renunciatio quando dicatur donatio.*
18 *Donatio inter coniuges non eſt prohibita, ſi non fiat de bonis patrimonialibus.*
19 *Donatio conſtantis matrimonij tempore inter coniuges inchoata, eo ſoluto impletur.*
20 *Fauori pro ſe introducto quilibet renunciare poteſt.*

PARS I. NEGANS.

ES iſt Landtsbrauch oder Satzung/
daß in den oder denen Oertern/ der
letztlebendiger vnder Eheleuten den
zugebrachten Heiligspfenning gewinnen
ſoll. Nun iſt die Frag/ob auch nach ſolchem
Gebrauch der letztlebendiger benanten Hei-
ligspfenning könn gewinnen/ vnangeſehen
daß er Zeit der angenommenen Ehe angelobt/
ſolchen H. Pfenning deß abgeſtorbenen Er-
ben gantz vnnd vollkömlich wider zulief-
fern?

Quorundam Doctorũ opinio eſt, quòd
per huiuſmodi promiſſionem coniunx
non cenſeatur renunciaſſe dicto lucro,
quæ nititur I. hoc fundamento.

Qui † ſe aliquid reſtituturum promiſit,
1 poteſt deducere iuſtam retenſionem, vt
notat Bal. *ad l. Neratius, per illum text. de relig.
& ſumpt. fun. & ibid. Gloſ. in verb. conferre*, vbi
determinat, quòd, quando maritus debet
reſtituere integrã dotem, poteſt deduce-
re iuſtam retentionem. Ergò licet ſuper-
ſtes ſe totam & integram dotem reſtitutu-
rum promiſerit: tamen cùm habeat vigo-
re ſtatuti iuſtam lucri detenſionẽ, poterit
illud virtute dicti ſtatuti iuſtè deducere.
2 II. Pro † hac parte eſt textus in *l. 27. ita ta-
men. §. 8. Trebell. anũ. & in l. 78. Lucius 12. § he-
res inſtitutus. ad SC. Trebellian.* quibus in le-
gib. expreſsè diſponitur, quòd is qui roga
tus eſt reſtituere totam hereditatem, poſ
ſit deducere totam Trebellianicam, di-
xione iſta taxatiua, *totam*, nõ obſtante. Ra-
tio eſt, quia iſta Trebellianica debet ex le-
ge, cui ita ſimpliciter non præſumitur re-
nunciatum. Eodem modo noſtro in caſu
videtur dicendum, quòd licet coniunx
promiſerit, ſe totã dotem, vel donationem
propter nupt. reſtituturum, quòd tamen
hoc aliter non ſit intelligendum, quàm
quatenus iure teneatur. Iure autem non
tenetur reſtituere dotem. Ergo, &c.
3 III. Priuilegium † quod alicui per legem
conceditur, non tollitur per ſubauditum
aliquem intellectum, aut tacitam renun-
ciationem, niſi expreſsè & ſpecificè renun-
ciatio facta ſit. fac. quæ dicunt Iaſ. *ad §. idem
Seruiana. num. 65. Inſt. de actionib.* & Negnz. *in
tract. de pignorib. in 4. memb. 2. part. num. 138.*
quòd per expreſſam hypothecam locator
non præſumatur voluiſſe recedere à taci-
ta, quæ ſibi à lege debetur, per tex. *in l. item
qui in princ. de pact. & in l. fundus. de annu. legat.*
Sed per dicta verba, *totam & integram*, do-
tem vel donationem reſtituere, non po-
teſt colligi, quòd coniunx expreſsè vel
ſpecificè renunciauerit priuilegio lucran-
dæ dotis, vt ex communi Doctorum patet
opinione. Ergò, &c.

Ex his & ſimilibus fundamentis vide-
tur concludendum, quòd dicta promiſſio
ne non obſtante, coniunx iuxta diſpoſitio
nem ſtatuti poſſit dotem vel donationem
lucrari.

Huic concluſioni ſubſcribunt Nicol.
Alex. *in d. l. Neratius.* Barbat. *in conſil. 24.
col. 3. vol. 2. & in conſ. 78. col fin. vol. 2.* Socyn.
in conſ. 14. in fin. & in conſ. 53. col. 6. vol. 1. Curt.
iun. *in l. precibus. num. 64. C. de impub. & aliis
ſubſtit.* Bertrand. *in conſ. 158. vol. 3.* vbi iſtam
concluſionem communem aſſerit, eamq́;
magis communem affirmat Crot. *in l. 55.
nemo poteſt. de legat. 1.*

PARS II. AFFIRMANS.

PRÆDICTIS argumentis non obſtan-
tibus, magis receptam à Doctoribus o-
pinionem amplectimur, & reſpondemus
ad text. in *d. l. Neratius. de relig. & ſumpt. fun.*
in antecedenti I. argumenti oppoſitum, quod
ideò ibi impenſæ † funeris à marito iuſtè 4
deduci poſſint, quia huiuſmodi impenſæ
ſunt æs alienum dotis, *text. in l. 18. impenſa. d.
tit.* ibi: *Impenſa enim funeris æs alienum dotis
eſt.* Idem text. *in l. ſeq.* ibi: *Ideoq́; etiam dos ſen-
tire hoc æs alienum debet.* Iccircò licet cõiunx
ſuperſtes promiſerit, ſe totam dotem re
ſtituturũ: tamen ex eo non ſequitur, quòd
inſuper æs alienum velit perſoluere, cùm
iſtud ex huiuſmodi promiſſione colligi
non poſſit. Ita Alex. *in conſ. 133. col. 2. vol. 5.*

Reſpondetur † ad *d. l. 27. & 78.* in II. ar- 5
gumento oppoſitam, quòd iſtæ ll. hodiè
quoad hunc caſum non ſtringant, quia tẽ-
pore quo conditæ fuerunt iſtæ ll. nondum
erat introductum quòd teſtator poſſet
prohibere deductionẽ Trebellianicæ vel

12 Eiusdem † conclusionis exceptio prima est, nisi propter hostes, aut aliũ quemuis modum non esset tutum ad loca circumuicina mittere. Alex. *in d. l. iuris ignorantiam*, & Roland. *d. tract. q. 65. numer. 12.* vbi addit, quòd asserenti, maritum potuisse sine periculo in locis vicinis medicum habere, incumbat onus probandi, per ea quæ notant Salyc. & Corn. *in d. l. iuris ignorantiam.*

13 Secunda exceptio est † nisi maritus præuentus fuerit à parentibus, fratribus, vel aliis amicis vxoris, quò minus vxori ægræ medicum adhiberet. Alex. *in consil. 123. col. 2. vol. 7. arg. text. in l. sororem. C. de iis quib. vt indig.* vbi heredi, si ab alio fuerit præuentus, non imputatur si necem testatoris non vindicauerit, & vide quæ dicit ibid. Ias. & alij.

14 Tertiò excipitur † quòd non procedat, quando propter egestatem marito difficile est medicum extraneũ accersire. Paul. de Castr. *in d. § si vir. col. fin.* Alex. *in d. consil. 123. col. 2.* quos ad hoc refert & sequitur Roland. *d. q. 65. nu. 11.* Sed istam limitationem non puto procedere, nisi propter extremam viri inopiam, per ea quæ suprà in vltimo argumento pro hac parte adducto diximus.

Quarta exceptio est, nisi maritus medicum imperitum pro perito ignoranter accersiuisset. Lopez. *in repet. c. per vestras. de donat. inter vir. & vxor.* refert & sequitur Phanuc. *isto tract. glos. vlt. num. 8.*

QVAESTIO XXXVI.

Quæritur an maritus, qui vltra vires dotis vxori ægræ medicamenta & alia necessaria non procurauit, lucrum dotis amittat?

SVMMARIA.

1 *Vxorem occidere, vel ægram sine medico negligere, paria sunt.*

2. *Maritus non tenetur de suo vxori ægræ medicamenta præstare, si vxor ipsa habeat bona.*

HANC quæstionem breuiter attingendo respondemus quòd sic, potissimùm per ea quæ diximus in quæstione præcedenti, quibus vnum hoc addimus,
1 quòd † paria sint vxorem occidere, vel ægram sine medico negligere, *arg. text. in l. 91. si seruum. & ibi Doctor. de verbor. obligat. Glos. & Bart. in l. 10. si ab hostibus. § si vir. solut. matr. & est text. in l. 3. & ibi glos. de his quibus vt indig.* Sed iuris certissimi est, eum, qui iniustè occidit vxorem, dotem non lucrari, *tex. in d. § si vir.* Et quòd ad officium maritale pertineat vxori inopi subuenire, in terminis probant Bart. *in l. 13. quod in vxorem. C. de negot. gest.* Roman. *in cons. 517. col. 1.* & Corneus *in cons. 145. col. 3. vol. 2.* Ergo.

Huius conclusionis exceptio est, nisi vxori † aliundè suppeditarent diuitiæ, quibus sibi omnia necessaria procurare posset. Bald. & Imol. *in l. 22. si cum dotem. § 8. sin autem in fantißimo. sol. matr.* Quod ampliatur etiam procedere, si non esset opulenta, sed patrem, matrem & fratrem haberet opulentos. Paul. de Cast. & alij *ad d. l. 13. quod in vxorem.* & Ruin. *in cons. 139. col. pen. vol. 4.* 2

QVAESTIO XXXVII.

An lucro dotis, vel donationis propter nuptias, quod ex statuto coniugi superstiti defertur, censeatur per coniugem renunciatum, si promiserit vxori totam & integram dotem restituere?

SVMMARIA.

1 *Restitutio non excludit iustam retentionem, & num. 2.*

3 *Priuilegium alicui concessum non tollitur nisi specificè illi renuncietur.*

4 *Impensæ funeris sunt æs alienum dotis.*

5 *Testator quòd poßit prohibere deductionem Trebellianicæ vel Falcidiæ, iure authent. est introductum.*

6 *Heres si promiserit soluere integra legata, censetur renunciasse detractioni Falcidiæ.*

7 *Legatum integrum dicitur præstari, quando detractio quartæ non admittitur.*

8 *Replicatio quòd per verba, totam & integram, non censeatur renunciatum lucro dotis.*

9 *Renunciari non potest iuri conditionali.*

10 *Maritus non potest conuenire cum sua vxore, ne sit dotata.*

11 *Renunciari non potest iuri de futuro.*

12 *Renunciatio alicuius iuris gratis facta dicitur donatio.*

13 *Authoris duplicatio, quòd per verba, totam & integram, censeatur renunciatum lucro dotis.*

14 *Legatum repudiari non potest, nisi per pactum, & quare.*
15 *Declaratio l.27. de pact. dotal. & n.17. & seq.*
16 *Renunciatio quando dicatur donatio.*
18 *Donatio inter coniuges non est prohibita, si non fiat de bonis patrimonialibus.*
19 *Donatio constantis matrimonij tempore inter coniuges inchoata, eo soluto impletur.*
20 *Fauori prolis introducto quilibet renunciare potest.*

PARS I. NEGANS.

Es ist Landtsbrauch oder Satzung/ daß in den oder denen Oertern/ der letztlebendiger vnder Eheleuten den zugebrachten Heiligspfenning gewinnen soll. Nun ist die Frag/ob auch nach solchem Gebrauch der letztlebendiger benanten Heiligspfenning könn gewinnen/ vnangesehen daß er Zeit der angenommenen Ehe angelobt/ solchen H. Pfenning deß abgestorbenen Erben gantz vnnd vollkömlich wider zuliefern?

Quorundam Doctorū opinio est, quòd per huiusmodi promissionem coniunx non censeatur renunciasse dicto lucro, quæ nititur I. hoc fundamento.

1 Qui † se aliquid restituturum promisit, potest deducere iustam retensionem, vt notat Bal. *ad l. Neratius, per illum text. de relig. & sumpt. fun. & ibid. Glos. in verb. conferre*, vbi determinat, quòd, quando maritus debet restituere integrā dotem, potest deducere iustam retentionem. Ergò licet superstes se totam & integram dotem restituturum promiserit: tamen cùm habeat vigore statuti iustam lucri detentionē, poterit illud virtute dicti statuti iustè deducere.

2 II. Pro † hac parte est textus in *l.27. ita tamen. §.8. Trebell anū. & in l.78. Luctus 12. §. heres institutus. ad SC. Trebellian.* quibus in legib. expressè disponitur, quòd is qui rogatus est restituere totam hereditatem, possit deducere totam Trebellianicam, dixione ista taxatiua, *totam*, nō obstante. Ratio est, quia ista Trebellianica debet ex lege, cui ita simpliciter non præsumitur renunciatum. Eodem modo nostro in casu videtur dicendum, quòd licet coniunx promiserit, se totā dotem, vel donationem propter nupt. restituturum, quòd tamen hoc aliter non sit intelligendum, quàm quatenus iure teneatur. Iure autem non tenetur restituere dotem. Ergo, &c.

3 III. Priuilegium † quod alicui per legem conceditur, non tollitur per subauditum aliquem intellectum, aut tacitam renunciationem, nisi expressè & specificè renunciatio facta sit. fac. quæ dicunt Ias. *ad §. idem Serniana. num. 65. Inst. de actionib.* & Neguz. *in tract. de pignorib. in 4. memb. 2. part. num. 138.* quòd per expressam hypothecam locator non præsumatur voluisse recedere à tacita, quæ sibi à lege debetur, per tex. *in l. item qui in princ. de pact. & in l. fundus. de annu. legat.* Sed per dicta verba, *totam* & *integram*, dotem vel donationem restituere, non potest colligi, quòd coniunx expressè vel specificè renunciauerit priuilegio lucrandæ dotis, vt ex communi Doctorum patet opinione. Ergò, &c.

Ex his & similibus fundamentis videtur concludendum, quòd dicta promissione non obstante, coniunx iuxta dispositionem statuti possit dotem vel donationem lucrari.

Huic conclusioni subscribunt Nicol. Alex. *in d. l. Neratius.* Barbat. *in consil. 24. col. 3. vol. 2. & in cons. 78. col. fin. vol. 2.* Socyn. *in cons. 14. in fin. & in cons. 53. col. 6. vol. 1.* Curt. iun. *in l. precibus. num. 64. C. de impub. & aliis substit.* Bettrand. *in cons. 158. vol. 3.* vbi istam conclusionem communem asserit, eamq; magis communem affirmat Crot. *in l. 55. nemo potest. de legat. 1.*

PARS II. AFFIRMANS.

PRÆDICTIS argumentis non obstantibus, magis receptam à Doctoribus opinionem amplectimur, & respondemus ad text. in *d. l. Neratius. de relig. & sumpt. fun.* in antecedenti I. argumenti oppositum, quòd 4 ideò ibi impensæ † funeris à marito iustè deduci possint, quia huiusmodi impensæ sunt æs alienum dotis, *text. in l. 18. impensa. d. tit.* ibi: *Impensa enim funeris æs alienum dotis est.* Idem text. *in l. seq.* ibi: *Ideoq; etiam dos sentire hoc æs alienum debet.* Iccircò licet cōiunx superstes promiserit, se totam dotem restiturū: tamen ex eo non sequitur, quòd insuper æs alienum velit persoluere, cùm istud ex huiusmodi promissione colligi non possit. Ita Alex. *in cons. 133. col. 2. vol. 5.*

Respondetur † ad *d. l. 27. & 78.* in II. argumento oppositam, quòd istæ ll. hodiè 5 quoad hunc casum non stringant, quia tēpore quo conditæ fuerunt istæ ll. nondum erat introductum quòd testator posset prohibere deductionē Trebellianicæ vel

12 Eiusdem † conclusionis exceptio prima est, nisi propter hostes, aut aliũ quemuis modum non esset tutum ad loca circumuicina mittere. Alex. *in d. l. iuris ignorantiam*, & Roland. *d. tract. q. 65. numer. 12.* vbi addit, quòd asserenti, maritum potuisse sine periculo in locis vicinis medicum habere, incumbat onus probandi, per ea quæ notant Salyc. & Corn. *in d. l. iuris ignorantiam.*

13 Secunda exceptio est † nisi maritus præuentus fuerit à parentibus, fratribus, vel aliis amicis vxoris, quò minus vxori ægræ medicum adhiberet. Alex. *in consil. 123. col. 2. vol. 7. arg. text. in l. sororem. C. de iis quib. vt indig.* vbi heredi, si ab alio fuerit præuentus, non imputatur si necem testatoris non vindicauerit, & vide quæ dicit ibid. Ias. & alij.

14 Tertiò excipitur † quòd non procedat, quando propter egestatem marito difficile est medicum extraneũ accersire. Paul. de Castr. *in d. § si vir. col. fin.* Alex. *in d. consil. 123. col. 2.* quos ad hoc refert & sequitur Roland. *d. q. 65. nu. 11.* Sed istam limitationem non puto procedere, nisi propter extremam viri inopiam, per ea quæ suprà in vltimo argumento pro hac parte adducto diximus.

Quarta exceptio est, nisi maritus medicum imperitum pro perito ignoranter accersiuisset. Lopez. *in repet. c. per vestras. de donat. inter vir. & vxor.* refert & sequitur Phanuc. *isto tract. glos. vlt. num. 8.*

QVAESTIO XXXVI.

Quæritur an maritus, qui vltra vires dotis vxori ægræ medicamenta & alia necessaria non procurauit, lucrum dotis amittat?

SVMMARIA.

1 *Vxorem occidere, vel ægram sine medico negligere, paria sunt.*
2 *Maritus non tenetur de suo vxori ægræ medicamenta præstare, si vxor ipsa habeat bona.*

HANC quæstionem breuiter attingendo respondemus quòd sic, potissimùm per ea quæ diximus in quæstione præcedenti, quibus vnum hoc addimus,
1 quòd † paria sint vxorem occidere, vel ægram sine medico negligere, *arg. text. in l. 91. si seruum. & ibi Doctor. de verbor. obligat. Glos. & Bart. in l. 10. si ab hostibus. § si vir. solut. matr. & est text. in l. 3. & ibi glos. de his quibus vt indig.* Sed iuris certissimi est, eum, qui iniustè occidit vxorem, dotem non lucrari, *tex. in d. §. si vir.* Et quòd ad officium maritale pertineat vxori inopi subuenire, in terminis probant Bart. *in l. 13. quod in vxorem. C. de negot. gest.* Roman. *in cons. 517. col. 1.* & Corneus *in cons. 145. col. 3. vol. 2.* Ergo.

Huius conclusionis exceptio est, nisi vxori † aliundè suppeditarent diuitiæ, quibus sibi omnia necessaria procurare posset. 2
Bald. & Imol. *in l. 22. si cum dotem. §. 8. sin autem in sanissimo. sol. matr.* Quod ampliatur etiam procedere, si non esset opulenta, sed patrem, matrem & fratrem haberet opulentos. Paul. de Cast. & alij *ad d. l. 13. quod in vxorem.* & Ruin. *in cons. 139. col. pen. vol. 4.*

QVAESTIO XXXVII.

An lucro dotis, vel donationis propter nuptias, quod ex statuto coniugi superstiti defertur, censeatur per coniugem renunciatum, si promiserit vxori totam & integram dotem restituere?

SVMMARIA.

1 *Restitutio non excludit iustam retentionem, & num. 2.*
3 *Priuilegium alicui concessum non tollitur nisi specificè illi renuncietur.*
4 *Impensæ funeris sunt æs alienum dotis.*
5 *Testator quòd possit prohibere deductionem Trebellianica vel Falcidia, iure authent. est introductum.*
6 *Heres si promiserit soluere integra legata, censetur renunciasse detractioni Falcidiæ.*
7 *Legatum integrum dicitur præstari, quando detractio quarta non admittitur.*
8 *Replicatio quòd per verba, totam & integram, non censeatur renunciatum lucro dotis.*
9 *Renunciari non potest iuri conditionali.*
10 *Maritus non potest conuenire cum sua vxore, ne sit dotata.*
11 *Renunciari non potest iuri de futuro.*
12 *Renunciatio alicuius iuris gratis facta dicitur donatio.*
13 *Authoris duplicatio, quòd per verba, totam & integram, censeatur renunciatum lucro dotis.*

14 *Legatum repudiari non potest, nisi per pactum. & quare.*
15 *Declaratio l.27. de pact. dotal. & n.17. & seq.*
16 *Renunciatio quando dicatur donatio.*
18 *Donatio inter coniuges non est prohibita, si non fiat de bonis patrimonialibus.*
19 *Donatio constantis matrimonij tempore inter coniuges inchoata, eo soluto impletur.*
20 *Fauori pro se introducto quilibet renunciare potest.*

PARS I. NEGANS.

ES ist Landtsbrauch oder Satzung/ daß in den oder denen Oertern/ der letztlebendiger vnder Eheleuten den zugebrachten Heiligspfenning gewinnen soll. Nun ist die Frag/ob auch nach solchem Gebrauch der letztlebendiger benannten Heiligspfenning könn gewinnen/ vnangesehen daß er Zeit der angenommenē Ehe angelobt/ solchen H. Pfenning deß abgestorbenen Erben gantz vnnd vollkömlich wider zulieffern?

Quorundam Doctorū opinio est, quòd per huiusmodi promissionem coniunx non censeatur renunciasse dicto lucro; quæ nititur I. hoc fundamento.

Qui † se aliquid restituturum promisit,
1 potest deducere iustam retensionem, vt notat Bal. *ad l. Neratius, per illum text. de relig. & sumpt. fun. & ibid. Glos. in verb. conferre*, vbi determinat, quòd, quando maritus debet restituere integrā dotem, potest deducere iustam retentionem. Ergò licet superstes se totam & integram dotem restituturum promiserit: tamen cùm habeat vigore statuti iustam lucri detensionē, poterit illud virtute dicti statuti iustè deducere.

2 II. Pro † hac parte est textus in *l.27. ita tamen. §.8. Trebell anū. & in l.78. Lucius 12. §. heres institutus. ad SC. Trebellian.* quibus in legib. expressè disponitur, quòd is qui rogatus est restituere totam hereditatem, possit deducere totam Trebellianicam, dictione ista taxatiua, *totam*, nō obstante. Ratio est, quia ista Trebellianica debet ex lege, cui ita simpliciter non præsumitur renunciatum. Eodem modo nostro in casu videtur dicendum, quòd licet coniunx promiserit, se totā dotem, vel donationem propter nupt. restiturum, quòd tamen hoc aliter non sit intelligendum, quàm quatenus iure teneatur. Iure autem non tenetur restituere dotem. Ergo, &c.

3 III. Priuilegium † quod alicui per legem conceditur, non tollitur per subauditum aliquem intellectum, aut tacitam renunciationem, nisi expressè & specificè renunciatio facta sit. fac. quæ dicunt Ias. *ad §. idem Seruiana. num. 65. Inst. de actionib.* & Neguz. *in tract. de pignorib. in 4. memb. 2. part. num. 138.* quòd per expressam hypothecam locator non præsumatur voluisse recedere à tacita, quæ sibi à lege debetur, per tex. *in l. item qui in princ. de pact. & in l. fundus. de annu. legat.* Sed per dicta verba, *totam* & *integram*, dotem vel donationem restituere, non potest colligi, quòd coniunx expressè vel specificè renunciauerit priuilegio lucrandæ dotis, vt ex communi Doctorum patet opinione. Ergò, &c.

Ex his & similibus fundamentis videtur concludendum, quòd dicta promissione non obstante, coniunx iuxta dispositionem statuti possit dotem vel donationem lucrari.

Huic conclusioni subscribunt Nicol. Alex. *in d. l. Neratius.* Barbar. *in consil. 24. col. 3. vol. 2. & in cons. 78. col fin. vol. 2.* Socyn. *in cons. 14. in fin. & in cons. 53. col. 6. vol. 1.* Curt. iun. *in l. precibus. num. 64. C. de impub. & aliis substit.* Bertrand. *in cons. 158. vol. 3.* vbi istam conclusionem communem asserit, eamq; magis communem affirmat Crot. *in l. 55. nemo potest. de legat. 1.*

PARS II. AFFIRMANS.

PRÆDICTIS argumentis non obstantibus, magis receptam à Doctoribus opinionem amplectimur, & respondemus ad text. in *d. l. Neratius. de relig. & sumpt. fun.* in antecedenti I. argumenti oppositum, quòd
ideò ibi impensæ † funeris à marito iustè 4
deduci possint, quia huiusmodi impensæ sunt æs alienum dotis, *text. in l. 18. impensa. d. tit.* ibi: *Impensa enim funeris æs alienum dotis est.* Idem text. *in l. seq.* ibi: *Ideoq; etiam dos sentire hoc æs alienum debet.* Iccircò licet cōiunx superstes promiserit, se totam dotem restiturū: tamen ex eo non sequitur, quòd insuper æs alienum velit persoluere, cùm istud ex huiusmodi promissione colligi non possit. Ita Alex. *in cons. 133. col. 2. vol. 5.*

Respondetur † ad *d. l. 27. & 78.* in II. ar- 5
gumento oppositam, quòd istæ ll. hodiè quoad hunc casum non stringant, quia tēpore quo conditæ fuerunt istæ ll. nondum erat introductum quòd testator posset prohibere deductionē Trebellianicæ vel

Falcidiæ *text. in l. 15. quod bonis. §. 1. & 86. Titia, ad l. Falcid.* quod nunc iure authenticorum est introductum, *c. 2. hinc nobis. Nouel. 1.* & ideò per ista verba, *totam & integram*, hodiè etiam licite detractio Trebellianicæ fieri potest. Negatur minor I I I. arg. propositio, quia dicere, quòd per verba, *totã & integram*, non possit colligi quòd coniunx expressè renunciauerit priuilegio dotis lucrãdæ, falsum est. Nam si nõ habuisset animum renunciandi dicto priuilegio, totam & integram dotem se restituturum non dixisset, cùm lucrari & restituere sint sibi contraria, quę in eodem subiecto consistere nequeunt.

Hanc partem I. confirmat communis Glos. & Doctorum interpretatio *in c. 32. in aliquib. ad verb. cum integritate.* vbi verbum istud exponunt non deductis expensis. Eandem interpretationem dant ad *c. 26. tua nobis. in fin. de decim.*

Ad quod facit etiam, quòd in terminis volũt Bar. *ad l. 2. de dote praleg.* & Alex. *in consil. 33. col. 3. vol. 5.* vbi si maritus promiserit se restituturum quicquid ad illum peruenit ex causa dotis, quòd non possit expensas deducere, cùm eas remisisse præsumatur.

6 Quod † idem comprobatur per Cyn. Bald. Ang. & Salyc. *in l. fin. C. ad l. Falcid.* vbi determinant, quòd si heres promiserit soluere integra legata, quòd censeatur renunciasse detractioni Falcidiæ. Per prædicta eodem modo nostro in casu est dicendum, quòd vbi maritus promisit, se totam & integram dotem restituturum, quòd tunc eam ex statuti dispositione non possit lucrari, & hoc virtute illorum verborum, *totam & integram.*

I I. Pro hac opinione determinat text. *in l. 6. decem. de fideicommiss. libert.* vbi etiam de iure digestor. detractioni Falcidiæ, in certis quibusdam casibus renunciari poterat, quę renunciatio dicitur ibidem posse fieri, per dicta verba, *totam & integram.* Eodem modo hîc determinare valemus, quòd licet coniunx superstes ex dispositione statuti possit lucrari dotem vel propter nuptias donationem, quòd tamen in casu, quo per prædicta verba renunciatio facta est, censeatur integrè & perfectè d. dispositioni renunciatum.

7 I I I. Confirmat † hanc partem text. *in l. §. 6. cum dicitur si cui plus quàm per l. Falcid.* vbi integrum legatum dicitur præstari, quando detractio quartæ non admittitur. Idem est text. *in l. 86. Titia*: vbi virtute dictionis, integra, non datur locus legi Falcidiæ, & text. *in l. 87. qui fundum. §. 3. si cui ex parte. in verbo legata tota ad l. Falcid.* Per hęc & similia fundamenta concluditur, quòd per dicta verba, *totam & integram*, dotem restituere, censeatur coniunx superstes renunciasse dispositioni statuti, iuxta quam ei dotem, vel propter nuptias donationem lucrandi potestas concedebatur.

Huic cõclusioni sua adscribũt vota Bal. *in l. 8. quòd nomine. de condict. indeb.* Ang. *in l. si patronus. de donat. & in l. damni infecti. § cùm parietem. de dam. infect.* & ibid. Imo. Alex. *in l. si cùm dotem. in fin. sol. matr. & in cons. 5.* Eandem tenet Cast. *in cons. 192. vol. 1.* Dec. *in consil. 195. col. 2. & in cons. 402.* quibus in locis commune dicit Ias. *in cons. 90. vol. 3.* Ruin. *in cons. 25. col. 3. vol. 1.* Boer. *decis. 254. col. ante pen.* quos ad hoc refert, & sequitur Rol à Valle *in tract. de dote. q. 38. nu. 9.* Eandem tenet Paris. *in cons. 93. n. 45. vol. 2.* vbi communẽ affirmat Ripa *ad l. 1. § sed & quoties. col. 2. ad Trebel.* & Socyn. iun. *in cons. 113. num. 53. vol. 1.* Ex quibus constat, quòd hæc magis communis Doctorum sit opinio.

Huius conclusionis exceptio est, nisi huiusmodi promissio non esset facta ex certa scientia, sed per errorem, vt declarat Bald. *in d. l. quod nomine.* & Dec. *in d. cons. 402. col. 3. vers. non obstat.*

REPLICATIO.

CONTRARIORVM † solutiones & 8
argumenta, quæ pro prædicta communi Doctorum conclusione suprà scripta videntur, hoc modo posse replicari. Non obstat, quòd in I. argumenti solutione dictum est. Nam licet cõcedatur, quòd impensa funeris æs alienum dotis esse existimetur: tamen per hoc negatiuæ nihil detractum videtur opinioni, imò per hoc eam magis confirmari apparet. Nam si verum sit, quòd coniunx per huiusmodi renunciationem non teneatur æs alienum dotis persoluere, sequitur quòd etiam ipsam dotem non teneatur restituere, cùm & ista virtute dicti statuti æs alienum coniugi superstiti debitum dicatur.

Item non contrariatur solutio I I. argumenti, quia licet dispositio & ratio prædictarum legum, quoad Trebellianicæ deductionem, per iura Authenticorum sit sublata, tamen per hoc nõ sequitur, quòd earum legum ratio, quoad nostrum ca-

sum,

sum sit sublata, cum ll. correctio non vlteriùs sit extendenda, quàm specificè est expressa. *arg. l. vnic. C. de inoffic. dot.* vndè patet quòd adhuc istæ. ll. in I I. arg. allegatæ pro hac opinione disponant.

Quòd in solutione I I I. argumenti dictum est, si coniunx animum habuisset lucrandi dotem, quòd tunc eam integram se restituturum nō dixisset, cùm restituere & lucrari sint contraria, non aduersatur, cùm quia nemo in dubio iuri suo pro se introducto renūciasse præsumitur, vulg. & ideò cùm ex tota hac disputatione compertum sit, dubium quodammodo esse, an coniunx propter ista verba, *totam* & *integram*, præsumatur renunciasse priuilegio lucrandæ dotis, certum est quòd coniunx per prædicta verba non intelligatur renunciasse suo priuilegio, in eius fauorem introducto, tùm etiam, quia licet renunciatio ex dictis verbis intelligi possit, tamen ex quo nemo iuri de futuro renunciare potest, vt infrà dicetur, satis constat, quòd huiusmodi renunciatio non valeat. Cætera argumenta effectualiter ex infrà scriptis soluuntur.

Prædictis solutionibus sic replicatis, vlteriùs pro ista opinione hoc modo argumentatur

9 I. Iuri conditionali non † potest renunciari, est text. expressus *in l. 45. §. 3. de legat. 2.* ibi: *Si sub conditione, vel ex die certa, nobis legatum sit*: ante conditionem vel diem certum repudiare non possumus. Nam nec pertinet ad nos, antequàm dies veniat, vel conditio existat. Sed ius lucrandi dotem ex vi statuti est conditionale, quia sub ea conditione debetur, si alter coniunx præmoriatur.

10 I I. Videtur pro hac opinione esse text. egregius in *l. 27. si liberis. de pact. dotal. & ibi glos.* vbi probatur quòd maritus non possit conuenire cum vxore sua, ne sit dotata. Ratio est, quia per hoc fortè remissio lucri de futuro introduceretur, quod fieri non potest, vt statim patebit.

I I I. Nemini datur potestas renunciandi iuri suo de futuro, *not. glos. & Doct. in l. 1. C. de pact.* Zas. *ad l. apud Iulianum. §. si Titius. de leg. 1.*

Sed quòd competat coniugi vigore dicti statuti lucrum dotis, fit respectu iuris futuri. Ergo tali lucro non potest coniunx renunciare.

11 Non obstat, quòd interdum in iudiciis admittatur renunciatio † iuris de futuro, quia respondetur hoc esse speciale in iudiciis. *Glos. in l. 1. C. de curatorib. bon. dan. not. Bart. & Doct. ad l. postquam liti. C. de pact.* & consequenter, Ius commune generaliter considerando pro hac opinione determinat *l. 16. ius singulare. de legib. lex 1. in fin. ad municip.*

I V. Donatio inter virum & vxorem est prohibita, vt plenè diximus *in tract. nost. controuers. de bon. const. mat. acquis. q. 28. part. 1*

Ar hæc renunciatio † gratis facta dicitur donatio, per text. *in l. 9. in ædibus. in princ. de donat.* ibi: *In ædibus alienis habitare gratis donatio videtur.* & paulo post: *potest enim & citra corporis donationem valere donatio, veluti si donationis causa cum debitore meo paciscar, ne ante certum tempus ab eo petam.* & vide Doct. *ad l. 1. eiusdem tit.* Ergo, &c. 12

Hoc argumentum corroboratur ex eo, quòd etiam dicatur donatio fieri in iure consistente in spe. *l. spem. C. de donat.* Ideoque licet coniunx habeat tantùm lucrum dotis in spe: tamen cùm istam spem donet, videtur fieri donatio. Hoc argumentum videtur ex diametro aduersam partem confundere.

Ex his fundamentis videtur rursus concludendum, prout in prima parte conclusum est.

DVPLICATIO.

VT huius † quæstionis veritas argumento argumentum recutiente, tanquam ignis ex ferro à ferro percusso, elucear, non grauabimur aduersus prædictam replicationē nouis nos solutionib. & argumentis cingi. Primam igitur aggrediendo replicationem, respondemus, quòd licet in nostra solutione primi argumenti dictum sit, propter suprascriptam renunciationem non censeri coniugem velle æs alienum dotis persoluere, per rationem ibid. allegatam: tamen ex eo non sequi vt doti non præsumatur virtute dictorū verborum, *totam* & *integram*, renunciatum. Nam licet dotem æs alienum propter dispositionem statuti soluto matrimonio nominari posse concedamus: tamen vbi huiusmodi dispositioni per coniugem renunciatum est, eam æs alienum non esse, vel esse, definite, nos rursus ratio affirmare cogit; cùm eam duntaxat ob causam dos æs alienum soluto connubio dici possit, quia statuto cauetur vt coniunx 13

uperstes eam tanquam sibi debitam lucretur. Igitur quando coniunx huiusmodi statuto renúciauit, ampliùs vigore istius debitum aut æs alienum dici non potest, cùm statutum sine coniugum consensu, vel tacito, vel expresso, nullas habeat vires.

Similiter non contrariatur quod in Replicatione II. solut. dictum est, quia ea um ll. ratio propter quam SC. Trebellian. mouebatur, hoc in casu non consideratur, cùm statuentes earum legum ratione non fuerint moti, vt ipsi dissentientes necessariò fatentur.

Ad illud quod in Replicatione III. solutionis dictum est respondemus, quòd attenta dictorum verborum, *totam* & *integram dotē restituere*, significatione, & fundamētorum pro hac opinione adductorum energia, dici non possit, quòd hæc quæstio dubia sit. Quod de iutis futuri renunciatione ibidem dictum est, huic etiam non aduersari opinioni infrà dicetur.

14 His præmissis † respondetur ad maiorem I. argumenti propositionem, quòd licet legatum conditionale repudiare non possimus, tamen per pactum hoc fieri posse non esse interdictum. Ratio diuersitatis est, quia in pacto reperitur verbum præsens & futurum, vt *promitto*, quòd est temporis præsentis, *non petere*, quod est futuri, & ideò quod verbum vnum non operatur, potest operari alterum.

Sed in repudiatione vel renunciatione, non reperitur nisi verbum præsentis temporis, vt *repudio*, *renuncio*, & ideò talis renunciatio vel repudiatio non potest trahi ad tempus futurum. Ita Iacob Butr. *ad l. 1. C. de pact.* & ibid. Bal. hoc dictum tanquam subtile commendat.

15 Respondetur † ad *l. 27.* in II. arg. oppositam, quòd ibi propter malitiam mulieris non valeat pactū. Nam ibi maritus pactum de dote lucranda non sponte remisit, sed ex causa necessaria à muliere causata: iurgium enim ibi fecerat mulier cum marito, & redire priùs noluerat, antequàm ei lucri remissio à mariro fieret.

Ideoque ne mulier ex sua malitia commodum sentiat, & maior iurgandi occasio inter coniuges detur, huiusmodi pactum non valere dispositum est. Longè verò aliud dicendum, quando pactum ante matrimonium, vel contracti matrimonij tempore interuenit, quia tunc prædicta ratio cessat. Paul. de Cast. *in cons. 232. in anti.*

Ad maiorem III. argumenti propositionem respondetur, vt suprà ad primum argumentum responsum est, quia licet nuda renunciatio non valeat, tamē quando facta est parte præsente, per verba de præsenti & futuro, valet in vim pacti, est casus & ibid Doctores *in d. l. C. de pact.*

Respondetur dupliciter ad minorem IV. argumenti propositionem. Primò quòd † hoc in casu renunciatio non sit donatio, quia renunciatio tunc demum dicitur donatio, quando per eam remittitur quod acquisitum est, & non quod ad huc est acquirendum, vt expressè patet per *d. l. in adibus*. Nam ibi remittitur quod est acquisitum, & non acquirendum, vt colligitur ex istis verbis: *Veluti si donationis causa cum debitore meo paciscar, ne ante certum tempus ab eo petam*: ex quibus verbis cognoscitur quòd ibi creditor debitum remisit, quod statim potetat petiisse, & sic intelligitur ibi facta remissio acquisiti, & non acquirendi. Ruin. *cons. 98. col. 9. vol. 1.* Sed hæc solutio nobis non placet, propterea quæ diximus *in tract. controuers. de bonis const. mat. acquisit. q. 24.* Nec nō apertè infirmatur ex *d. l. in adibus*, quia ibi non solū renunciatio potest fieri acquisiti, sed etiam acquirendi, vt colligitur ex istis verbis: *In adibus alienis habitare gratis, donatio videtur*, per quæ verba remissio pensionis futuræ, & non præsentis intelligitur, cùm conductor nisi finito annuali tempore soluere haud teneatur. 16

Quare † hoc modo prædictum argumentum meliùs soluitur, quòd quando acquirendum ius, cui renunciatur, est radicatum de præsenti spe certa & probabili, quòd tunc ei renunciari non possit per coniugem, cùm per istam renunciationem vera introduceretur donatio, quæ inter coniuges est prohibita. Si verò non est radicatum spe aliqua certa & probabili in renunciante, tunc per istud non introducitur donatio. Ideoque cùm hoc lucrum non sit acquisitum, sed acquirendum, neque certa aliqua spe radicatum in persona coniugis renunciantis, quia posset priùs mori, quàm alter coniunx, certum est quòd huiusmodi renunciatio non sit donatio, & consequenter inter coniuges non prohibita. Vide Ripam *ad l. si vnquam. quæst. 11. C. de reuocand. donat.* 17

Tertiò respondetur † quòd licet per 18

hanc

hanc renunciationem introduceretur donatio: tamen ex quo non est donatio bonorum patrimonialium coniugis, non est prohibita. Casus est secundum Rol. *in tract. de dote. q. 39. num. 26. in l. 5. si sponsus. §. generaliter. de donat. inter vir. & vxor. in verb. quòd si aliarum extrinsecus rerum, &c.* Tu ad de meliorem text. *in l. 31. sed si vir. §. 7. d. tit.* Ratio est, quia ex tali donatione non censetur coniunx renuncians fieri pauperior. Vnde etiam licitè coniunx hanc donationem vsucapere potest. *per leg. 25. sed et si constante. de donat. inter vir. & vxor.*

19 Respondetur † quartò, præsupponendo quòd sit donatio, & consequenter cōstante matrimonio non valere: tamen cùm sit collata in tempus dissoluti matrimonij, saltem istius tēporis respectu valebit, cùm omnis fermè donatio, inter virum & vxorem facta, eo tempore conualescat. *l. 9. 10. & 11. de donat. inter vir. & vx.*

Prædictis argumentis sic breuiter resolutis, vlteriùs pro hac opinione cōfirmanda in hunc modum argumentat. I. Omnia pacta, quæcunque in contractu dotis, vel donationis propter nuptias opponunt, sunt seruanda, nisi inueniātur expressè prohibita. *l. 1. §. illud. C. de rei vxor. act.* vbi dicitur, quòd illud sit seruandum in exstipulata actione, vt prædefuncta vxore dos restituatur eius heredibus, nisi ex quibusdam pactionibus aliud constitutum sit. Ergo pactum, quo coniunx tempore cōtracti matrimonij renunciauit lucro, sibi ex dispositione statuti debito, est seruandum, cùm non sit expressè prohibitum.

20 II. Quilibet † fauori suo pro se introducto renunciare potest. *fac. quæ dicit Bald. in l. maximum vitii. col. 7. C. de liber. prater.* Sed quòd coniunx superstes lucratur dotem, in eius fauorem est introductum. Ergo tali fauori per coniugem licitè renunciatur. Ita argumentatur Soci. *in consil. 114. col. 2. vol. 1.* & Paris. *in consil. 127. col. 2. vol. 1.*

III. Si maritus vel vxor huiusmodi lucro non posset renunciare, sequeretur quòd dispositio statuti, quæ hanc lucrandi potestatem coniugi concedit, induceret pœnam, quia auferret potestatem de re sua liberè disponendi, à iure omnibus hominibus concessum. *fac. l. non vsq. si quis à paren. sue. manumiss. not. Doct. ad l. turpia. de legat. 1.* Sed consequens iura vetant. Ergo & antecedens. Plura argumenta possunt peti ex prædictis solutionibus.

Concluditur denuò, vt in secunda parte conclusum est.

Confirmant rursus hanc duplicationem in specie Alex. *in cons. 5. col. pen. vol. 3. & in l. 44. si socer. §. 1. Luctus. col. antepen. sol. matrim.* Bal. *in l. 8. quòd nomine. de condict. indeb.* Paul. de Castr. *in consil. 232. col. 2. in antiq.* Paris. *consil. 127. colum. 2. volum. 1.* & Socin. *d. consil. 114. volum. 2.*

Hæc conclusio ampliatur etiam procedere, si ista verba, *totam* & *integram*, in renunciatione non fuerint apposita, sed per maritum cum iuramento promissum, quòd in omnem casum & euentum dotis restituendæ, etiam omnibus iuris & legum auxiliis in hoc renunciatis, velit dotem restituere, vt per Dec. *consil. 195. colum. 3.* & latè per Rol. à Vall. *d. tract. q. 42. per tot.*

QVAESTIO XXXVIII.

Renunciatio lucri dotis, vel propter nuptias donationis à marito vxoreue facta, an per eorum creditores retractari possit?

SVMMARIA.

1 *Renunciatio lucri dotis à marito facta, per creditores suos retractari potest. contrà nu. 3. & seqq.*

2 *Lucrum quando originem trahit à damno, tunc idem iudicatur de lucro, quod de damno.*

3 *Fraus dicitur fieri creditoribus in diminutione rerum patrimonialium.*

4 *Onera matrimonij patrimonium non diminuunt, assertio Authoris.*

5 *Alienare non dicitur is, qui non acquirit, quod aliàs acquirere potuisset.*

6 *Renunciare potest filius statuto disponenti, quòd is exclusa filia succedat.*

PARS I. AFFIRMANS.

Licet in præcedenti quæst. conclusum sit, quòd coniunx lucro dotis sibi ex statuti dispositione debito renunciare possit: tñ remanet adhuc scrupulus, anne huiusmodi renunciatio p creditores suos retractari possit? Circa hanc quæstionē diuersa reperitur Doctorum opinio. Eorum qui affirmatiuam conantur tueri sententiam principalia fundamenta hæc sunt. I. Alienatio 1

natio † in fraudem creditorum facta non valet, *l.1. quæ in fraud. credit.* Sed per hanc lucri renunciationem potest induci alienatio in fraudem creditorum, quia pone maritum non habere tantum in bonis, quantum ad soluẽdos creditores satis est, si iam insuper renunciatet priuilegio lucrandæ dotis, negari non posset, quòd hoc fieret in fraudem creditorum, qui aliquando eo lucro potuisset esse soluti. Ergo, &c.

II. Doctores negatiuam tuentes opinionem admittunt, alienationem, per quam patrimonij diminutio inducitur, in fraudem creditorum fieri non posse. Sed per hanc alienationem, quæ per remissionem lucri introducitur, fit diminutio patrimonij. Ergo talis alienatio in fraudem creditorum introduci non potest. Minor probatur, quia tale lucrum venit ex causa onerosa, scilic. propter onera matrimonij, *argument. l. 20. pro oneribus. C. de iur. dot.* Sed propter onera matrimonij sæpè coniugis patrimonium diminuitur, vt ipsa experientia rerum omnium magistra testatur. Ergo idem iudicando de renunciatione lucri, quòd iudicatur de diminutione patrimonij. *Gloss. sing. in l. si duo. in verb. scire potuit, de acquir. heredit.* vbi glossa † conclu- 2
dit, quod quando lucrum trahit originem à damno, quòd tunc idem iudicandum sit de lucro, quod iudicatur de damno, quod reputat notabile Ias. *ad l. si emancipata. in princip. C. de iur. & fact. ignor.* Idem dicit *in l. Nesennius. de re iudic.* Idem Dec. *in consil. 402. colum. 4.* & Socinus *in consilio 5. colum. 3. volum. 4.*

III. Videtur pro hac parte esse text. *in l. 10. ait prætor. §. 23. si condit. quæ in fraud. credit.* Nam præsupposito, vt suprà probatum est, quòd per hanc renunciationem fraus maxima possit fieri creditoribus, certum est, quòd *in d. l. 10.* huiusmodi renunciatio planè sit interdicta. Verba textus sunt: *Si conditionalis fuit obligatio, cum sua conditione, si in diem, cum sua die restauranda est.* Idem text. *in l. 43. licet. de iur. dot.* Ergo licet hæc coniugis renunciatio sit conditionalis, vt si alter prior moriatur, quòd tunc iuxta statuti dispositionem non velit dotem, donationemue lucrari: tamen adhuc, ne fiat in fraudem creditorum, retractanda est.

Ex præmissis videtur concludendum, quòd renunciatio de non lucranda dote, in fraudem creditorum à coniuge facta non valeat.

Hanc partem videtur tueri Dec. *in consil. 63. col. pen. & alij.*

PARS II. NEGANS.

VERAM & communem Doctorum opinionem amplectendo, negamus quod in minori I. argumenti dictum est. Non enim ex hac renunciatione fraus dicitur inferri creditoribus; quia † fraus ista 3
duntaxat consideratur in diminutione patrimonij, textus egregius *in l. 6. quæ autem. in princip. quæ in fraud. credit.* ibi: *Pertinet enim edictum* (ne quis in fraudem creditorum) *ad deminuentes patrimonium suum, non ad eos, qui id agunt, ne locupletentur.* Sed lucrum hoc non computatur in patrimonium coniugis. Ergo renunciando tali lucro non dicitur inferri fraus creditoribus.

Respondetur ad ea, quæ ad minorem propositionem II. arg. probandam allegata sunt, quòd licet propter onera matrimonij à statuto hæc lucrandi potestas sit introducta, quodque aliquando propter eius lucri remissionem patrimoniũ haud augeatur: tamen ex quo per hanc renunciationem patrimonium coniugis non diminuitur, non potest dici quòd ista renunciatio fiat in fraudem creditorum. Ita prędictum argumentum soluit Dec. *in consil. 260. col. 2.*

Sed quoniam † in dicto argumento de- 4
terminatum, quòd etiam per hanc lucri remissionem patrimonium diminuatur, tu ad terminum secundum me responde aliter, nimirum verum nõ esse, quòd propter onera matrimonij patrimonium diminuatur, cùm ea tanta non sint, quæ non possint labore & industria, salua patrimonij substantia, à marito sustineri, præsertim cùm homines ad acquirendum, & non perdendum sint procliues. Si enim tot hominum millia absque vllis patrimonij viribus, sua arte & labore honestè matrimonij sustineant onera, quantò magis illi citrà matrimonij substantiæ incursum, cui patrimonij fructus, & emolumenta suppeditant, coniugij iugum sustinebunt? Vnde si aliquando patrimonij diminutio in coniugali statu contingat, non matrimonij oneribus, sed coniugum inertiæ est adscribendum.

Respondetur ad text. *in d. l. ait prætor.* in III. argumento oppositum, quòd iste sit intelligendus de obligatione cõditionali

pro-

proprij patrimonij, & non lucri dotis, vt expreſsè hoc docetur per text. *in d.l.6.& per tot. tit. quæ in fraud. credit.* per quem duntaxat debitori rem patrimonialem in fraudem ſui creditoris alienare interdicitur.

Potiſſima fundamenta, quæ vlteriùs pro hac adducuntur opinione, ſunt quæ ſequuntur.
5 Primùm † ex *leg. 28. alienationis verbum, de verbor. ſignificat.* vbi interpretatur, quod is, qui acquirendi occaſionem negligit, alienare non cenſeatur. Verba text. ſunt: *Qui occaſione acquirendi non vtitur, non intelligitur alienare.*

6 II. Optimè † facit pro hac opinione text. *in l. 4. maximum vitium. C. de liber. præter.* ex quo textu Brun. *in tractat. excluſ. fœm. in 10. articu. quæſt. 2. & in artic. 12 quæſt. 7.* determinat talem caſum: Stante ſtatuto quòd extantibus maſculis filiæ non ſuccedant, ſi frater, eo non attento ſtatuto, admitteret ſororem ſecum ad ſucceſſionem, renunciaretque beneficio ſtatuti, quæritur an creditores eum nihilominus poſſint conuenire, tanquàm heredem in ſolidum? Reſpondetur per illum, quòd maſculus nulla creditorum contradictione obſtante poſſit renunciare legi municipali, in eius fauorem introductæ. Hoc dictum omninò menti tenendum reputat Iaſ. *in §. ſiquis in fraudem. col. pen. Inſtit. de actionibus.* Iſtud applicando ad noſtrum caſum, eodem modo valemus dicere, quòd nulla creditorum contradictione obſtante, coniunx habeat poteſtatem renunciandi lucro, ſibi ex diſpoſitione ſtatutaria debito.

III. Eſt text. *in d. l. 6. & ſec. text. in l. 32. cùm hic ſtatus. §. 5. ſi maritus. de donat. inter vir. & vxor.* qua in lege diſponitur, quod donatio inter virum & vxorem non ſit prohibita, quando per eam non diminuatur alterius patrimonium. Idem hoc in caſu eſt dicendum, quòd renunciatio lucri inter coniuges non ſit interdicta, cùm ex ea alterius coniugis nulla introducatur patrimonij diminutio.

Ex prædictis concluditur, quod coniunx, non obſtante creditorum contradictione, poſſit renunciare lucro ſibi ex diſpoſitione ſtatuti competenti.

Pro hac concluſione in terminis conſuluêre Dec. *in conſ. 260. per tot,* Pariſ. *in conſ. 127. colum. 2. & 3. volum. 1.* & Roland. à Vall. *in tract. de dote. q. 39.* vbi *num. 6.* eam veram & communem eſſe aſſerit.

QVAESTIO XXXIX.

An ſtatutum diſponens, quod ſuperſtes coniunx lucretur dotem vel donationem propter nuptias, habeat locum, ſi matrimoniũ poſt conſummationem momento durauit?

SVMMARIA.

1 *Quæſtio de lucro dotis diſponens an habeat locum, ſi matrimonium momento durauit, ardua & difficilis eſt. Quòd non habeat. nu. 2. Quòd habeat. nu. 3. & ſeq. replicatio. n. 8.*
4 *Onera etiam ſunt in matrimonio momentaneo.*
5 *Momentum temporis eſt in conſideratione.*
6 *Hereditatem ex potentia ſuitatis transmittit infans, etiam non agnitam.*
7 *Teſtamentum rumpitur etiamſi poſthumus non niſi poſt momentum vixerit.*
8 *Replicatio Authoris, quòd maritus dotem non lucretur, ſi matrimonium non niſi per momentum ſteterit.*
9 *Statutum recipit interpretationem paſsiuam à iure communi.*
10 *Onera matrimonij quæ ſint.*
11 *Plutarchi ſententia de matrimonij oneribus.*
12 *Breuis Authoris reſponſio ad omnia contraria.*
13 *Authoris noua fundamenta, quòd vir propter matrimonium momentaneum dotem non lucretur.*

PARS I. NEGANS.

PROPTER † ambiguam ſtatuti de lucro dotis diſponentis interpretationem, hæc quæſtio difficilis & ardua videtur. 1
Sententia negatiua, quòd propter matrimonium momentaneum † iuxta prædicti ſtatuti diſpoſitionem dos non lucretur, fundatur 1. ex eo, quòd in momentaneo matrimonio ceſſet ratio, qua ſtatutum adiudicando ſuperſtiti coniugi dotem mouetur. Et conſequenter eius diſpoſitio debet ceſſare. *vulg. l. adigere. §. quamuis. de iur. patronat.* Antecedens probatur, quia ratio ſtatuti ſunt onera matrimonij, *argum. text. in l. pro oneribus. C. de iur. dot. & in leg. 21. ſi quis. §. 1. de donat. inter* 2

vir.

vir. & vxor. & est gloss. in l. si donaturus. in verb. duntaxat. de condit. caus. dat. vbi Alexand. & Ias. dicunt, istam esse communem opinionem, eandem tenent Bal. & Fulg. *in l. non sine. in princip. C. de bon. quæ lib.* Salycet. *in l. cùm te. colum. 2. C. de donat. ante nupt.* Aretin. *in l. 6. si ante nuptias. solut. matrimon.* vbi attestatur, hanc esse cõmuniorem Doctorum opinionem. Alex. *in consil. 122. colum. 3. in fin. volum. 7. & in consil. 129. colum. 1. volu. eod.* vbi ait, rationem finalem huius statuti esse, quòd maritus lucretur dotem in recõpensationem onerum matrimonij, quòdque nulla alia ratio allegari possit. Mantua. *in consil. 96.* vbi dicit, ab hac opinione in iudicando non esse recedendum. Paris. *in consil. 127. in princip. volum. 1.* Ruin. *in consil. 101. colum. 4. volum. 1.* vbi eandem dicit communem, & vide quæ plenè diximus suprà q. 13.

Sed onera matrimonij non possunt subesse in coniugio momentaneo, vt latè probatum est *in d. q. 13.* Ergo nec dicti statuti dispositio. Et hæc ratio scil. onera matrimonij, licet in statuti dispositione non sit expressa: tamen per prædictas ll. pro expressa est habenda, iuxta Gloss. *in l. quamuis. C. de fideicom.* quam ibid. approbant Bal. & Paul. de Cast.

Per hæc & similia, quæ in præcedenti quæstione dicta sunt, videtur concludendum, quòd prædictum statutum in matrimonio momentaneo non habeat locum.

Huic conclusioni videtur assentire Ias. *in l. non tantum. colum. 2. C. de leg.* cùm dicit se dubitare, quòd non sufficiat matrimonium momentaneum ad lucrandam dotem, iuxta prædicti statuti dispositionem, cùm in ea non nisi vnica ratio, scilic. onera matrimonij, possit assignari *arg. d. l. pro oneribus.*

PARS II. AFFIRMANS.

3 TENENDO † communem Doctorum opinionem, potest responderi ad prædicta, quibus probatum, quòd onera matrimonij tantùm sint causa lucri dotis, quod marito ex statuti dispositione defertur, quòd posito hoc pro vero: tamen ad-
4 huc nihil contrariari, cùm † in momentaneo matrimonio maritum onera etiã sufficienter sustinuisse negari nõ possit, quia antequàm matrimonia celebrentur, fiunt à marito multæ expensæ, in annulis, iocalibus, monilibus, & aliis rebus, quæ contracti matrimonij tempore vxori dantur. Et licet hę expensę, propter quas aliquando maximum damnum marito infertur, non æquent lucrũ dotis: tamen integrum lucrum debet consequi, *argument. l. si creditor. §. inter maritum. mand.* Nam dos, vel fructus dotis, sæpenumerò non sufficiunt ad onera matrimonij supportanda, & tamen maritus ex dispositione iuris communis vel municipalis nõ plus, quàm dotis fructus, vel ipsam dotem lucrari potest. *argument. c. salubriter. de vsur.* Sic è contrariò licet quandoque expensæ non adæquent dotem: tamen nihilominus totam dotem maritus debet lucrari.

Quæ vlteriùs pro hac opinione Doctores adducunt fundamenta, hæc sunt potissima. Primum sumunt † ex *l. 12. §. vltim. de publician.* in verbis: *qui momento possedit, rectè hac actione experiretur.* 5

Ex quibus verbis cognoscitur, quòd etiam ista, quæ momento durauêre, sint in consideratione. Hunc text. ad hoc allegant Bald. & Doctor. *in cap. de causis. de offic. deleg.*

II. Allegant † decisionem Bal. *in l. vnic. §. in nouissimo. colu. 2. C. de caduc. tollend.* vbi decidit, quòd filius infans, licet non diutiùs vixerit, quàm per horam, quòd tamen ex potentia suitatis transmittat hereditatem, etiam non agnitam, quod idem hoc in casu videtur dicendum, quando matrimonium momento durauit. 6

III. Confirmatur per illud, quod voluit Brun. *in tractat. exclus. fœm. in 6. artic. princip. in 4. membro. quæst. 21.* vbi concludit, quòd statutum excludens maritatam habeat etiam locum in ea, cuius maritus statim mortuus est.

IV. Facit quod dicit Bald. *in leg. si quis posthumus. §. 1. colum. fin. de lib. & posthum.* vbi dicit, quòd statutum excludens fœminam extante masculo, habeat etiam locum, si momento eam excluserit, vt maneat exclusa in perpetuum, quem sequitur Dec. *in cons. 633. col. 1.*

V. Facit † textus *in l. 2. & ibi pleriq. Doctores. C. de posthum. hered. instituend.* vbi ad rumpendum testamentum sufficit posthumum præteritum vixisse per momentum. 7

Per hæc & similia fundamenta concludunt, quòd statutum de lucro dotis disponens habeat etiam locum in matri-

monio, quod momento durauit. In terminis hanc partem confirmant Angel. *in consilio 180. colum. 2. in fin.* Socynus *in consil. 223. colum. 2. in princip.* Aretin. *in leg. 2. & in dict. l. si ante, solut. matrimon.* Iaſ. *in l. si donaturus. §. fin. de condit. causa. dat.* Calcan. *in consilio 31. colum. 2.* Dec. *in consilio 577. & in consil. 613.* & Roland. à Vall. *in tractat. de dote. quaest. 49.* vbi plures authores citat, eamque *num. 12.* communem dicit opinionem.

REPLICATIO.

8 SI qua † mei habenda eſſet ratio, quòd vel ſolus, vel cum paucis contra omnes Doctores in arenam hanc deſcendam, velim vt omnes, reiecta communi, meam ſententiam, quam iuſtiſſima motus ratione altè imbibi, mecum tuerentur.

Nam contraria, ſi maturo conſiderentur animo, vel nihil, vel certè parùm obſtare, omnes facilè fatebuntur. Quòd enim in ſolutione fundamenti contrariæ opinionis dictum eſt, propter expenſas in rebus iocalibus & monilibus, vxoris cauſa à marito factas, cenſeri ſufficienter onera ab eo portata, non minùs obſtare fatendum eſt, quàm hoc dicere (cum reuerentia tantorum Doctorum) ridiculoſum eſt.

9 Quid † quòd hoc in caſu ſtatuti diſpoſitio recipit interpretationem paſſiuam à iure communi, *l. 2. ſi ſerui veſtri. C. de noxal. cap. 8. cùm dilectus. de conſuet.* Bart. *in l. 9. omnes populi. in 3. & 6. quaſt. princip. de iuſt. & iure.* Quid quòd ius commune onera matrimonij in rebus, ante matrimonium datis, minimè conſiſtere determinat, textus *in leg. 56. ſi is. §. 2. de iure dot.* ibi: *Poſt mortem patris ſtatim onera matrimonij filium ſequuntur.*

10 Dic † Iureconſulte quæ ſint iſta matrimonij onera? IC. ſicut liberi, ſicut vxor. Ecquid res per iſta verba, vel perſonæ intelligendæ ſunt? IC. Perſonæ, & non res, cùm verba ſimpliciter in l. poſita, ſimpliciter ſint intelligenda.

Ergo in rebus iocalibus, quæ vxori contracti matrimonij tempore à marito dantur, onera non conſiſtunt, ſed in ipſis perſonis, putà, vxore vel liberis. At dices, licet *in dict. l. 56.* perſonarum duntaxat mentio fiat: tamen per hoc non negari, quòd etiam onera in rebus, quæ earum cauſa præſtantur, conſiſtant? Concedo: attamen ſubindè non ſequitur, quòd in rebus iſtis leuibus, quæ contracti matrimonij tempore quandoque à maritis præſtantur, conſiſtant, cùm etiam aliàs maritus eam ob cauſam in matrimonio momentaneo totius anni fructus lucraretur, quæ ſibi ex diſpoſitione iuris communis debentur, *d. l. pro oneribus.* Sed hoc eſt falſum, vt apparet in *l. diuortio facto. ſolut. matr.* Ergo, &c.

Quid quòd ipſa ratio contrariam non admittat opinionem, vt ex diuerſa virorum conditione & ſtatu oſtenditur, quod ſæpius mulieres propter egeſtatem virorum eos veſtiant, & cætera omnia, quæ ad matrimonij celebrationem pertinent, procurent, imò plerunque in locis conſuetudinis eſt, quod ſponſus ad ornatum ſponſæ nihil conferat, ſed omnia à ſponſæ patre vel conſanguineis præſtentur. Vnde apparet, quòd licet aduerſæ opinionis fundamentum admitteretur, quòd tamen adhuc noſtra opinio per iſtud non infringeretur.

At obiicies quòd iſto in caſu contraria opinio ſit limitanda? Sed hoc non obſtare conſtat ex eo, quòd hæc limitatio non ſit de mente Doctorum, aduerſam opinionem tenentium, qui indifferenter videntur velle, quòd in matrimonio momentaneo prædicti ſtatuti diſpoſitio habeat locum.

Et poſito quòd hoc modo eorum opinionem limitarent: tamen huiuſmodi limitatio per prædicta non eſſet admittenda.

Quod igitur inquam per prædicta iura & rationes non admittitur, nos admitteremus? minimè, præſertim cum & ipſi Philoſophi naturali moti ratione non huiuſmodi res leues, ſed alias his multò grauiores matrimonij onera exiſtimauêre, vt & ex prædicta 13. quæſtione perſpicuum eſt, & † ex eis, quæ apud Stob. tradit 11 Plutarch. ſatis compertum, cùm dicit: *Certè, ſi mihi tale corpus alterum, quale meum eſt, accederet, non viuere poſſem, tantum negotiorum mihi exhibens, pro ſanitate corporis & victu indies colligendo, & pro gloria ac temperantia, celebriſq; fama, ac benè viuẽdi gratia: q̃d igitur fieret, ſi alterũ quoq; tale corpus ſimiliter mihi procurandũ foret? Cõſtat igitur, quod vxor, etſi viro cariſſ. fuerit, nõ min⁹ tamẽ ei faceſſit negotij, circa amores,*

mores, aut dolores, quanquam ipsamet sibi. Itaq; pro duobus corporibus, quod ad sanitatem, victum, temperantiam, bonamq; famam attinet, curam gerat oportet. Quòd si insuper liberi nascātur, iam omnia curis plena sunt, & inuenilis animi exultatio disperit, & facies haud ampliùs eadem est.

Ex quibus verbis adeò apparet, quæ vera sint matrimonij onera, vt ridiculum esse appareat existimare, quòd in prædictis rebus, quæ contracti matrimonij tempore à marito vxori dantur, matrimonij onera consistant.

12 His † præmissis, respondetur vnico verbo ad omnia ista argumenta, quæ vlteriùs pro aduersa opinione cōfirmanda allegata sunt, quòd ideò in istis casibus ibi allegatis, momentanea sint in consideratione, quia ratio finalis, quam lex requirit per temporis momentum, in illis impletur, vt *in d. l. vnic. per Bald.* vbi infans, si per vnam horam tantummodò vixerit, transmittit hereditatem. Ratio est, quia ad potentiam suitatis sufficit, vt quis sit heres per vnam horam, & sic de similibus ibi positis dicendum est. Sed in proposito nostro longè aliud est, quia statutum de lucro dotis disponens requirit onera matrimonij, vt ipsi dissentientes admittūt. Sed onera ista per momentum non implentur, vt in hac & in præallegata quæst. sufficienter probatum est.

Ergo prædicta argumenta ad nostrum casum non sunt applicanda.

13 Vnum † pro confirmatione addimus, nempè quòd hoc statutum requirat matrimonium consummatum, vt plenissimè in præcedenti quæst. ostendimus, ac pleriq; ex dissentientibus hoc admittunt, & consequenter etiam onera, quæ sustinentur in matrimonio consummato. Sed onera quæ fiunt à marito contracti matrimonij tempore, vel antè, non fiunt in matrimonio consummato, quia matrimonium consummandū non potest dici consummatum, vt in d. q. Ergo posito, quòd in rebus, quæ contracti matrimonij tempore à marito vxori dantur, consistant quædam onera: tamen cùm non fiant in matrimonio plenè consummato, non possunt dici onera, quorum virtute maritus dotem lucratur. Huic argumento, aduersam opinionem in totum confundenti, non vidi vsq; huc responsum.

Prætereà non est, quòd aduersa pars multùm prætendat, quòd quandoq; maritus contracti matrimonij tempore plus suæ sponsæ donet, quàm in dote est, imò interdum tantum, vt in paupertatem incidat, & sic miserrimū foret, quòd ex dispositione statuti illi dotem lucrandi potestas nō concederetur, quia respondetur, quòd eo in casu maritus res donatas recuperat. Quando enim huiusmodi res, quæ à sponso tempore contracti matrimonij sponsæ dantur, sunt preciosæ, erunt soluto matrimonio marito restituendæ, vt diximus *in tract. nostro controuers. de bon. constant. matr. acquis. quæst. 2.*

Per hæc & similia, quæ breuitatis causa omittimus, intrepidè concludimus, quòd statutum de lucro dotis disponens, non habeat locum in matrimonio momentaneo.

QVAESTIO XL.

An lucrum dotis, quod mortua vxore ex statuti dispositione defertur marito, egeat insinuatione, si excedat metam legalem?

SVMMARIA.

1 *Lucrum dotis, si excedat metam legalem, eget insinuatione. contrà nu. 2.*

3 *Insinuatio cur fiat in pacto, & non in statuto.*

PARS I. AFFIRMANS.

1 BALDVS † *in l. fin. colum. 2. C. de iur. dotium.* dicit, huius quæstionis veritatem pendere ab eo, an in pacto de lucrāda dote requiratur insinuatio, si dos vltra summam legalem se extendat? Nam si in eo requiratur, requiri etiam in statuto. Sed in pacto requiritur dotis insinuatio, vt est text. *in c. 2. illud quoque. Nouell. 127.* Idem Bald. Salyc. & communiter Doct. *in Authen. eo decursum. C. de donat. ante nupt.* & Anton. de Canar. *in tractat. de insinuat. in 2. part. quæst. 5.* Ratio est, quia statutum regulatur secundum pactum dotis lucrandæ. Sed tale pactum regulatur secundum legem de insinuatione disponentem, *argument. l. hac edictali. C. de secund. nupt.* Batt. & Bald. *ad l. 1. C. de inoffic. dotib.* Ergo si in pacto requiritur dotis insinuatio, quando legitimam quantitatem excedit, pari modo videtur etiam dicendum, quòd requiratur in statuto.

PARS

PARS II. NEGANS.

2 CVM † certi iuris sit, argumentum à statuto ad pactum negatiuè non procedere, non erit dicendum, quòd eodē modo requiratur insinuatio in statuto, sicut
3 requirit in pacto. Quòd † verò requiratur in pacto, eam fit ob causam, quia coniuges ad paciscendum de dote, eadem non mouentur ratione, qua mouetur statutum. Ratio verò propter quam mouetur statutum, sunt onera matrimonij, & icirco insinuatio in statuto non necessariò requiritur, quia lucrum dotis, quod competit viro propter onera matrimonij, non dicitur merè lucrum, sed potiùs recompensatio onerum, sed in tali recompensatione non requiritur insinuatio, vt est tex. *in l. fin. in princ. C. de iur. dot. & in l. Aquilius Regulus. & ibi Doct. de donat.*

Concluditur quòd lucrum dotis, quod ex dispositione statuti defertur marito, non indigeat insinuatione, etiamsi quantitatem legalem excedat.

Huius conclusionis exceptio est, nisi virtute statuti sub sola mortis conditione marito lucrum dotis deferatur, quia tunc nulla subest recompensationis ratio, qua deficiente, insinuationi, quoad quantitatem excessiuam datur locus. Vide etiam quę de hac materia diximus *in tract. controuers. de bon. constan. matr. acquis. q. 29.*

QVAESTIO XLI.

An lucrum dotis per maritum non agnitum transmittatur ad eius heredes?

SVMMARIA.

1 *Lucrum dotis per maritum non agnitum non transmittitur ad eius heredes, sicut hereditas. & nu. 2. & 3. contrà nu. 4.*

4 *Lucrum dotis non computatur in hereditatem. nu. 7.*

5 *Peculium nominatur ius vniuersale.*

6 *Iure hereditario quod quis non habet, transmittit ad eius heredes, etiam non agnitum.*

8 *Legitima etiam non exacta transmittitur ad heredes.*

PARS I. NEGANS.

1 PARS † negatiua videtur I. probari per textum *in l. vnic. §. 5. in nouissimo. C. de caduc. tollend.* vbi hereditas, licet iure deferatur, non tamen nisi adita potest transmitti. Verba text. sont: *Hereditatem etenim, nisi fuerit adita, transmitti, nec veteres concedebant, nec nos patimur.* Eodem modo hoc in casu videtur dicendum, quòd licet lucrum dotis iure marito mortua vxore deferatur, quòd tamen hoc non nisi agnitum ad suos heredes possit transmittere.

II. Per † text. *in l. 4. emancipata. C. qui admitti ad bon. possess. poss.* vbi bonorum possessio, licet per successionem ad heredes pertineat: tamen si non sit à prędecessore adita, nō ad eos transmittitur. Quod à rationis paritate, idem hoc in casu videt dicendum, maximè cùm dos sit ius vniuersale, *l. quod dicitur. de impens. in reb. dotal fac. & l. 1. in princ. de dote praleg.* & exinde sub hereditatis titulo comprehendatur. *per not. in l. his verbis. de hered. instit.* 2

III. Facit † determinatio Salyceti, *in l. 1. C. de adulter.* vbi inquit, quòd statutum disponens, masculum, quoad portionem aliquam, esse præferendum fœminæ, non habeat locum in heredibus eius, si talis portio prius ab eo non sit agnita. 3

Ergò pari modo nostro in casu dicendum est, quòd maritus lucrum dotis non possit prius ad suos heredes transferre, antequàm istud agnouerit.

Ex his & similibus argumentis videtur cōcludendum, quòd maritus lucrum dotis, ab eo haud agnitum, non possit ad suos heredes transferre.

PARS II. AFFIRMANS.

DEfendendo † partem affirmatiuam respondetur ad *d. l. vnic.* in I. argumento oppositam, inter hereditatē & lucrum dotis, quod marito ex dispositione statuti defertur, maximam esse differētiam, cùm hoc lucrum non computetur in hereditatem, ac proinde idem ius in eo non statuendum, quod statuitur in hereditate. 4

Eodem modo respondetur ad *d. l. emancipata.* in II. arg. obiectam. Nam lex ista loquitur in eis, quæ deferuntur iure hereditario, & non in his, quæ deferuntur ex titulo particulari. Doctor. *ad l. si arrogator. de adoptionib.*

Præterea, quod in eodem argumento dictū est, dotem esse ius vniuersale, ac consequenter sub hereditatis titulo etiam comprehendi, falsum est. Nam si verum

esset, quòd propterea dos sub hereditatis titulo comprehenderetur, quòd esset ius vniuersale, sequeretur quòd aliquis relinquendo alicui peculium præsumeret to
5 tam hereditatem reliquisse, cùm † & peculinm ius vniuersale nominetur, *leg. peculium nascitur. de pecul.* Sed consequens est falsum. Ergo, &c. Ita hoc soluit Imol. *adc. Raynald. colu. 6. de testam.* Præterea potest respondere simpliciter negando, quòd dos sit ius vniuersale, vt ostendimus *in tract. nostro controuers. de dote. q. 4.*

Proinde non obstat Salyc determinatio in III. arg. allegata, quia communiter à Doct. tanquam falsa exploditur, vt apparet per Soc. *in cons. 143. vol 1. & in cons. 296. vol. 2.* & latè per Brun. *in suo tract. exclus. fœm. 13. artic. q. 6.*

6 Confirmatur vlteriùs hæc pars I. hoc modo, quod † quis non habet iure hereditario, transmittit ad heredes etiam non agnitum, *l. 77. cùm pater. §. 2. mater. de legat. 2.* Alex. *in cons. 150. col. fin. vol. 1.* Barb. *adc. officij. col. 20. de testam.*

7 Sed lucrum † dotis maritus non habet iure hereditario. *Auth. heres. C. de secũd. nupt.* vbi disponitur, quòd heres possit lucro dotis credere liberis, licet liberi heredes nõ sint, ex quo constat, quòd lucrum hoc non cõprehendatur sub titulo hereditatis, cùm aliàs hoc liberi, nisi nomine heredum, capere non possent. Idem tenet Bal. *in l. 5. generaliter. § in his. C. eod. tit.*

II. Est text. *in d. l. si arrogator. in princ. de adopt.* vbi filio arrogato datur potestas transmittendi quartam partem bonorum, sibi ex bonis arrogatoris debitam, etiamsi istã partem non agnouerit. Eundem textum notat ad propositum etiam Bart. *ibid. in 2. colum.*

III. Confirmatur † ex eo, quod volunt Bal. *in l. 2. C. de liber. præter.* Salyc. *in l. scimus. C. de inoffic. testam.* Alex. *d. consil. 150.* & Dec. *cons 81.* quibus in locis determinant, quòd legitima, licet in vita per filium non sit exacta, quòd tamen possit transmitti ad heredes. Ratio est, quia legitima debetur quadam lege, à iure hereditario separata, quia succedit in locum alimentorum, quæ debentur iure naturæ, quod ius est separatum à iure hereditario. Ergo eodem modo, cùm lucrum dotis non debeatur eodem iure, quo debetur hereditas, certum est, quòd etiam eadem iuris determinatio inter hæc duo non sit statuenda.

Ex prædictis concluditur, quòd lucrum dotis, quod marito ex dispositione statuti prædefuncta vxore defertur, transmittatur ad eius heredes, etiamsi tale lucrnm ab eo nõ sit agnitum. Pro hac parte expresè determinauêre Salyc. Ias. Alexan. & Paul. de Cast. *in l cùm antiquiorib. C. de iur. deliber.* vbi Paul. ait, hanc partem communiter à Doctorib. teneri. Idem tenuit Ias. *in d. l. si arrogator.* Alex. *in l. cùm vir. ad l. Falcid.* & Rol. à Vall. *in tract. de dote. q. 47. nu. 11. & seqq.*

QVAESTIO XLII.

An mulier, quæ nullam viro constituit dotem, censeatur dotem constituisse, ex quo tacitè permittit viro bona sua possidere, eisq; vtifrui, ita vt iuxta statutum dotem taliter constitutam possit lucrari?

SVMMARIA.

1 *Dos per solam mulieris patientiam censetur constituta. contrà nu. 5. & seqq.*

2 *Dos ratione onerum matrimonij tacitè constituta intelligitur. contrà post num. 5.*

3 *Maritus si per longum tempus bona vxoris possideat, præsumitur dotis titulus, imò si per modicum. num. 4. contrà numero 6.*

6 *Dotis titulum maritus in præiudicium mulieris per longum tempus non acquirit.*

PARS I. AFFIRMANS.

QVòd per solam † mulieris patientiam 1
dos censeatur constituta, probatur I. hoc argumento. Dos consensu vxoris cõstituitur. Sed patientia pro consensu habetur. *leg. 6. si remunerand. dict. §. 2. l. 18. qui patitur. & l. 53. mand. l. 6. Cod. eod. l. 60. de regul. iur. leg. 5. §. 10. de his qui detec. l. 1. §. 5. de exercitotor. leg. 1. §. final. de fluminibus. l. 13. §. 11. l. 60. §. locator. loc. l. 3. C. de inoffic. testam. & l. 1. §. fin. naut. caup.* & in certam contractus speciem cadit Cyn. *in l. 17. inuitus. C. de procurat.* Ergo mulier patiendo maritum bona sua possidere dotem constituere videtur.

II. Causa † propter quam cõstituitur dos, 2
sunt onera matrimonij, *l. 30. pro onerib. C. de iur. dot.* Sed ista causa militat in marito.

Ergo

Ergo æquum videtur, quòd etiam ipsa dotis constitutio, licet expressè non sit facta, debeat habere locum in eo. Ita arguit Bal. *in cons. 100. col. 2. vol. 4.* quem sequitur Ias. *in l. 1. col. 5. sol. matr.* & Soc. iun. *in cons. 8. col. 2. volum. 2.*

3 III. Dos † est titulus, Roland. à Vall. *in tractat. de dote. quæst. 71. num. 6.* Sed si per longum tempus mulier patiatur virum possidere bona sua, præsumitur dotis titulus, per ea quæ not. Bar. post Glos. *in l. seruitutes. de serui.* Ergo, &c.

IV. Est generalis vbiq; terrarum consuetudo, qua præsumitur, quòd vir absq; dote mulierem in matrimonium non accipiat. Ergo vbi bona à muliere ad virum sunt illata, attenta prædicta consuetudine erit præsumendum, quòd sint in dotem data.

Concludunt ex prædictis, quòd mulier ex sola patientia præsumatur dotem constituisse.

Istam conclusionem tenent Bal. *d. consi. 100.* Ias. *ad l. 1. colum. 5. sol. matr.* Socin. iun. *in d. consil. 8. colum. 2. volum. 2.* Abb. *in consil. 46. vol. 1.* & Iac. Tomming. *illust. quæst. q. 30. nu. 34.* Adde Bart. *in q. mulier habens. in solut. contrar.* Bertrand. *in cons. 160. in fin. lib. 2.* Laur. Calcan. *in cons. 11.*

4 Quanto † autem tempore maritum possedisse opus sit, vide Phan. *isto tract. gloss. 10. nu. 42.* vbi dicit, quòd modicum tẽpus sufficiat, modò maritus habeat formem & nõ informem possessionem, putà talem, quæ sub aliquo titulo illi præstita est. Bart. *in d. q. mulier habens.* Rol. *d. tract. q. 74. nu. 8.*

PARS II. NEGANS.

5 PArtem † negatiuam tanquam veriorem eligendo respondetur ad minorẽ I. arg. propositionem, in qua dictum, ꝙ patientia habeatur pro consensu, ꝙ hoc procedat, quando agatur de commodo patiẽtis, vt ex iisdem legib. conuincitur. Sed hoc in casu nõ agitur de commodo mulieris, sed de magno eius pręiudicio, vtpotè de amissione dominij, & administrationis rei suæ. Ergo patientia mulieris non habetur pro consensu, ita respondet Bart. *in d. disputat. mulier, &c. col. 7.*

In II. argumento plus concluditur, quàm ex præmissis potest conuinci. Nam causa propter quam constituitur dos, semper militat in marito: tamen ex eo non sequitur, quòd semper dos intelligatur constituta. Vnde Roland. à Vall. *isto tractat. quæst. 74. num. 9.* non immeritò dixit, istud argumentum, vel rationem in eo opposi tam, non valere obolum.

Negatur † minor III. arg. Nam quocun 6
que in casu agitur de mulieris præiudicio, nunquam per longum tempus præsumitur, virum dotis titulum acquisiuisse, per *l. 24. nullo. de rei vindicat. l. 7. de acquir. poss. l. vlt. vt de statu.*

Quod in consequentia IV. arg. dictum est, negamus. Nam posito pro vero, quòd vbique terrarum consuetudinis sit, mulierem non præsumi indotatam: tamen ex eo minimè sequitur, ꝙ bona mulieris absque cõstitutione censeantur in dotem data, cùm hoc expressè iuri sit contrarium, vt diximus *in tract. nostro controuers. de dote. q. 19.* imò & ipsa consuetudo hoc non cõcedat, quæ etiam dotis determinationem expostulat. At dices, istam determinationẽ posse fieri arbitrio boni viri? Sed hoc falsum esse ostenditur ex eo, quòd aliâs semper dos censeretur constituta, etiamsi nulla dotis mentio facta esset, cùm ista constitutio committeretur arbitrio boni viri. Sed hoc falsum esse ipsa lege, omniumque Doctorum authoritate comprobatur, vt ostendimus *in d. q. 19.* & vide Bald. *in l. fin. C. de sent. quæ sine certa quant.* Alex. *in consi. 122. col. 3. vol. 7. & in cons. 142. eod. vol.*

Vide pro maiore huius partis confirmatione, quæ diximus in allegata q. 19.

Concluditur quòd propter possessionem bonorum vxoris eius patientia concurrente, à viro acceptam non censeatur dos constituta. Hanc conclusionem comprobant Bart. *in prædicta quæst. mulier habens, &c.* Paul. de Cast. *in cons. 391. col. 2. vol. 2.* Roman. *consi. 314. col. 1.* Socin. iun. sibi contrarius *cons. 29. col. pen. vol. 1.* Alex. *in cons. 144. colum. 1. volum. 5.* & in aliis suprà allegatis Bal. Nouel. *in tract. de dote. part. 6. priuil. 14.* Rol. à Vall. *d. quæst. 74.* vbi istam conclusionem communem attestatur.

QVAESTIO XLIII.

An mulier habeat potestatem testandi de lucro dotis in præiudicium viri?

SVMMARIA.

1 *Mulier non habet potestatem testandi de lucro dotis in præiudicium mariti.*

2 *Lucrum dotis dicitur as alienum.*

PONE, ſtatuto eauetur, quòd mortua vxore maritus lucretur dotem, an vxor iſto ſtatuto non obſtante in præiudicium viri habeat poteſtatem teſtandi de iſto lucro? Hæc quæſtio à Doctoribus non videtur in controuerſiam vocata, quare
1 eundum †omnes breuiter partem negatiuam amplectimur.

Primò per hoc argumentum. Ius marito ex diſpoſitione ſtatuti, vel legis quæſitum, non poteſt ei per vxorem auferri, *l. 19. ſicut ſtant.* & ibi Bal. *C. de donat ante nupt.* Aret. *in conſi. 78 col. pen. tex. in c. 2. vt animarum. de conſtitut. in 6.*

Sed poteſtas lucrandi dotem datur marito ex diſpoſitione ſtatuti. Ergo, &c.

II. Nemini datur facultas teſtandi de æ-
2 te alieno. Sed lucrum hoc † æs alienum dotis eſt. *fac. text. in l. ſi vir. ad l. Falcid* & ibi Imol. & Alex Iaſ. *in l ſi arrogator. col. 8 de adopt.* Corn. *in conſ. 178. col fi. volum. 5.* & Dec *in conſ. 19. in fin.* Ergo, &c.

III. Eſt text. *in Authent. prætereà. C. vnde vir & vxor*, vbi illa quarta, quæ debetur marito inopi, debetur tàm condito teſtamento, quàm ab inteſtato, & ſic citra voluntatem vxoris.

Ex prædictis concluditur, quòd vxor non habeat poteſtatem teſtandi de dote in præiudicium mariti.

Tenent hanc concluſionem in terminis Cuman. *in conſ. 48. col. 2.* Paul. de Caſtr. *in l. 22. ſi cùm dotem. col pen. ſolut. matr.* Fulgoſ. *conſi. 203. col. 2.* Dec. *conſ. 386. col. 3.* Iaſ. *in conſil. 127. colum. 2. & 3. vol. 1.* & alij quos ad hoc refert & ſequitur Rol. à Vall. *iſto tractat. q. 82. num. 10.*

QVAESTIO XLIV.

Si ſtatuto caueatur, quòd maritus mortua vxore lucretur dotem, etiam extantibus liberis, quæritur an hoc perdat per tranſitum ad ſecunda vota?

SVMMARIA.

1 *Lucrum dotis maritus non perdit per tranſitum ad ſecunda vota. contrà nu. 3.*

2 *Lucrum dotis maritus nõ acquirit aliquo titulo, ſed ex legis prouidentia. contrà nu. 3. & ſeq.*

3 *Lucrum dotis procedit ex liberalitate vxoris temporis primordiũ conſiderando. & nu. 5.*

6 *Coniugi ſuperſtiti quod debetur ex bonis prædefuncti, ſeruatur quoad proprietatem eiuſdem matrimonij liberis. & nu. 7.*

PARS I. NEGANS.

PArs negatiua † quòd maritus non per- 1
dat lucrum dotis per tranſitum ad ſecunda vota, probatur I. ex eo, quòd hoc lucrum non capiat maritus ex liberalitate vxoris, ſed ex neceſſitate ſtatuti, quæ omnẽ liberalitatem excludit. *l. rem legatam. de adimend. legat.* ideóq; non eſt iudicandum de hoc lucro, quod iudicatur de eo, quod prouenit ex liberalitate vxoris.

II. Quòd ſtatutum non determinat, nobis quoq; non eſt determinandũ *arg. text. in l 71. ſi ſeruum. §. 5. non dixit prætor. de acquir. heredit.* vbi prætoris verba non aliter ſunt accipiẽda, quàm prout ſimpliciter ſonant. Sed ſtatutum hoc non determinat, quòd vir tranſiens ad ſecunda vota debeat carere lucro dotis. Ergo, &c.

III. Beneficium legis aut ſtatuti non eſt auferendum ei, cui datur. *l. 22. ſi arrogator. §. 1. de adopt.* Sed ſi per tranſitum ad ſecunda vota maritus priuaretur lucro dotis, auferretur ei beneficium lucrandi dotem, à ſtatuto conceſſum. Ergo, &c.

IV. Facit † in argum, *text. in l. fin. C. de bon.* 2
mat. ex quo textu concludit ibid. Baldus, quòd lucrum hoc maritus non acquirat aliquo titulo ab vxore prædefuncta, ſed ex legis prouidentia, ac proinde à marito propter tranſitum ad ſecunda vota non auferendum. Ex his concludunt, quòd lucrum dotis non perdat maritus, quod ſibi ex ſtatuti diſpoſitione etiam extantibus liberis debetur.

Aſſentiunt huic concluſioni Bald. *ad d. l. fin.* quem ſequitur ibidem Corn. Eandem tenent Aret. *ad l. ſi ab hoſtib. § 1. col. 1. ſol. matr.* Franc de Pepis *in repetit. Authent. prætereà C. vnde vir & vxor.* Barbat. *in c. 14 officij. col. 20. de teſtam.* Idem Bald. *in q. ſtatut. in verb. dos.* & Corn. *in authent. ex teſtamento. C. de collat.*

PARS II. AFFIRMANS.

COmmunem eligendo Doct. opinionem partẽ affirmatiuã tuemur, & re-
ſpõdemus † ad I. argumentum, q; licet ma- 3
ritus tempore diſſoluti matrimonij lucrũ dotis non videatur capere ex liberalitate vxoris, quòd tamen conſiderando pri-

mordium matrimonij negari non possit, quòd tale lucrum causetur ex liberalitate vxoris, cùm tempore contracti matrimonij liberum fuisset vxori consentire in hoc statutum, vel non. Ex quo patet, quòd quidem statutum trahat originem à statuentibus, effectum autem à liberalitate contrahentium. Sed considerando voluntatem defunctæ coniugis, non est verisimile, vt iste effectus extendat se ad casum, quo secundum matrimonium maritus contrahit, cùm per hoc iniuria defunctæ coniugi inferatur.

Ergò necessariò sequitur, quòd prædictum statutum hoc in casu vires non consequatur, cùm cõsiderando mentem contrahentium statutum ab eis, quoad hunc casum, non sit admissum.

Repetendo priorem solutionem potest negari minor II. argumenti, quia si consideretur mens cõtrahentium, iuxta quam statutum quoad effectum necessariò moderatur, dici non potest, quòd statutum illud ipsum, quod nos volumus, non determinet, cùm, vt suprà dictum est, statutum eatenus se extendat, quatenus à contrahentibus acceptum est. Sed in hunc casum non est à contrahentib. acceptum. Ergo, &c.

4 Secundò † potest responderi, quòd statutum hoc ita sit interpretandũ, vt quàm minimè lædat ius commune, *l.2.C.de noxal. & in cap. 8. cùm dilectus. de consuet. gloss. & Doct. in leg. final. §. in computatione. C. de iur. delib.*

Sed secundum nostram demonstrationẽ statutum interpretando, minùs læditur ius commune, quia exinde heredes vxoris nõ priuantur commodo dotis, quod aliàs, si maritus ad secundum transiret matrimonium, & dotem lucraretur, fieri posset.

Ex prædictis patet, quòd minor III. arg. propositio neganda sit. Nam ex quo beneficium statuti non extendat se ad casum, quo maritus secundum contrahit matrimonium, dici non potest, quòd isto priuetur, cùm non entis nullæ sint qualitates.

5 Ad IV. argumentum † per Bald. adductum respondetur, vt suprà ad I. argumentum responsum est, quia considerando tẽpus contracti matrimonij, negari non potest, q. tale lucrum proueniat ex voluntate vxoris. Addequòd non solùm dicatur ex prouidẽtia vel voluntate vxoris proueni-re, quod simpliciter vxor in nullam legem consentiendo concedit, sed etiam quod ex dispositione legis, in quam consensit vxor, capitur. Bat. *in l. ita stipulatus. de verb. oblig.* Poterat enim vxor in legem aut statutum cõsentire, vel non consentire, ideoq; mulier consentiendo in statutum videtur ẽt pariter cõsentire in lucrum dotis. Nam qui vult antecedens, intelligitur etiã velle consequens. Rip. *ad l.3 fœmina. C. de secund. nupt.* vnde satis patet, q. tale lucrum veniat principaliter ex voluntate & prouidentia vxoris. Confirmantur prædictæ solutiones. I. per text. *in † Authen. præterea. C. vnde vir & vxor. & in Nouell. 117. cap. 5.* ex quo 6 textu hoc modo argumentatur. Quod per legem superstiti coniugi debetur ex bonis prædefuncti, seruatur quoad proprietatem liberis eiusdem prædefuncti coniugis.

Sed lucrum dotis per statuti dispositionem debetur marito ex bonis prædefunctæ vxoris. Ergo quoad proprietatem erit seruandum liberis eiusdem prædefunctæ coniugis.

II. Est † textus pro hac parte luce clarior *in Nouell. 22. cap. 23. si verò expectet.* Cu- 7 ius verba sunt: *Si verò fiat soboles, & filios ex hoc exhonoratos viderit lex: tunc omni largitate à viro ad eam veniente, eam secundum proprietatis priuat partem, solum eis derelinquens vsumfructum.* Et paulò post: *& hac communis mulieris & viri mulcta sit posita. Nam etsi ille filios habens secundam eis superinduxerit vxorem, non ex dote fruentur lucris, secundum proprietatis rationem, &c.*

Ex quo textu patet, quodcunque ab vno coniuge alteri obuenit, quoad proprietatem superstitibus liberis, si ad secundas transeat nuptias, esse restituendum. Similis textus reperitur *in dict. l. 3. fœmina*, ibi: *Quicquid* (fœminæ si ad secundas transeant nuptias) *ex facultatibus priorum maritorum sponsalium iure, quicquid etiam nuptiarum solennitate perceperint, aut quicquid mortis causa donationibus factis, aut testamento iure directo, aut fideicommissi, vel legati titulo, vel cuiuslibet munificæ liberalitatis primo ex bonis (vt dictum est) priorum maritorum, fuerint assecutæ, id totum ita vt perceperint, integrum ad filios, quos ex præcedente coniugio habuerint, transmittant, &c.*

Quæ verba sunt generalia, & iccirco de quocunq; bonorum deuolutione intelligenda. Idem tex. *in l.5. generaliter. eod. tit.*

Concluditur ex prædictis, quòd maritus priuetur lucro dotis, si ad secundum transeat matrimonium.

Hanc conclusionem tenent Bald. sibi contrarius *in Authent. ex testamento, & in Authent. vxore. C. de secund. nupt.* Salycet. *in d. l. fœmina. §. illud.* Alex. & Ias. *in l. fin. C. qui testament. fac. poss.* Roman. *in l. 22. si cùm do tem. solut. matrimon. & in consil. 190. colum. fin.* Paul. de Cast. *in leg. 2. eod. tit.* Corneus (qui pro parte negatiua falsò allegatur) *in dict. Authent. ex testamento. & in consil. 309. colum. 4. volum. 3.* Socin. *in consil. 42.* Dec. *ad l. 1. C. de secund. nupt.* Ripa *in l. 2. colum. 4. solut. matrim. & in d. l. fœmina.* vbi istam conclusionem *n. 45.* communem esse dicit. Alciat. *de verb. signif. in princ. nu. 34.* Ang. *in cons. 30. quia verò lucra. Nouel. 22.* Rol. à Vall. *in tract. de dote. q. 86. per tot.*

Hæc conclusio limitatur non procedere, si ex priori matrimonio liberi non extent, vt probatur per tex. *in d. l. 3. fœmina. & in dict. l. 5. C. de secund. nupt. & in d. c. 23. & 30. Nouell. 22.*

QVAESTIO XLV.

Quæritur si decreto vel statuto caueatur, quòd vxore præmoriente maritus lucretur dotem, an habeat locum, si moriatur superstitibus liberis?

SVMMARIA.

1 *Statutum de lucro dotis disponens non habet locum, si supersint liberi.*

2 *Statutum de lucro dotis disponens habet tacitam istam conditionem, si liberi non extiterint. contrà nu. 3.*

4 *Maritus ex pacto potest lucrari dotem, etiamsi liberi supersint.*

5 *Replicatio Authoris, quòd maritus ex statuto dotem non lucretur, si supersint liberi.*

6 *Coniunx non plus coniugi relinquere potest, quàm vni ex liberis.*

7 *Intellectus, qui magis conuenit iuri commun. in statutis est approbandus.*

8 *Testator si de liberis cogitasset, non fuisset verisimile, vt legata valida esse voluisset.*

9 *Statutum quòd non disponat in casu superexistentium liberorum. & nu. seq.*

PARS I. NEGANS.

1 QVOD decretum † aut statutum disponens, quòd vir mortua vxore lucretur dotem, non habeat locum, si vxor moriatur superstitib. liberis, probatur l. per text. *in l. 8 si vnquam. C. de reuocand. donat.* ex qua lege ad hunc modum argumentatur. Donatio vel lucrum alicui perfectè acquisitum per superuenientiã liberorum reuocatur. Ergo multò magis hoc lucrum propter existentiam liberorum nunquam perfectè acquisitum erit reuocandum.

II. Quodcunque † alicui sub conditione defert, non nisi conditione impleta debetur. Sed q; per dicti statuti dispositionem marito offert, debetur tacitè sub ea conditione: *si liberi non extiterint. arg. text. in l. 30. cùm acutissimi. C. de fideicom.* vbi probatur, q; alicui ex prouisione testatoris defertur, nõ aliter deberi, nisi sub prædicta conditiõne: *Si liberi non extiterint*, etiamsi de conditione nihil expressum sit. Ratio additur: *Ne videatur testator alienas successiones propriis anteponere.* Idem text. *in l. 6. generaliter. §. 1. cum autem. C. de instit. & subst.* Ergo, &c. 2

Ex his & similibus arg. videtur concludendum, quòd dicti statuti vel decreti dispositio non habeat locum, si extent liberi. Subscribit huic conclusioni Bald. *in l. 1. C. de inoffic. donat.*

PARS II. AFFIRMANS.

IN partem affirmatiuam procliniores possunt respondere *ad d. l. 8.* in I. argum. oppositam, quòd istius legis dispositio non habeat locum in casu, quo alicui ob causam aliquid donatur vel offertur. Alex. *in consil. 29 vol. 3. col. fin.* Soc. *in consil. 147. col. 5. vol. 1.* Dec. *in consil. 181.* & est communis opinio, vt refert Rol. *isto tract. q. 87. nu. 5.* Sed lucrum hoc, quod debetur marito ex dispositione dicti statuti, debetur ob causam, scil. onera matrimonij, vt dixi suprà *in q. 13.* Ergo *d. l. 8.* non obstat.

Negetur † minor II. argumenti propositio. Nam si statutum sub ea conditione, *Si liberi non extiterint*, esset intelligendum, eius conditionis benè mentionem fecisset, Sed hoc non fecit. Neq; probatur minor (scilic. quòd tacitè statuto huiusmodi conditio insit) ex *d. l. 30. & l. 6.* quia istæ leges loquuntur in casu, quo alicui aliquid defertur ex causa merè lucratiua, secùs verò, quando ex causa onerosa, prout lucrum dotis, defertur, vt suprà dixi. 5

Pro hac † parte vlteriùs confirmanda allegat Roland. à Vall. *l. 2. si conuenerit. de pact.* 4

pact. dot. vbi Vlpianum. IC. pro hac opinione expresse determinare asserit, vult enim quod ibi determinetur maritum ex pacto posse lucrari dotem, siue liberi superuenerint, siue non.

Ergo multo magis ex statuto, quod magis arctat, quam pactum.

Ex prædictis concludunt, quod statutum de lucranda dote disponens habeat etiam locum superstitibus liberis.

Assentiunt huic conclusioni Paul. de Castr. *in l. 2. in princ. solut. matr.* Glos. & Alex. *in d. l. 2. de pact. dotal.* & ibid. etiam Socyn. & Ias. Idem tenet Ruin. *in cons. 101. col. 3. vol. 1.* quos ad hanc partem refert & sequitur Roland. *isto tract. q. 87. nu. 4.*

REPLICATIO.

5 CVM † animaduertimus fundamenta, quæ pro parte negatiua adducuntur, esse firmiora, non grauamur partem affirmatiuam hoc modo replicare. Quod dicitur in duobus istis solutionibus, ad duo argumenta pro parte negatiua datis, eo duntaxat in casu subintelligi conditionem, *si liberi non extiterint*, quo alicui sine onere aliquid datur vel offertur, falsum est. Nam licet hoc expresse no possit probari ex *dd. ll. 8. & 30.* tamen cum hoc expresse in aliis legibus probetur, nec non per *d. l. 8. & 30.* negetur, non videmus quod dictæ solutiones aliquid arctent.

Quod vero alia nobis suppeditentiura, patet primo per textum expressum *in l. 6. hac edictali. C. de secund. nupt.* quæ aperte
6 omnem modum, per quem vnus † coniux alteri plus, quam vni liberorum potest relinquere, interdicit. Verba textus sunt: *Sin vero plus quam statutum est, aliquid nouercæ vel vitrico relictum, vel donatum, aut datum fuerit, tanquam non scriptum, neque derelictum, vel donatum aut datum sit, ad personas liberorum deferri, & inter eas diuidi iubemus: omni circumscriptione, si qua per interpositam personam, vel alio quocunque* (nota) *modo fuerit excogitata, cessante.* Quæ verba cum omnem modum, per quem vnus coniunx alteri plus, quam vni liberorum potest relinquere, interdicant, satis etiam constat, quod aduersæ partis super hoc statuto intellectus sit sublatus. Idem *text. est in Nouel. 22. cap. 8.*

7 II. Est † communis omnium Doctorum opinio, quod quando statutum potest plures habere intellectus, quod tunc iste intellectus approbandus sit, qui magis conuenit dispositioni iuris communis.

Sed quod hoc statutum, de quo nobis sermo institutus est, duplicem possit habere intellectum, ex diuersa Doctorum opinione ostenditur. Ergo noster intellectus, qui magis conuenit dispositioni iuris communis, erit approbandus.

III. Quocunque in casu eadem legis militat ratio, ibi quoque eandem legis militare dispositionem necesse est, arg. text. *in l. adigere. de iure patronat.*

Sed † ratio *dd. ll. 8. 30. & 6.* pro contraria parte allegatarum, militat nostro in casu. Ergo, &c. 8

Minor docetur ex eisdem legibus. Nam ratio earum est, quod non sit verisimile, si testator vel donator cogitasset de liberis, quod rūc legatum aut donatum validum esse voluisset, quod idem hoc in casu possumus dicere, quia neutiquam est verisimile quod coniunx in casu existentium liberorum in dotis lucrum consensisset, præsertim cum maritus secundum contrahendo matrimonium in præiudicium priorum liberorum lucrum dotis in liberos posteriores, vel alium quemuis posset transferre, in quod vxorem consensisse minime dicendum est.

IV. Si † per dicti statuti aut decreti dispositionem iuri cōmuni in casu existentium liberorum censeretur derogatum, sequeretur quod per subauditos statuti intellectus legum posset introduci correctio, quia in hoc statuto non reperitur expresse determinatum, quod in casu existentium liberorum maritus lucretur dotem, sed ex generali statuti dispositione subaudit. Sed consequens est falsum, vt probat *Glos. in l. vt liberis. de collat.* Ergo & antecedens. 9

V. Huius † partis veritas constat etiam ex eo, quod valde inter Doctores controuersum sit, an statutum disponens, quod maritus omni in casu præfuncta vxore lucretur dotem, habeat locum si moriatur superstitib. libetis, vt videre est infra *q. 57.* item an statutum hoc expresse disponens valeat, de quo in *q. 54.* Quæ controuersia esset inanis, si hæc generalis statuti dispositio, in qua ista verba, *expresse*, vel *omni in casu*, non sunt adiecta, secundum aduersæ partis intellectum esset intelligenda. 10

Ex his & similibus argumentis concludit denuo, vt in prima parte conclusum est. Pro cōfirmatione huius cōclusionis vide q̄ diximus in *d. q. 69. & 72. & in trib. qq. sequ.*

QVAESTIO XLVI.

An lucrum dotis, quod ex statuti dispositione prædecedente vxore defertur marito, dicatur esse de hereditate defunctæ vxoris?

SVMMARIA.

1 *Lucrum dotis quòd sit de hereditate mulieris. contrà nu. 4. & seqq.*
2 *Hereditatis definitio secundum Ciceronem.*
3 *Seneca reprehendit I C. hereditatem ab ipsis rebus distinguentes, sed male nu. 5.*
4 *Sutoris iudicium quemadmodum non vltra artem sutoriam considerandum: sic quoque Philosophorum sententia non vltra philosophicos terminos extendenda.*
7 *Lucrum dotis etiam non agnitum transmittitur.*

PARS I. AFFIRMANS.

1 PARS † affirmatiua, quòd prædictum lucrum censeatur esse de hereditate defunctæ vxoris, probatur ex eo, quòd dos proprium mulieris patrimonium esse dicatur, *text. in l. 3. denique. §. 5. ergo etiam de minorib.* vbi IC. volens vt dos restituatur filiæ, addit rationem propter quam sit restituenda: *quoniam dos ipsius filia proprium patrimonium est.* Sed patrimonium mulieris dicitur esse de eius hereditate, vt definien-
2 do † hereditatem testatur Cicero in Topic. dum inquit: hereditas est pecunia, quæ morte alicuius ad quempiam peruenit, vel vt testatur alibi: patrimonium propriè est pecunia, quam liberi ex paterna hereditate accipiunt. Ex quibus verbis cognoscitur, quòd Cicero res hereditarias pro ipsa hereditate ponat, quod & apud Gallos vsureceptum est, cùm res suas immobiles, putà fundos & prędia, heredi-tagium vocent.
3 Hinc † non immeritò videtur Seneca Iureconsultos, hereditatem ab ipsis rebus distinguentes, reprehendisse, dum dicit, *de benefic. 6.* Iureconsultorum istæ argutæ ineptiæ sunt, qui hereditatem negant vsucapi posse, sed ea quæ in hereditate sunt tanquam quicquã aliud sit hereditas, quàm ea quæ in hereditate sunt. Ex quo igitur iura admittunt dotem proprium mulieris esse patrimonium, quod de hereditate esse dicitur, videtur pariter concludendum quòd lucrum dotis dicatur esse de hereditate defunctæ coniugis.

PARS II. NEGANS.

QVOD † dicitur in minori contrarii argumenti propositione, patrimonium esse de hereditate, & idem cum ea censendum, falsum est. Nam licet hoc Oratorum & Philosophorum comprobetur authoritate: tamen cùm hoc expressè Iureconsultorum oppugnet sententiam, minimè est ista authoritas attendenda. Nam quemadmodum sutoris iudicium non vltra artem sutoriam est considerandum: sic quoque Philosophorum sententia non vltra philosophicos terminos est admittenda. 4

Quod † enim Seneca tam inconsideratè, vel potiùs ineptè Iurcconsultorum reprehendat sententiam, fecit ipsius in scientia legali ignorantia. Nam ait Iustinian. *sub titulo de reb. corporal. Aliud est hereditas, aliud res qua per eam acquiruntur; ha corporales sunt, illa verò ius: ha certa sunt, illa incerta est: ha per se semper vtiles sunt, illa nonnunquam damnosa*, quæ verba maximam inter hereditatem & res hereditarias faciunt differentiam. Vndè ipse Cicero hanc differentiam melius animaduertens, ait *lib. 1. de offic. Optima autem hereditas à patribus traditur liberis, omnique patrimonio præstantior, gloria virtutis, rerumque gestarum, cui dedecori esse nefas & vitium iudicandum est.* Ex quibus verbis patet, quòd Cicero etiam inter hereditatem & patrimonium distinguat. Ideoque licet concedatur, dotem esse proprium patrimonium mulieris: tamen ex eo non sequitur, quòd sit de hereditate mulieris, cùm aliud sit hereditas & aliud patrimonium. Prætereà propter statuti dispositionem dos mortua vxore non potest ampliùs dici patrimonium eius, cùm ea tunc viro applicetur, & quasi eius patrimonium reputetur, & icircò posito, non autem concesso, quòd dos, tanquam patrimonium mulieris, dicatur de eius esse hereditate, tamen cùm per mortem vxoris dos non ampliùs reputetur patrimonium mulieris, pariter de eius hereditate vlteriùs esse non reputatur. 5

Cæterum † quòd dos non dicatur esse de hereditate mulieris vult Glos. *in l. 2. pro hereditariis. C. de heredit. action.* dum dicit, quòd actio funeraria non solùm in here 6

des pro-

des pro portionibus hereditariis, sed etiam in virum, ad quem aliquid peruenit nomine dotis, pro rata portione eius instituatur. Ex quibus verbis cognoscitur quòd Glos. distinguat inter dotem & res hereditarias.

II. Est textus pro hac parte *in l. 27. si pro rata. de relig. & sumpt. fun.* ibi: *sic pro rata* (dotis) *& maritum & heredem conferre in funus oportet.* Ecce ibi respectu dotis inter maritum & heredem distinguitur, quod non fieret, si dos idem esset cum hereditate. Ad idem text. *in l. 16. in eum*, & melior text. *in l. 22. Celsus.* ibi: *Celsus scribit: quoties mulier decedit, ex dote quæ penes virum remanet, & cæteris mulieris bonis, pro portione funeranda est.* & additur in l. seq. *eod. tit. de relig. & sumpt. fun. Veluti si in dotem centum sint, in hereditate ducenta, duas partes heres, vnam vir conferet*, per quæ verba expressè distinguitur inter bona hereditaria & dotem.

III. Quod de alicuius est hereditate, non nisi agnitum transmittitur.

7 Sed † lucrum dotis licet non sit agnitum transmittitur. Barr. & Bal. *in l. 22. si arrogator. de adoption.* Ergò tale lucrum non est de hereditate.

Ex prædictis promanat conclusio, lucrum dotis, quod mortua vxore defertur marito, non esse de hereditate vxoris.

Hanc partem tenent Alexander *in l. si vir, ad l. Falcid.* Ias. *in d. l. si arrogator. col. 8.* Corneus *in cons. 178. col. fin. vol. 5.* & Dec. *in consil. 19. in fin.*

QVAESTIO XLVII.

An statutum disponens, quòd maritus mortua vxore lucretur dimidiam partem bonorum immobilium, habeat locum in pecunia pro emptione prædij parata vel destinata?

SVMMARIA.

1 *Statutum disponens de rebus immobilibus in dotem datis, habet locum in pecunia pro emptione prædij destinata. contrà num. 5. distinguitur. num. 7.*

2 *Destinatum habetur pro facto. & numer. 3. 4.*

6 *Statutum de lucro dotis disponens est pœnale & exorbitans à iure communi.*

PARS I. AFFIRMANS.

PRo parte affirmatiua faciunt sequentia argumenta I. Si pecunia † pro emptione prædiorum destinata, non com- 1 putaretur inter res immobiles, sequeretur quòd leges de re immobili determinantes non haberent locum in pecunia ad emptionem prædiorum destinata. Sed consequens est falsum, vt docetur ex eo, quòd quidem minoribus detur potestas alienandi pecuniam, tanquam rem mobilem, quæ seruando seruari nequit, *l. 1. § fuit quæsitum. ad Trebell.* non autem pecuniam pro emptione prædiorum destinatam, est text. in *l. 3. § 6 quid ergo. de contraria tut. & vtil. act.* ibi: *Quid ergò si de re pupillari non potuit sibi soluere, quia erat deposita ad prædiorum comparationem? siquidem non postulauit à prætore, vt promatur pecunia, vel hoc minus deponatur: sibi imputet.* Ex quibus verbis apertè constat, q pecunia, ad emptionem rei immobilis destinata, inter res immobiles computetur, & quòd idem leges statuant de ista pecunia, quod statuunt de re merè immobili.

II. Destinatum † habetur pro facto. Er- 2 gò de pecunia, ad cõparationem prædiorum destinata, idem erit iudicandũ, quod iudicatur de istis prædiis. Antecedens ꝓbatur per text. *in l. 19. cum aurum, albis incipit, & si non sunt. §. 11. infecti. de auro & arg. leg.* cuius verba sunt: *Quid ergò si cœptum sit argentum fabricari, nondum perfectum? vtrũ factis vel infecti appellatione contineatur, dubitari potest, sed puto magis facti.* Ad idem text. *in l. 22. vestimentum. eod. tit* vbi detextum licet defectum non sit, pro vestimento reputatur. Ratio est, quia detextum ad vestimentum conficiendum est destinatum. Item sunt textus idem probantes *in l. 55. lignis. in prin. & in l. 79. si charus. de legat. 3.*

III. Facit † q dicit Salyc. ad *l. 6. cùm in te.* 3 *C. de don. ante nupt.* vbi vult q si de facto cõtingeret, q mulier esset ducta vt viro coniungeretur, & ante coniunctionẽ decederet, maritum lucrari dotem ac si cõiuncta fuisset. Addit rationem, quia pro cõiuncta & copulata habet, q̃ de proximo coniungenda est. *arg. l. pen. de mil. test. & d. l. 19. & 22.*

IV. Militat † pro hac parte *c. 34. præsenti. §.* 4 *fin.* vbi Dominicus de S. Gemin. colligit ex isto textu, quòd vbi res est destinata de vno loco ad aliũ, effectus superueniens antequã locũ destinatũ attingat, cẽseatur factus in loco vbi destinabat, q idẽ ad casum in præcedenti argumento positũ applicat.

Ex

Ex his concludunt quòd pecunia, ad prædiorum comparationem destinata, computetur inter res immobiles, & consequenter maritus per dicti statuti dispositionem eam lucrati possit.

Hanc partem tenet Alberic. de Rosat. *in 2. part. statut. q. 204.* Barbat. *in rubr. de reb. eccles. non alien.* & alij.

PARS II. NEGANS.

5 PARTEM † negatiuam tanquam magis communem amplectendo, respondemus ad minorem I. argumenti propositionem, quòd ista iura procedant de iure communi, quod aliquando extensionem de casu vero ad fictum permittit, secùs vero de iure municipali, quod huiusmodi extensionem non admittit. *l. 3. §. hac verba. & ibi Bart. de negot. gest.* neque idem esse putat aliquid esse immobile, vel haberi pro immobili. Bald. & Ias. ad *l. cætera. §. sed si parauerit. de legat. 1.* maximè cum statuti verba, quæ simpliciter intelligi possunt, non sint explicatiuè vel interpretatiuè intelligenda, sed simpliciter, prout sonant. Bald. *ad l. 2. C. de dot. promiss.* vbi dicit, quòd in lucris, quæ proueniunt ex forma statuti, verba eiusdem sint propriè & strictè interpretanda, quia sunt præter ius commune. Idem testatur Ang. *in cons. 158. per l. constitutionibus. ad municip.* neque ad aliquam consequentiam trahenda *l. quòd verò. de legib. c. quæ à iure. de reg. iur. in 6.* Abb. *in cons. 1. col. 1. &*
6 *in cons. 79. col. 1. vol. 2.* vbi inquit † quòd tale statutum sit pœnale & odiosum, quia diminuit patrimonium mulieris, *l. 3. de dam. infect.* & icciricò strictissimè interpretandum, vt minùs lædatur dispositio iuris communis. Idem testatur Paris. *in cons. 127. col. 3. in princ. col. 1. & in cons. 34. col. 2. vol. 3.* vbi ait, tale statutum, ex quo non continet in se aliquam rationem scriptam, esse valdè exorbitans à iure communi, cùm tollat ex parte vxori liberam de rebus suis disponendi facultatem, ideoque ad vnguem & ad contextum strictissimè esse seruandum. Et hæc est communis atque tritissima omnium Doctorum opinio, vt testatur Socyn. iun. *in consil. 27. col. pen. vol. 1.* & Ruin. *in cons. 131. col. 2. vol. 4.*

Secundò respondetur quòd in *d. § quid ergo*, hoc sit speciale fauore minoris. Ita respondet Lancel. Dec. *in d. § sed si parauerit.* Aliter respondent Alex. Aret. & Ias. *in eod. §. sed si parauerit.* & Boet. *in decis. 209.* nempè quòd ibi non dicatur, quòd eædem in re mobili requirantur solennitates, quæ requiruntur in re immobili, sed tãtùm quòd tutor, qui erat creditor pupilli sit in culpa, si per iudicem non fecit cogere depositarium, vt de pecunia deposita non satisfaceret, sibi ideoque tutorem, cùm ipsemet negligentiæ culpam commiserit, non posse exigere vsuras de pecunia sibi debita.

Sed hæ duæ posteriores solutiones nobis non probantur, cùm quia expressè per ipsum textum refelluntur: dicit enim lex: *Quid ergo si de re pupillari, non potuit sibi soluere.* cur non potuit sibi soluere? *quia erat deposita ad prædiorum comparationem.* Ecce solam causam esse vult textus, vt tutor sibi non possit soluere, quòd pecunia sit deposita ad prædiorum comparationem, ex quo patet, quòd pecunia ad emptionem prædiorum destinata rei immobili æquiparetur; tum etiam, quia licet illud ipsum in d. l. non exprimeretur: tamen ex quo in alijs legibus expressè constat, quòd res mobilis ad emptionem rei immobilis certè destinata, pro ipsa re immobili reputetur, vt diximus suprà n. 2. perindè est ac si hoc in d. l. esset expressum. Vndè tutius est, vt prior seruetur responsio.

Ad antecedens II. argumenti repetitur solutio, ad primum oppositum data, scilicet quòd ista iura procedant quoad dispositionem iuris communis, & non municipalis. Non obstat quòd per Salycetum in III. argumento oppositum est, quia eius opinio non est vera, vt abundè ostendimus in quæst. 13.

Ad IV. repetitur solutio ad primum argumentum data.

Ex prædictis concluditur, quòd attenta statuti dispositione pecunia, ad prædiorum comparationem destinata, non computetur inter res immobiles.

Hanc conclusionem veram esse asserunt Iacob. de Raue. Rayn. Cyn. Bald. Ang. Floria. Imol. Paul. de Castr. Fulgos. Alex. Aret. & Lancel. Dec. *ad d. l. cætera. §. sed si parauerit. de legat. 1.* & vide latè Boet. *in decis. 209.* vbi post relationem multorum Doctorum istam conclusionem communem esse dicit.

Sed animaduerte † anne hæc Doctorum cõtrouersia ad concordiam possit redigi: ita vt hæc par habeat locum qñ destinatum à sua perfectione longè distat, putà 7

quan-

quando pecunia ad emptionem rei immobilis eſt deſtinata, ſed adhuc certè non conſtat de re immobili, emptioni in effectu quamprimùm ſubiicienda. Alteram verò partem procedere, ſi res ad prædiorum comparationem deſtinata parũ abſit, & modicùm diſtet à ſua perfectione, vt liber nondum clauiculatus ſeu malleatus, pro compacto, cingendus proximè pro cincto, *l. pen. de milit. teſtam.* Eadem ratione ſub ſpe certa deſtinatus ad dignitatem Doctoratus, vel ad officium Scribæ, poteſt ſe citra mendacium, & crimen falſi gerere vel nominari pro Doctore & Scriba, vide Zaſ. *ad l. 41. in fin. de legat. 1.* & dixi in allegata q. 13. cogitabis.

QVAESTIO XLIX.

Num ſtatutum de lucro dotis diſponens trahatur ad dotes ante conditum ſtatutum datas?

SVMMARIA.

1 *Statutum de lucro dotis determinans non extenditur ad dotes, ante conditum ſtatutum datas, & nu. 2. contrà nu. 3.*

4 *Præterita quando habent in ſui eſſe perfecto dependentiam de futuro, tunc idem iudicatur de præterito, quod de futuro, contrà num. 9.*

5 *Replicatio Authoris quòd ſtatutum non extendatur ad dotes, ante conditum ſtatutum datas.*

6 *Inſtrumenta propter leges poſteà conditas effectu non carent.*

7 *Intellectus l. vnic. §. fin. C. de rei vx. act. & num. 8.*

10 *Ius alicui per legem anteriorem conceſſum non auffertur tacitè per l. poſteriorem.*

PARS I. NEGANS.

1 QVOD ſtatutum † de lucro dotis diſponens non extendatur ad dotes, ante ſtatuti diſpoſitionem datas, probatur primo hoc argumento. Lex ſeu ſtatutum in dubio nunquam eſt intelligendum, vt velit tollere ius vel obligationem alteri quæſitam, *per notat. ab Innoc. in c. ſtatutum. circa med. de maior. & obed.* vbi dicit, quòd recepti in canonicos authoritate Papæ ante illam decretalem præcedant maiores ordine poſtea receptos, iuxta antiquum ſtylum, licet præbenda aſſequatur poſt illam decretalem, quod dictum Innocentij ad hanc partem benè notandum putat Imol. *in c. fin. col. 8. in fin. de conſt.* Sed ſi ſtatutum hoc eſſet intelligendum ſecundũ partem affirmatiuam, aufferret ius ſeu obligationem alteri quæſitam, quia ex cõtractu dotis ante ſtatutum poſteà editum per maritum & vxorem celebrato, erat ius acquiſitum heredibus mulieris, vt ſoluto matrimonio dos ad eos reuerteretur, quod ius auffertetur heredibus, ſi pars aduerſa eſſet vera. Ergò, &c.

II. Statutum de lucro dotis diſponens non habet locum, ſi coniuges in illud tacitè vel expreſsè non conſenſerint, quia tacita vel expreſſa coniugum voluntas debet concurrere, antequam ſtatutum poſſit habere locum. Sed in hoc ſtatutũ poſt contractum matrimonium cõditum coniuges non conſenſerunt, imò ei expreſsè per priorem contractum renunciauerunt. Ergò, &c.

III. Allegatur † pro hac parte textus *in l. vnic. §. fin. C. de rei vxor. act.* ibi: *Quæ omnia in his tantummodo datibus locum habere cenſemus, quæ poſt hãc legem datæ fuerint, vel promiſſa, vel etiam ſine ſcriptis habita, inſtrumenta enim tam confecta viribus carere non patimur, ſed ſuũ expectare euentum.* Ex quibus verbis expreſsè conſtat, quòd lex communis, vel municipalis, de nouo condita, non trahatur ad ea, quæ anteà facta ſunt. Per hæc & ſimilia iuris fundamenta huius opinionis Doctores concludunt, quòd ſtatutum de lucro dotis diſponens non trahatur ad dotes, ante ſtatutum conditum datas. Hanc partem tenent Cyn. *in d. l. vnic. §. fin.* Imol. *in c. fin. col. 8. in fin. de conſt.* & ibid. Felyn. *col 2.* & Barb. *col. 13. in princ.* Idem Felyn. *in d. §. ſtatutum.* & Alex. *in addit. ad Bart. in l. omnes populi. col. 9. verſ. ibid. de iuſt. & iur.* Felyn. *in c. 1 num. 31. de deſp. nſ. impub.* Phanuc. *iſto tract. Gloſ. 10. nu. 79. & ſeq.* 2

PARS II. AFFIRMANS.

AFFIRMANTES † prædictam concluſionem non eſſe veram, poſſunt ad argumenta pro ea confirmanda allegata hoc modo reſpondere. 3

Ad I. quòd eius minor ſit falſa: nam ex quo vxor necdum mortua eſt, dici non poteſt ꝙ eius heredes aliquo iure priuentur, cùm nullum ius illis cõpetat in dote, viuente vxore. Et iccircò licet matrimo-

nium

nium ante conditum statutum contractum sit, tamen cùm non tempus contracti matrimonij, sed soluti quoad ius heredum vxoris sit respiciendum, sufficit ad exclusionem heredum, vt tempore dissoluti matrimonij statutum de lucranda dote disponens vigeat.

Negatur rursus minor II. argumenti, cùm ex eo, quòd coniuges se non opponant dispositioni statuti nouiter introductæ, satis videatur apparere, quòd tacitè in statutum de nouo introductum consenserint.

Ad *d. l. vnic.* in III. argumento oppositam potest responderi ex mente Doctorum, hanc opinionem tenentium, quòd istius legis dispositio procedat in iure alieni acquisito, & non acquirendo: ideoque cum in hac quæstione agatur de iure acquirendo, & non acquisito, videtur quòd *d. l. vnic.* non obstet.

4 Accedit † quòd principale sit fundamentum hanc opinionem tenentium, quòd quando præterita habent in sui esse perfecto dependentiam de futuro, quòd tunc idem iudicetur de præterito, quod de futuro. Sed lex disponens, quòd mortua vxore eius heredes consequantur dotem, habet in sui esse perfecto dependentiam de futuro, quia dispositio istius legis non priùs plenum potest habere effectum anteqnàm vxor mortua sit. Ergo, &c.

Ex prædictis concludunt, quòd statutum de lucro dotis disponens trahatur ad dotes, ante statutum conditum datas.

Huic parti assentiunt Bart. *in d. l. omnes populi.* & ibid. Bald. *& in consil. 93. col. 2. & in cons. 477. vol. 4.* Paulus de Castro. *in cons. 193. col. fin. vol. 1.* Socyn. iun. *in cons. 21. col. 2. vol. 1.* Ruin. *in cons. 49. col. fin. vol. 3.* vbi hanc partẽ cõmunitet Doctores tenere asserit Brun. *in tract. statut. parte 3. in verb. lucrum.* & Rol. à Val. *isto tract. q. 93.* vbi inquit ab hac communi Doct. opinione in iudicando non esse recedendum.

REPLICATIO.

5 NON † q; simus, pterui nos, aut improba pertinacia indurati, contrariam opinionem per hanc replicationem tuendam suscipimus: sed, quòd vel verum, vel verisimilius nos sequi & tueri arbitremur. Ideoque quod in solutione I. argumenti dictum est, iuri consentaneum esse negamus. Nam licet heres vxoris vigore iuris aut contractus ante statutum facti, effectualiter ea viuente non habeat ius in dote: habet tamen ius sub spe certa mortua muliere in effectu dotem consequendi, quod ius ei per statutum nouiter introductum aufferri non potest, per text. in *l. vnic. §. fin. C. de rei vx. act.* ibi: *Instrumenta † enim iam confecta viribus carere non patimur, sed suum expectare euentum.* Ecce ibi textum pro hac opinione expressum. Nam licet 6 instrumenta, ante nouam constitutionem aut legem facta, suum effectum aut euentum non sint sortita: tamen nihilominus per subsequentem constitutionem non sunt infringenda. Eodem modo hoc in casu valemus dicere, quòd licet heres vigore prioris legis aut contractus effectualiter dotem non sit conseqntus: tamen ex quo posterior lex effectus euentum non infringit, perindè esse ac si in effectu heres dotem accepisset.

Quod in solutione II. argumenti dictum est, ex quo coniuges se non opponant posteriori statuto aut legi, satis apparere quòd in istud consenserint, apertè falsum est, cùm ex *d. l. vnic.* satis constet, coniugibus qnoad hunc casum minimè opus esse, vt se statuto nouiter introducto opponant, ac proinde oppositione per contractum aut alium modum haud facta, dici non posse, quòd coniuges in statutum nouiter introductum consenserint.

Pariter † falsum apparet, quod in solutione III. argumenti dictum est, *l. vnic.* procedere duntaxat quoad ius acquisitum, & non acquirendum, cùm hoc aliter constet ex verbis: *Sed suum expectare euentum*; ex quibus verbis conuincitur, quòd *d. l. vnic.* non solùm de iure realiter, sed effectualiter acquisito, sed etiam cum effectu acquirendo loquatur. 7

Secundò † potest responderi, quòd heredes vxoris hoc in casu habeant etiam ius acquisitum, putà, sub spe certa vxori succedendi. Ergò posito & non concesso, quòd *d. l. vnic.* duntaxat loquatur de iure acquisito, adhuc tamen legem nostro in casu militare non erit negandum. 8

Quod postremò † pro aduersa opinione confirmanda allegatur, apertè falsum esse conuincitur per text. in *l. 65. diua memoria. C. de decurion. lib. 10.* ibi: *Per anteriores principales dispositiones sibi cõcessa* (munerũ curialium relaxatione) *tàm ipsi quàm liberi eo-* 9

rum,

rum post huiusmodi administrationem adeptam procreati, vnà cum propriis substantiis potiantur. Ecce ibi lex anterior per posteriorem non tollitur, etiamsi habeat quoad effectum dependentiam de futuro. Nam sicut nostro in casu heredes vxoris effectualiter considerando non habent viuente vxore ius in dote, sic quoque liberi quoad munera ad bona parentum, eis superstitibus nullum habẽt ius effectualiter intelligendo, nisi quòd eis specialiter à parentibus conceditur. *l. vlt. C. de pact. gloss. in c. transmissa. qui filij sint legit.* & tamen istud ius, quod illis effectualiter per legem anteriorem de futuro concessum est, non auffertur eis per legem posteriorem cõtrarium disponentem, quod idem à paritate casus & rationis in nostro proposito dicendum est.

10 Cæterùm † pro huius partis confirmatione vnum in hunc modum addimus argumentum, aduersam opinionẽ in totum confundens. Ius alicui per legem anteriorem concessum, nõ auffertur ei per legem posteriorem, nisi hoc in lege expresse caueatur. At ius succedendi quoad dotẽ heredibus vxoris per legem anteriorem datum, per posteriorẽ legis municipalis dispositionem expressè illis nõ est sublatum, vt cõstat ex themate nostro. Ergo illud ius intelligitur illis adhuc concessum. Maior docetur per textum præclarum in *l. 7. leges & constitutiones. C. de legib. & const.* cuius verba sunt. *Leges & cõstitutiones futuris certum est dare formam negotiis, non ad facta præterita reuocari: nisi nominatim, & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotiis cautum sit.* Idem text. in *l. 2. aduersus. in fin. C. de vsur. & in l. vlt. C. de suis & legit.* ibi: *Quod tantùm in futuris* (quòd descendẽtes soli ad mortui successionem vocentur) *non etiam præteritis negotiis seruari decernimus.* Idẽ text. *in d. l. 65. diua. in fin.* ibi: *cùm conueniat leges futuris regulas imponere, non præteritis columnias excitare.* Idem text. in *Nouel. 12.* Ex his contra communem Doctorum opinionem concludimus, quòd statutum de lucro dotis disponens non retrahatur ad dotes, ante statutum conditum datas.

QVAESTIO XLIX.

Quæritur an vir iuxta statutum disponens, quòd vxore prædefuncta in domo viri is dotem lucretur, habeat locum si vxor mortua in domo à viro conducta?

SVMMARIA.

1 *Genitiuus casus importat dominium.*
Statutum disponens de domo viri, non intelligitur de domo conducta, ibid. nu. 1. contrà num. 2.
3 *Communis loquendi vsus in quacunq; materia proprio præfertur significato. Cuius exceptio est, nu. 4.*

PARS I. NEGANS.

PROPRIETATEM vocabulorum iuridicè considerando videtur primò dicendum, quòd tale statutum non habeat locum in casu, quo mulier in ędibus à viro conductis vitam cum morte commutat. Hocq; potissimũ vno ex fundamẽto. Genitiuus † iste, *viri*, veram & propriam ex- 1
postulat domum cuius dominium habet, tex. *in l. 2. locum. §. 1.* ibi: *In locum alterius accipere debemus, siue in agro, siue in ædificio, sed hic sermo domino dat actionem, non bonæ fidei possessori. Nam cùm dicat in locum alterius appareat de Domino eum sentire, id est, eo cuius locus est.* Ex his verbis apertè intelligit᷑, quòd verbum in genitiuo positum semper designet dominij proprietatẽ. Nec videtur obstare dissentientiũ ab hac parte solutio, qua dicũt, secundũ vulgarẽ loquendi vsum, istam vocabulorum non attendi proprietatem, quia imò videtur quòd etiam vulgaris loquendi vsus hoc expostulet. Nam si conductor ipse interrogaretur, cuius est ista domus quam inhabitas? vtiq; non responderet: est mea, sed Titij, vel alterius veri Domini. Sic is cui res est commodata, si interrogaretur, cuius est ista res? certè non responderet est mea, sed alterius. Vndè videmus quòd iste genitiuus, *viri*, nõ secundum proprietatem dũtaxat vocabulorum Latinorum, sed etiam communẽ loquẽdi vsum, verã dominij importet ꝓprietatem.

Hæc si vera, videtur concludendum, quòd dicti statuti dispositio non habeat locum, si mulier mortua sit in domo conducta.

PARS II. AFFIRMANS.

PARTEM † affirmatiuam tanquam veriorem amplectendo responderur ad 2
ea, quæ supra mota sunt, nimirum verisimile non esse, eandem vocabulorũ considerari proprietatem in communi loquẽdi vsu, quæ consideratur in sermone Latino, vt hoc in terminis huius quæstionis testantur Campez. *isto tract. q. 17. par. 5.* & Roland. à Val. *eod. tract. q. 98.* Nec obstat quòd

obiicitur, si conductor ipse interrogaretur, cuius est ista domus? quòd verum proprietatis nominaret dominum, quia respondetur, quòd isto in casu, etiam iuxta vulgarem loquendi consuetudinem, expreisè de vero quæratur domino, & sic meritò ad huiusmodi interrogatum verus nominandus est dominus. Longè verò aliud nostro in casu dicendum est, cùm ista verba, *in domo viri*, tàm de domo conducta, quàm propria intelligi possint, maximè cum in vtroque casu verba statuti possint verificari. Nam si secundum vulgatem sermonem interrogaris, *cuius est ista domus?* rectè respondes, *Titij*, licet ipse Titius sit conductor, quia responsio intelligitur quoad vsum & habitationem. Eodem modo si interrogaris, quo vadis? aptè respondes: ad domum Sempronij, etiam si ipse Sempronius sit conductor, & non proprietarius, & hoc communis efflagitat loquendi vsus.

Ideoq; cùm hoc in casu communis loquendi modus (iuxta quem æquè domus conducta atq; propria in statuti dispositione comprehenditur) sit attendendus, & verborum proprietati præferendus, Bart. *in conf. 58.* Anarellus. *& in conf. 138. hac est copia.* Oldrad. *in conf. 168.* Imò dicit Abbas quẽ refert ad hoc etiam Rol. *d q. num. 8. in c. 1. de iudic.* quòd † communis loquendi vsus in
3 quacunq; materia semper ꝓprio præferat significato, siue id eliciat ex definitione, siue ex etymologia, siue ex iuris authoritate. Deniq; , quod magis est, etiam si statuta haberent talem clausulam annexam, vt eorum verba ad literam, vel pront iacent, essent intelligenda, quod idem volunt Anton. Butt. Abb. & Felyn. *in proœ. decret.* Hoc cùm ita sit, erit procul dubiò concludendum, quòd dicti statuti dispositio non solùm habeat locum in domo viri propria, sed etiam ab eo conducta.

4 Huius † conclusionis exceptio videtur, nisi aliud statutum disponat, quòd statuta debeant intelligi nullo addito extrinsecus, seu nullo intrinsecus intellectu, quo in casu statutum secundum communem loquendi vsum non esse intelligendum, volunt Iacob. But. *in d. proœm.* quẽ sequuntur ibid. An. de Butt. Abb. & Felyn. Idem Roman. *in sing. 411.* Et hoc propterea, cùm sensus communis loquendi sit aliquid intrinsecum, refert etiam & sequitur Rolan. *d. q. 98. in fin.*

QVAESTIO L.

Nunquid stante statuto, quòd vir mortua vxore lucretur dotem, maritus habeat potestatem lucrandi dotem, non obstante quòd fecerit pactum cum vxore de dimidia dote tantùm lucranda.

SVMMARIA.

1 *Pacto de dimidia dote lucranda maritus sibi non præiudicat quoad totum lucrum, sibi ex statuto debitum. contrà nu. 4.*
2 *Pactum contra legem vel statutum inchoatum non valet, nisi iuramento confirmatum. num. 3.*
5 *Iuri in fauorem alicuius introducto quilibet renunciare potest.*
6 *Prouisio legis cessat propter prouisionem hominis.*

PARS I. AFFIRMANS.

QVOD per pactum de dimidia dote lucranda maritus quoad totum dotis lucrum consequendum sibi non præiudicet, probatur primò hoc fundamento. Iuri de futuro † nemo per pactum renunciate potest. *Glos. in l. 1. C. de pact.* & ibi Doct. 1
Zas. *in l. 39. cum seruus. alias incip. apud Iulia num. §. 2. si Titius. de legat. 1.* & est commune Doctorum responsum, teste Curt. iun. *consil. 25. num. 7.* Ergo maritus isto pacto non obstante lucrabitur totam dotem, sibi iure statutario destinatam. Consequentia probatur, quia ius, quod habet maritus in dote lucranda, habet de futuro, cui si per pactum renunciaret, fieret renunciatio de iure futuro, quæ non ligat.

II. Est regula, quòd nemo fauori suo prose introducto in dubio renunciasse præsumatur. Sed q; maritus per statuti dispositionẽ totam dotẽ lucratur, in eius fauorem est introductũ: Ergò in dubio, licet de dimidia dote lucranda pactum fecerit cum sua vxore: tamen per hoc non videtur renunciasse statuto in eius fauorem introducto.

III. Pactum † contra statutum vel legem inchoatum non valet, *l. 5. non dubium. C. de legib.* At pactum quo de nos agimus tale est, *l. 15. pactum quod dotali C. de pact. l. 5. de pact. conuent. & l. 4. de inutil. stipulat.* Ergo. &c. 2

Ex his videtur concludendum, q; prædicto

dicto pacto non obstante, maritus secundum statuti dispositionem integram dotem lucretur. Istam partem videtur tueri Campez. *isto tract. part. 5. q. 12.* ex quo vltimo hanc opin. confirmat per *l. 99. conditiones extrinsecus. de cond. & demonst.* per quam l. idem tenere refert Alber. de Ros. *part. 2. stat. q. 58.*

3 Huius † conclusionis exceptio est, nisi tale pactum de non succedendo vxori iuramento sit firmatum. Ias. *ad l. 3. pactum dotale. C. de collation. num. 3.* commune Doctorum placitum ait, referente Villalob. *com. opin. pactum. num. 5.*

PARS II. NEGANS.

4 PRÆDICTIS † non obstantibus pars negatiua est verior, pro qua tuenda respondetur, quòd consequentia I. arg. non sit vera, quia maritus paciscendo cum vxore de dote, efficit vt nullum ius ratione statuti sibi competat, cùm statutum non possit habere vires sine coniugum consensu, qui per pactum à statuti dispositione dicitur sublatus, & sic iuri quod non habet, nõ dicitur per pactum renunciare.

Non obstat II. argumentum, quia respondetur quòd quidem maior eius propositio vera sit, sed dicere maritum hîc in dubio tali renunciasse fauori, falsum est, cùm hoc per pactum satis expresserit. Retorquendo igitur prædictum argumentum possumus dicere. Qui-

5 libet † potest renunciare iuri suo, in eius fauorem introducto, *l. pen. C. de pact.* Sed statutum de lucrãda dote in fauorem mariti est introductum, vt hoc per onerum probatur recompensationem, propter quæ tale lucrum viro conceditur, vt diximus q. 13. & probatur per Glos. communiter receptam, *in l. si donaturus. §. fin. de cond. & caus. dat.* Ergò per pactum maritus potest renunciare tali iuri, *tex. in l. 31. pacisci. de pact.* Cuius argumenti exceptio est, nisi effectus alicuius statuti vel legis respiceret principaliter & directò vtilitatem publicam, prout determinat Bart. *in l. 38. ius publicum. de pact.* & Ias. *in d. l. 31.* quod autem in casu nostro non facit. Negatur minor III. arg. Nam ibi allegata iura loquũtur in casu quo per statutum aut legem expresŝè pactum fieri prohibetur, aut falsum subintellectiuè per formę solemnitatumq; eiusdem pacti interdictionem. Ita declarat Ias. *in l. 6. pacta quæ contra. C. de pact.*

Vlteriora huius opinionis fundamenta hæc sunt. Primum: Vbi † quis sibi specialiter prouidit, ibi legis vel statuti cessat prouisio, *l. fin. C. de pact. conuent. l. doti clausula. de verb. obligat.* Sed hîc maritus per pactum sibi prouidit de dimidia dote. Ergo, &c. 6

II. Si maritus per pactum de dimidia dote lucranda non præsumeretur renunciasse statuto, sequeretur quòd stante eodem de lucro dotis statuto non præsumeretur etiam statuto renũciatum, si maritus promisisset se totam vel integram dotem defuncta vxore eius heredibus restituturum. Sed consequens est falsum: cõmuni & vero Doctorum attestante responso, vt latissimè ostendimus in quæst. 37. Ergò & antecedens.

III. Pactum in contractu aliquo oppositum, & lege expresŝè (vti nostro in casu) nõ prohibitũ, non debet esse sine effectu, cùm aliàs perindè esset, aliquid esse licitum sine effectu, vel nõ esse licitum. Ergò maritus, vbi stante prædicta statuti dispositione fecit pactũ cũ vxore sua de dimidia dote lucrãda, debet necessariò statuto derogare, cũ aliàs nihil operaretur. Accõmoda huc quæ dixi in duplic. d. q. 37. Concluditur q. maritus propter pactum de dimidia dote lucranda inter ipsum & vxorem factum, non gaudeat beneficio statuti, totius dotis lucrum concedentis. Hanc partem tenet Alb. de Ros. *d. q. 75.* quem malè, p cõtraria opinione refert Campez. *d. q. 12.* cõfirmat enim vltimo hãc partẽ, & cũ ea residet, ac citq; teste Dyno ita fuisse de pacto determinatũ, ex quo cognoscitur quòd in hanc partem inclinauerit, iuxta tex. *in l. 11. si idẽ. §. 2. si vxor. de iurisd.* allegat hoc modo sequiturq; eandẽ Rol. à Val. *isto tra. q. 102. n. 11.*

QVAESTIO LI.

Stante statuto prædicto de lucro dotis, quæritur an maritus, qui coeundo cum vxore sua non potuit emittere semen, licet virgam habeat erectam, lucretur dotem, si vxor sua post triennium vel quadriennium sine liberis decesserit?

SVMMARIA.

1 *Maritus habens virgam erectam, licet non possit emittere semen, lucratur dotem contra nu. 3.*

2 *Lex plures habens rationes, cessante vna, militant aliæ, quod procedit quando possunt esse separata. nu. 4.*
5 *Distinctio Rolandi.*
Replicatio Authoris quòd maritus habens virgam erectam, etiam ad spermatizandum inutilem, lucretur dotem.

PARS I. AFFIRMANS.

1 QVOD † maritus, modò virgam habeat erectam, licet semen emittere non possit, lucretur dotem, verior æquiorq; videtur esse opinio, quæ primò tali nititur fundamento. In matrimonio verè legitimeq; consummato, statuti operatur dispositio, vt abundè probauimus in q 13. Sed talis vir verè legitimeque matrimonium consummauit. Ergo, &c. Minor docetur: quia nihil est quòd tali viro ad inualiditatem matrimonij possit obiici, quàm quòd sperma non possit emittere, quo casu matrimonium non inualidatur, vt hoc in specie tenet glos. in *c. 25. hi qui. 32. q. 7.*

2 II. Quando lex † plures habet causas vel rationes quibus fundatur, tunc cessante vna ratione, aliæ faciunt adhuc dispositionem valere, vt dixi alibi. Sed plures quàm vna inueniuntur rationes, propter quas matrimonium contrahitur, per text. *in c. fin. de condit. appos.* scilicet fides, proles, & sacramentum. Ergò posito quòd nostro in casu vna ratio (vtpote prolis) cesset, tamē propter alias debet adhuc manere firma statuti dispositio.

III. Imò qui non enitat prolem, etiam istam, quam hic dicunt non subesse rationem, impleuisse dicitur, text. *in c. 6. solet. 32. q. 2.* Sed vir hoc in casu non euitat prolem, quia dat operam ad excitandam eam, licet ad effectum conatum suum non possit producere. Ergo, &c. Ex his concluditur quòd maritus habens virgam erectam, etiam ad spermatizandum inutilem, lucretur dotem.

PARS II. NEGANS.

3 CVM † verius videatur inter has personas verum non posse consistere matrimonium, pars negatiua magis apparet sustentabilis, prout etiam hoc attestatur Abb. *ad c. 2. de frigid. & malefic.* vbi dicit Glos. in minore I. argumenti propositione allegatam, communiter esse reprobatam, ex quo primum arg. manet infirmum. Nam vbi non est matrimoniū, ibi quoq; non potest esse dos, nec cōsequenter eius lucrum.

Respondetur ad maiorem II. arg. quòd illa procedat, quādo plures † rationes, vni dispositioni deseruientes, possint esse quoad operationem vel effectū dispositionis separabiles, secùs verò si sint inseparabiles, cū inseparabilia, nisi maneant coniuncta, non possint operari. Sed prædictæ tres rationes, ad contractum matrimonialem necessariæ, sunt inseparabiles, per text. *in d. c. fin. de condit. appos.* ex quo sequitur, quòd vna altera deficiente non possit operari. 4

Quòd per *d. c. 6.* dicitur in maiori III. argumenti propositione, eum qui non euitat prolem, istam, quam nos hic desideramus rationem, sufficienter dici impleuisse, procedit in isto c. ob duas causas. Primò propter pactum inter contrahentes sub tali cōditione inchoatum, vt cognoscitur ex verbis, *ea fide media.* Secundò propter perfectam quam habent coeundi potentiam, quæ causæ cùm in proposito cessent, merito etiam d. c. cessabit dispositio.

Cæterùm huiusmodi maritis videtur consultum, vt hoc in puncto Tiberij Gracchorum patris imitentur animum, qui, cùm duobus anguibus intra cubiculum captis ab ostentorum interprete diceretur fore vt ipse superstes esset Corneliæ vxori, si alterius sexus serpens interficeretur, imò dixit meum interficite, Cornelia iuuenis est, potest per ætatem adhuc parere. Quòd si eundem huiusmodi mariti haberent animum, nulla forsan cum eis hoc in casu esset disputatio. His sic absolutis, videtur contrarium eius concludendum, quod in prima parte conclusum est.

Pro huius † conflictus concordia distinguit Roland. à Valle isto *tract. q. 104. nu. 4.* nimirum quòd prima opinio procedat quando maritus propter vitium accidentale ope medicorum sine corporali periculo separabile ad spermatizandum sit inualidus, per text. *in c. 6. fraternitatis. de frigid. & malefic.* 5

Secunda verò procedat quando tale vitium ante matrimonium superueniens sit arte medicorum quoad periculum corporale, inseparabile, per eund. tex. *in d. c.* & ibi Abb. & Hostiens.

REPLICATIO.

VERVM † vtut prædicta sese habeat opinio, ego primā amplector opinio- 6

nem

nem aduersus I. argumenti solutionem replicando, quòd licet Abb. eiusque sequaces istam improbârint glos. tamen cum ista magis iuri æquitatique conueniat, vt ex infrà scriptis patebit, eorum improbatio minimè erit attendenda.

Quòd dicitur in solutione II. argumenti, prolem esse vnam matrimonij rationem, ex tribus istis rationibus inseparabilibus, verum quidem est, sed quoad animum propositumque contrahentis intelligendo, si enim contrahens eo animo cõtrahat, vt cupiat habere prolem, dicitur ista prolis ratio impleta. Cur ita? cùm aliàs inter omnes coniuges, prolem non accipientes, non esset matrimonium, quod proferre absurdum est. Ergò ista iura de prolis ratione disponentia, quoad contrahentis animum intentionemq; sunt intelligenda? Sunt modo coeundi potentia sit coniuncta. At talis potentia nostro desideratur in proposito. Ergo, &c? Non desideratur, licet ad effectum seminis non possit produci. Sine isto autem effectu perfecta non dicitur coeundi potentia? Verè hîc nucleus, hîc medulla, ast nondum subsisto. Cur sic? quia hoc tàm arctè iura non considerant, cùm aliàs idem in frigidum (quod nõ est productiuum) emittenti semen foret dicendum, cùm non emittere semen, vel inualidum emittere quoad effectum, paria sint. Sed hoc est falsum. At quæ est ratio quòd hisce in casibus credibilius sit matrimonium non solui? Ista videlicet quòd in eis subsit incontinentia, cui fit satis per istum coitum, licet non producibilem. Etsi enim semen non possit transfundi in matricem: tamen per coitum hunc coquitur, & coctum vi quadam intrinseca in suas reflectitur venas, sicque virili appetitui satis fieri credendum. Quocirca cùm hoc in casu subsit incontinentia, propter quam D. Paul. matrimonium non solum posse consistere, sed etiam contrahi debere consulit, I. Corinth. 7. non erit negandum maritum secundum statuti dispositionem dotem lucrari.

Non contrariatur quod in solutione III. argumenti dicitur, quia replicatur, ibi matrimonium non esse propter pactum, quia tale pactum, de prole non producenda, esset absurdum, & planè non admissibile, per text. *in c. fin. de condit. appos.* neque solùm propter perfectam coeundi potentiam, sed propter solam personarum incontinentiam, qua mediante prolem non euitant. Ideoque cùm hoc in casu eadem *d. c.* possit subesse ratio, scilicet incõtinentia, qua prolem (Deo auxiliante) non euitant, pariter etiam eiusdem c. eadem debet subesse determinatio. Quod de Tiberio Gracchorum patre ibidem inseritur, nihil mouet, cũ is ex summo amore in casum dissoluti matrimonij loquatur: Neq; ibidẽ additur quòd pari amore eius vxor ipsum prosecuta fuerit: ea enim mutua cum suo viro charitate certauit: tantumque abfuit vt post Gracchi obitum fuerit connubij appetens, vt regias etiam nuptias aspernata sit, referente Sabellico exemplorum lib. 3.

Planè ex his & similibus rationibus, quę adduci possent pro hac opinione, consulerem & iudicarem, hocq; potissimùm cùm talis maritus maximum statuti requisitũ, onera scilicet matrimonij, sustinuerit, quæ aliàs citra æquitatem, attento statuti dispositione, gratis portasse diceretur.

QVAESTIO LII.

Quæritur nunquid teneatur maritus dotis lucrum inter socios omnium bonorum communicare, statuto disponente quòd vir mortua vxore dotem lucretur?

SVMMARIA.

1 *Lucrum dotis inter socios omnium bonorum non communicatur. contrà, nu. 3.*

2 *Lucra quæ non veniunt ex contractu societatis, sed ex legis dispositione, inter socios non sunt communicanda.*

4 *Actio iniuriarum licet tantùm respiciat personam iniuriati: tamen eius iniuria æstimatio spectat ad totam societatem.*

PARS I. NEGANS.

PRo parte negatiua † quòd tale lucrum inter socios non sit diuidendum, argumentatur primo hoc modo. Statutum quod specificè respicit alicuius personam, quoad effectum dispositionis personam non egreditur. Bart. *ad l. 16. dotem de castr. pecul.* Sed hoc statutum specificè respicit personam mariti, vt constat ex istis verbis, *vir mortua vxore dotem lucretur.* Ergò eius effectus, scilicet lucrum dotis, personam non egreditur. 1

2 II. Lucra † quæ non proueniunt ex contractu societatis, sed ex legis dispositione, vel accidentaliter alio modo, non sunt inter socios diuidenda, *text. in l 9. nec adiecit. l. 13. sed etsi adiciatur. & in l. 71. duo societatem. in fin. pro soc.* ibi: *Duo colliberti societatem coierunt lucri, quæstus, compendij, postea vnus ex his à patrono heres institutus est, alteri legatũ datum est, neutrum horum in mediũ referre debere respondit.* At lucrũ dotis non prouenit ex cõtractu societatis, sed ex dispositione statuti. Ergo tale lucrũ inter socios nõ est cõmunicãdum. Hæc sunt principalia argumenta quib. videtur probari, quòd lucrum dotis inter socios non sit communicandum.

PARS II. AFFIRMANS.

3 CVM pars † affirmatiua sit verior, respõdemus ad minorem primi argumenti propositionem, quòd illa procedat quoad acquisitionem lucri, quæ per nullũ alium q̃ maritum fieri potest, non aũt quoad lucri diuisionem, q̃ ex societatis cõtractu descendit. Ita respondet Dec. *in cons. 66.* q̃ solutionem in effectu ego etiam dedi in *67. q. in sol. 2. arg.* eamq́ue corroborat Dec. ex eo,
4 quòd actio † iniuriarum etiam respiciat tantùm personam iniuriati, & tamen eius iniuriæ æstimatio toti societati applicatur, *text. in l. 6. si fratres. §. 16. socium pro socio.* ibi: *Et ideò* (si omnium bonorum socius sit) *siue ob iniuriam sibi factam, vel ex lege Aquilia, siue ipsius, siue filij corpori nocitum sit, conferre debere respondit.*

Quod dicitur in maiori II. argumenti propositione non ea esse diuidenda inter socios, quę non ex societatis contractu descendunt, nòn procedit ex societate omnium bonorum, sed simplici, prout hoc ipsæ leges indicant, & probatur expressè per textum in *l 3. §. 1. pro soc.* cuius verba sunt: *Cum specialiter omnium bonorum societas coita est: & tunc hereditas & legatũ, & quod donatum est, & quaqua* (aduerte) *ratione acquisitum communioni acquiretur.* Idem est text. *in l. 73 si societatem, & in d. § 16. formalis. in l. 66. quòd si eo. esd. tit.* ibi: *Quòd si eo tempore, quo diuiditur societas, in excausa dos sit, vt certum sit eam, vel partem eius reddi non oportere, diuidere eam inter socios iudex debet.* Hæc pars cùm sit indubitata, pro ea hisce conclusum volumus. Tenet hanc partem in terminis Bal. *in cons. 284. vol. 5.* Aog. *in cons. 60.* Alex. & alij *in l. si cum dotem. § transgrediamur. sol. matr.* plures refert & sequitur Roland. *isto tract. 1. vlt. nu. 7.*

QVAESTIO LIII.

Vno in loco diuersum reperitur statutum; vnum disponens, quòd mulier habens liberos non possit disponere, nisi de quarta parte bonorum suorum; alterum determinans quòd pręmoriente vxore sine liberis ex eodem matrimonio natis, maritus lucretur dimidiam partem dotis. Quęritur modo, si mulier dederit omnia sua bona marito in dotem, an talis dotis constitutio valeat, vt maritus secundum prædictum statutum possit lucrari dimidiam partem dotis?

SVMMARIA.

1 *Dotis constitutio importat alienationem.*
2 *Legitima per statutum potest auferri.*
3 *Statutum generaliter disponens extenditur etiam ad casus in iure priuilegiatos.*
4 *Dispositum habetur in casu dubio quod verisimiliter statuentes dispositari fuissent.*
5 *Alienationis prohibitio, in vltima voluntate facta, non impedit cõgruam dotis dat. onẽ.*
6 *Argumentum ab alimentis ad dotem valet.*
7 *Dispositio generalis non habet locum in casu alimentorum.*
8 *Ancharani duo fundamenta contra Authoris demonstrationem, & nu. 9.*
10 *Replicatio Authoris.*
11 *Rolandi argumenta Author refutat.*
12 *Mulieres secundò contrahendo, maximam liberis inferunt iniuriam.*
13 *Consilium Imperatoris viduis concernens.*
14 *Authoris exclamatio aduersus aduersarios opinatores.*
15 *Amoris coniugalis exempla.*
16 *Author coniugum deplangit infidelitatem.*
17 *Proprietas legatorum aufferetur coniugi ad secundas nuptias transeunti. Item tutela & proprietas donationis vel dotis per statutum lucrata.*
18 *Author duo Ancharani fundamenta infringit, & nu. 19. & seq.*

PARS I. NEGANS.

HÆc quæstio scitu dignissima est, quare eam in vtramque partem breuiter discutiemus. Primò pro parte negatiua hoc modo argumẽtatur. Statutum disponens quòd mulier non possit disponere-

ponere, nisi de quarta parte bonorum suorum, comprehendit verbum alienationis, cuius vocabuli appellatione venit omnis actus, per quem dominium transfertur, *l. 1. & ibi. gloss. C. de fund. dot. l. alienatum. de verb. signif.*

1 At dare † in dotem est alienare, cùm maritus rei dotalis dominus efficiatur. *l. 7. §. 3. de iur. dot. l. 13. §. 10. de hered. petit. leg. 9. doce. de rei vindicat.* Ergo talis alienatio vltra prædictam quartam ab vxore fieri non poterit.

2 II. Statutum † est adeò seruandum, vt etiamsi contra ipsam naturalem disponat rationem valeat, vt probatur ex eo, quòd legitimam liberis iure naturæ debitam possit auferre, vt est commune Doctorum responsum, teste Corneo *consil. 150. hanc quæstionem. vol. 1.* Albert. Bru. *in tract. de statut. exclud. fœm. num. 8* & Dec. *ad l. iura sanguinis. de reg. iur.* refert Villalob. *com. opin. statutum. nu. 102.*

Ergo multò magis prædictum statutum potuit disponere, quòd maritus non lucretur integram dotis dimidiam, etiam quantumcunq; dos priuilegiata sit.

3 Quod ipsum arg. probatur etiam hoc modo. Statutum generaliter † disponens, etiam ad casus in iure priuilegiatos est extendẽdum, est tex. & ibid. Bal. *in l. 15. in fraudem. §. fin. de testam. milit.* ibi: *Bonorum possessionem vltra tempora edicto determinata, nec militis* (qui est persona priuilegiata) *posse agnosci*, additur ratio, *quia generalis est ista determinatio.*

Sed statutum hoc generaliter disponit, vt ex themate nostro cognoscitur. Ergo etiam ad casum dotis, licet in iure priuilegiatum, erit extendendum.

Ex his concluditur, quòd maritus stante prædicto statuto non habeat potestatem lucrandi dimidiam dotis.

PARS II. AFFIRMANS.

Partem affirmatiuam tuentes conantur ad prædicta arg. in hunc modum respondere. Ad maiorem I. argumenti, quòd illa procedat, in aliis alienationibus mulierum, & non in alienatione dotali, est solutio Aneh. *in consi. 380.*

Pari modo respondet Rol. à Val. *isto tract. q. 105. in fin.* ad fundamenta aliorum argumentorum, quòd illa non procedant in causa dotis, per rationes & authoritates ab ipso allegatas, & hic statim allegandas

Pro hac parte imprimis argumentatur in hunc modum. In † casu dubio habetur 4
illud in statutis pro disposito, quod verisimiliter statuẽtes disposuissent, si de eo interrogati fuissent. *Gloss. & Doct. ad l. 40. tale pactum §. fi. de pact.* Sed cui fuisset dubium, inquit Rolan. *d. quæst. 105.* quòd statuentes, si fuissent interrogati, num primi statuti dispositione voluissent impedire, ne vxor vltra quartam bonorum suorum partem, ratione dotis posset alienare? vtique dixissent quòd non. Ergo pro disposito erit habendum, quòd tale statutum causam dotis noluerit habere inclusam.

II. Licet † prohibitio alienationis, in vltima voluntate facta, sit fauorabilis: tamen 5
non impedit congruam dotis dationem, hocq; publicæ vtilitatis ratione, *text. & ibi. Doct. in Auth. res quæ. C. communi de legat.* Ergo multò minùs dispositio statutaria, quæ non est ita fauorabilis, congruam dotis impediet dationem.

III. Non † latet quòd ab alimentis ad dotem bonus sit argumentandi modus. Bal. 6
Paul. & Imol. *ad l. 1. sol. matr.* estq; commune Doctorum placitum, laudante id Rui. *consl. 199. nu. 9. vol. 2.*

At † generalis alicuius legis aut statuti 7
dispositio nullũ habet locum in causa alimentorum. *tex. in l. 18. libertis. §. 3. posthum. de aliment. legat.* Ergo nec in dote.

IV. Facit optimè quod Socin. iun. *in subscript. 1. consi. 26. nu. 26. vol. 2.* Ruin. ex decisione Salyc. *in l. fin. C. de iur. dot.* determinat, videlicet quòd stante statuto, quòd ei, cui cõpetit ius agendi, petendi, vel officium iudicis implorandi, quomodocunq;, qualitercunq;, & ex quacunq; causa præsumatur solutum vel satisfactum, si effluxerint quindecim anni, quod debitum in iudicio vel extra, non petierit, tale, inquit, statutum non includere causam dotis, quò minùs mulier valeat dotem, vel eius supplementum petere. Istam determinationem sequitur etiam Bald. Nouel. *in tract. dot. par. 6. priuileg. 48.* vbi inquit, stante statuto, quòd mulier vel filiusfamilias non possit se obligare sine interuentu certarum personarum, hoc nõ habere locum, quando mulier, vel filiusfamil. obligaret se pro dote alicuius mulieris. *fac. l. fin. per eum ibid. allegata. C. ad Velle.*

V. Si prædictum † statutum secundum ad- 8
uersam opinionem esset intelligendum, sequeretur quòd per hoc libera matrimo-

nium contrahendi potestas impediretur. Sed consequens est absurdum, Ergo & antecedens. Maior probatur, quia per hoc cessaret præcipua causa fauoris, quæ mulieribus cōpetit ex dote, quò citiùs virum accipere valeant, quod fieri non debet per text. *in l. 1. solut. matr. & in l. 2. de iur. dot.* Hoc tali causæ satisfieri dicitur per istam quartam, cùm non sit verisimile hac minuscula parte aliquem condignæ conditionis incitari ad matrimonium. Ita dicit Anch. *in d. cons. 380.*

9 VI. Absurditatem † aduersæ opinionis ostendit Auchor. *d. loc.* etiam hoc modo. Pone casum: mulier habens quadragiuta in bonis, contrahit, dat viro quartam, id est, decem in dotem, & ex ipso secundo viro suscipiens filios, tertiò contrahit, non dabit in dotem, nisi quartam quartæ, hoc est, duo & dimidium, & sic dos ad nihilum redigereur, quod est planè absurdum. Cum Anch. concordare inquit Rol. *d. loc.* Aymo Crau. *in consil. 215.* Socyn. *in cons. 85. in fin. vol. 1.*

Ex prędictis concluditur, quòd maritus, prædicto statuto haud obstante, habeat potestatem lucrandi mediam partem omnium bonorum vxoris, ab ea in dotem datorum.

Hanc partem tenent Anch. *d. consil. 380.* Crauet. *d. consil. 215.* & alij, quos citat Rol. *isto tractat. quæst. 105.* vbi dicit, quod d. conclusio sit magis æqua, cùm faueat mulieribus, vt faciliùs matrimonium cōtrahant, maritosque condignos accipiant. Ex his habes fideliter huius opinionis fundamenta relata, iam ad eorum replicationem accedimus.

REPLICATIO.

10 DOMINI, si non dedignemini † Doctoris iuuenis hoc in puncto audire iudicium, velim vt attento animo vtriusque partis nostrę & aduersæ fundamenta considera[r]etis, vtique inueniretis nostram, quam intendimus defendere sententiam, esse iuridicam, æquam, satisque rationabilem, aduersam verò instabilem, sibiipsi repugnantem, & minùs iuri, rationique conuenientem.

Sed iam committamus, & ad manus, quod dicitur, veniamus. Dicunt dissentientes ad nostra fundamenta, ea non procedere in hac nostra quæstione, propter fundamenta & rationes suprà allegatas, quæ solutio, cùm in specie non attingat argumentorum nostrorum terminos, est nimis generalis, minusque valida. Sed † agedum videamus eorum fundamenta, dicit Rol. si statuentes de hoc casu fuissent interrogati, vtiq; pro eorum opinione respondissent. 11

Sed nos retorquendo istud argumentum, contrarium eius verum esse intrepidè pronunciamus. Cur sic intrepidè? quia ius, ratio, æquitasq; hoc suadet. Ius? ipsum statutum, vt hoc, ratio ostendit. Nam certo certius est, quòd statuentes ea potissimùm ratione fueriut moti, quòd viduæ plerunq; † ad secundum properantes connubium, ob amorē potiùs illicitum, quàm honestum, omnia fermè bona in secundos soleant transferre maritos, qood non inconcinnè Diogenes apud Stob. hisce testatur verbis: 12

Cùm capti sumus retibus amoris
Citiùs alienis gratificamur,
Quàm necessariis & cognatis.

Ideoque apud eundem Euripides ait: *Ad euersionem autem familiarium huiusmodi res sæpenumero exeunt.* Idque maximè, vt eò citiùs sibi acquirant viros, nō sobolis (quam habent) procreandæ causa, sed meræ incontinentiæ implendæ gratia. Et licet eius etiam causa matrimonium contrahi licitum sit, *1. Corinth. 7.* non tamen ita huiusmodi mulieres præmiandæ, fauendæque, sicut istæ, quæ etiam sobolis procreandæ ratione contrahunt, nec hoc immeritò, cùm hæ secuuda contrahendo connubia, simul defunctis maritis liberisque maximam infetant iniuriam, *text. in c. 1. prospeximus. Nouell. 2.* ibi: *quoniam omnibus simul secundis nuptiis fecit iniuriam.* Quare fecit iniuriam? quòd respectu defuncti viri & liberorum suam non seruet pudicitiam, vt est text. *in l. fin. C. quando mul. tut. offic. fung. pot.* ibi: *sed pudicitiam intactam cōseruet.* Idem text. *in Nouel 98. in princ. vers. nuptialibus.* Cuius verba sunt: *Nuptialibus namq; lucris, siquidem aliquis coniunctorum seruauerit pudicitiam, manentibus.*

Quibus verbis significatur, quòd lex nuptialia lucra non auferat à coniuge, si ad secundas nō transeat nuptias, secùs si trāseat. Ex quib. est cognoscere, quod lex adeò non præmiet secundò contrahentes connubia, vt planè in multis priuilegiis, à hâs coniugibus concessis, eos in istis aufe-

rendis

rendis puniat. Idem pulcher text. ad hoc
in cap. 25. venient. Nouell. 22. ibi: *omnes e-*
nim ſecundis ſimiliter exhonoratæ ſunt nuptiis.
Si igitur nobis, hoc atteſtantibus legibus,
marito defuncto, liberiſque magnis, ex ſe-
cundo contracto matrimonio, infertur
iniuria, ſi triſtitia non modica afficiantur,
vt dicitur *in c. ſoluto. Nouell. 22.* ſi, inquam,
per iteratum matrimonialem contra-
ctum liberi exhonorati dicantur, cur
non ſtatuentes ea motos fuiſſe ratione li-
berè fateremur, ne inſuper mulier per
nimiam bonorum alienationem liberos
contriſtaret?

13 Hinc † quàm ſuaue, quàm prudens Im-
perator noſter *in dict. c. ſoluto,* viduis dedit
conſilium, vt à ſecundis, quoad fieri poſ-
ſet, abſtinerent connubiis, aiens: *Soluto igi-*
tur matrimonio, ſecundum prædictas omnes diſ-
iunctiones, fœlix quidem, & beatum eſt vtriſq;
contrahentium, perdurare in priori coniugio, &
non procreatam ſobolem ſequentibus matrimo-
niis forſitan contriſtari.

Non abſimile huic conſilium præbet
in cap. optimum Nouell. in hæc verba: *Opti-*
mum itaque atq; laudabile, & dignumeratione,
vt mulieres ſe ita honeſtè tractent, quatenus
quæ ſemel ad virum venerunt, ſeruent inuiola-
tum morientium thorum, & huiuſmodi mulie-
rem & miramur pariter, & laudamus. Hoc i-
pſum probat etiam Valer. Max. *dict. me-*
morab. lib. 2. num. 3. in hæc verba: *Quæ vno*
contenta matrimonio fuerant, corona pudicitiæ
honorabantur. Exiſtimabant enim eum præcipuè
matronæ ſyncera fide corruptum eſſe animum,
qui depoſita virginitatis cubile pudicum egredi
neſciret, multorum matrimoniorum experien-
tiam, quaſi illegitimæ cuiuſdam intemperantiæ
14 *ſignum eſſe credentes.* Vnde † iam eſt, quòd
aduerſarij opinatores multùm de publica
clamare conſueuêre vtilitate, adeò vt ob
hanc ſtatuti diſpoſitionem conſtringere,
& in alium ſenſum trahere nō vereantur,
cùm hoc non publica vtilitas, nō lex, non
ratio ſuadeat, ſed diſſuadet, priuilegia aliâs
mulieribus data conſtringit, & ſecundum
contrahentes matrimonium potiùs dede-
core vitione, quàm laudi affici exiſtimat.
Æquitas ne igitur (vt iſti volunt) contra-
rium ſuadet? minimè, cùm æquitas ſit, nō
contriſtari animū defuncti, non liberis in-
ferre iniuriā, non deniq; inſinuitas, inter vi-
tricū, vel diuerſi matrimonij liberos cōpo-
nere lites; quod faceret mulier, ſi ſecundū
cōtraheret matrimonium, vt oſtendimus
in tract. noſtro controuerſ. de bon. conſt. mat. &c.

Et quàm minimè in hoc olim vxores
peccauerint, quàm ardēti amore ſuos pro-
ſecutæ ſint viros, quàm deniqué fideliter,
conſtanter, grauiterq; vnum ſeruauerint
coniugium, vix dici, verbiſq; exprimi po-
teſt. Et inter reliqua † vnum de Sporcia, M. 15
Catonis filia, omni admiratione dignum
referimus in mediū exemplum, quæ cùm
apud Philippos victum & interemptum
virum ſuum Brutum cognoſceret, defici-
ente ferro ardentes ore carbones haurire
non dubitauit, muliebri ſpiritu virilem pa-
tris exitum imitata.

Huc quoq; referre licet iſtud, quod de
Antonia apud Valer. Max. ſcripto reli-
ctum eſt, quæ poſt mariti deceſſum, for-
ma & ætate florens, cubiculum ſocrus pro
coniugio habuit, in eodemque thoro, al-
terius adoleſcentiæ vigor extinctus, alte-
rius viduitatis experientia conſenuit. Li-
cet quoque vnum de Cecilia Barbadica
Veneta, muliere Chriſtiana, omni lau-
dum & virtutum flore celeberrima, me-
morabile adducere factum, quæ mortuo
viro Philippo Vendramino, in tam perti-
naci ſe immerſit dolore, vt néc monitis,
nec precib. propinquorum, ad veſcēdum
aliquo modo poſſet impelli, quo factum,
vt nullo vnquam reſponſo dato, vitā cum
morte commutaret. Bapt. Fulgo. *lib. 4.* Sed
eheu † vbi iam priſca coniugum fides, vbi 16
amor condolorq;? Quid iam coniugum fi-
des, dic Echo? lites. Quid caſtitas? leuitas.
Quid amor? dolor O ſanè lites, leuitatem,
doloremq; trium prædictorum obtinere
locum, vbique fermè terrarum experien-
tia atteſtatur.

Hinc an iniquum, quòd † huiuſmodi 17
mulieribus proprietas legatorum à mari-
tis, liberiſuè relictorum abſtrahatur? vt
vult Salyc. *in l. 27. fideicommiſſum. C. de fidei*
commiſſ. & ibi gloſſ. Bart. ad l. 1. in fin. de his quib.
vt indig. hered. gloſſ. ſing. in leg. 10. ſororem.
C. eod. Bald. *in cap. 5. tua. in fin. de procurato-*
rib. an improbum, quòd Imperator huiuſ-
modi mulieres voluit amittere tutelam,
quæ illis aliâs legitimè defert, vt in Auth.
matri & auiæ. & in Auth. ſacramentū. C. quando
mul. tut. offic. fung. pot. & ibi Doct. communiter
ait Viui. com. opin. in verb. mulier. nu. 3. an de-
niq; minùs ratione conſentaneum, quòd
his donationis per ſtatutum lucratæ pro-
prietas auferatur, *l. 3. C. de ſecund. nupt. & ibi*
Doct. Omninò non iniquū, non improbū.

non rationi minùs consentaneum, cùm omnia omnimodò duntaxat eò tendant, ne maritus defunctus liberiq; maiori iniuria & dolore afficiantur, quod aliàs, si hoc iure cautum non esset, proculdubiò fieret.

Quis iam quæso negaret, quis tantis vmbris inumbraret, quis tantis, inquam, suasoriis technis dissuaderet, statuentes non sola duntaxat hac ratione fuisse motos, ne mulieres secundum contrahentes coniugium, nimiam alienando bonorum partem, maiori liberos ex primo matrimonio procreatos iniuria afficiant.

Porrò his sic præmissis, ad II. dissentientium accedimus argumentum, concedendo, quòd statutum hoc nostrum non possit congruam alicui dotem constituendi auferre potestatem, prorsus autem negando, quòd per eiusdem statuti dispositionem hoc fiat. Nam ex quo de quarta omnium bonorum parte libera disponendi facultas mulieri conceditur, congruam dotis constitutionem, concurrentibus omnium bonorum fructibus (qui mulieri viuenti ex omnibus bonis competunt, victu duntaxat prioribus liberis seruato, *c. 3. prohibemus. Nouell. 18.*) ex hoc impediri minimè dicendum erit, cùm quandoq; (taceo de quarta) ex vsufructu tantum intra paucos lucretur annos, quantum in tota bonorum est substantia.

Etsi maior III. argumenti posset negari propositio: tamen cùm hoc in casu non multùm intersit, siue ista negetur, siue cõcedatur, simpliciter ad minorem accedimus propositionẽ, prorsus negando, quod in ea dicitur, non posse in generali dispositione alimentorum fieri constitutionem, cùm hoc minimè *in dict. l. 18.* dicatur. Sed fortè volunt (licet Rol. *d. quæst. 105. num. 11.* hoc non expresserit) ex ista lege probari, in generali alicuius constitutione alimentorum nõ posse fieri diminutionem? conceditur, sed dicere, quòd ex dicti statuti dispositione fiat dotis diminutio, falsum est, vt paulò antè probatum.

Quæ in IV. argumento dicta sunt, nihil ad rem faciunt: cùm ista tantùm dotium priuilegia confirment, quæ nos non oppugnamus.

18 Quod † in maiori V. argumenti propositione dicitur, nunquam nobis placuit: dicere enim dotis constituendę rationem esse, vt eò citiùs mulieres viros accipiant, videtur alienum esse prorsus ab omni ratione, cùm verum legitimumq; matrimonium Dei duntaxat cooperatione nutuq; contrahatur, dos verò ad eius onera subleuanda & portanda tantùm constituatur, de quo alibi latiùs. Sed esto, prauos homines opulenta dote potissimùm ad matrimonia inuitari celebranda, sed quartam omnium bonorum partem, maximo totorum bonorum vsufructuum additamẽto concurrente, non esse ad dotis constitutionem sufficiẽtem, rursus negatur. Nam pone mulierem habere mille in propriis bonis, & totidem in bonis defuncti, si iam constitueret quingentos de bonis suis in dotem, nunquid sufficeret talis dos iuxta constitutionem iuris communis? vtique. Cur nõ igitur talis dotis dimidietas iuxta statuti dispositionem sufficeret, cùm illa in proprietate suppleat, quod illi in fructibus deest? Et sanè nullum credo, cui inter has duas dotes daretur eligendi potestas, quin dotem habentem eius proprietatem quoad lucrum inclusam, eligeret, maximè cum sciat, quòd etiam aliorum bonorum fructus ad onera matrimonij supportanda possit adhibere.

Quod † dicit Anchar. in VI. argumen- 19
to, nostram opinionem comprehendere absurdum, minimè rationi consonum est. Cur ita? quia ex statuti dispositione non cõuincitur, vt mulier secundo soluto matrimonio dimidiam quartæ duntaxat ad tertium possit conferre, sed eandem quartam. Nam quemadmodum mulier tacitè eadem dote dicitur nubere, quæ sibi vel iuxta iuris communis constitutionem, vel secundum parentis eius, priorisque viri conuentionem erat constituta. *Authent. sed quamuis. C. de rei vxor. act.* sic quoque dicitur tertium celebrare matrimonium eadem dote, sibi à statuto præscripta, cùm statuti dispositio non dedignetur, istis in casibus iuris ciuilis interpretationem sequi. *l. 2. si serui vestri. C. de noxal. cap. 8. cùm dilectus. de consuetud.* Bart. *ad l. 9. omnes populi. in 3. & 6. q. princ. de iust. & iur.*

Cæterùm prædictis argumentis sic solutis, vnum pro huius quæstionis complemẽto addimus, ex quo perspicuè demonstrabitur, statuentes iustissima motos fuisse ratione, esseque omninò alterum statutum, de quarta dotis parte lucranda tantùm intelligẽdum. Nam pone (secundum aduersam opinionem) virum liberos cum eadem vxore habentem lucrari partem

dimi-

dimidiam omnium bonorum, eiusq; præfunctæ vxoris, isti liberi participarent proculdubiò iure hereditario de altera dimidia, cùm aliis ex priori matrimonio liberis, sicq; diuerso iure, plùs quàm bis acciperent, quod priores liberi semel, quod esset iniquissimum, quia minimè conuenit menti & rationi omnium legum, de rebus dotalibus & secundis nuptiis disponentium, quæ omnes quoad fieri potest, ad istud intendunt, ne priores liberi per posterius matrimonium exhonorati, magnaq; tristitia & iniuria affecti, insuper noua tristitia & maiori iniuria obruantur, vt hoc satis in principio huius Replicationis est ostensum. Nam suppone, vt Anchar. pro sua facit opinione, mulier habens quinquaginta in bonis, dat viro dimidiam, id est, vigintiqninqne, mulier moritur superstitibus quatuor vel quinq; liberis ex posteriori matrimonio, & totidem ex anteriori.

Si iam verum esset (vt aduersarij volunt opinatores) quòd maritus posterior lucraretur dimidiam partē bonorum, sequeretur quòd ipsius liberi ex eadem vxore suscepti, istam partem quoad proprietatem sibi acquirerent, per text. *in Auth. vxore mortua. C. de secund. nupt.* & alteram dimidiam cum liberis anterioribus participarent, sicque anteriores liberi tantùm acciperent tredecim absque dimidio, vbi alij acciperent triginta septem & dimidium, quod non solùm esset absurdum, sed fermè inhumanum, cùm ex eo legitima iure naturæ debita auferretur.

Ex his, Domini, habetis nostram demonstrationem sufficienter munitam, à qua tàm in theoricè respondendo, quàm in æquè iudicando, secundum nostrum quidem iudicium non erit recedendum.

Huius conclusionis exceptio videtur, nisi mulier in initio, contracti matrimonij tempore haberet liberos, qui constante matrimonio morerentur. Ex quo enim tunc cessaret ratio statuti, ipsam quoque statuti cessare rationem diceremus.

QVAESTIO LIV.

Num *l. 6. hac edictali. C. de secund. nupt.* censeatur derogatum, stante statuto, quòd vxore præmoriente sine liberis maritus lucretur dotem, si vxor decesserit cum filiis ex primo matrimonio, & non ex secundo?

SVMMARIA.

1 *L. 6. hac edictali. C. de secund. nupt. derogatur, stante statuto, quòd vxore præmoriente sine liberis, &c. si decesserit cum liberis ex primo matrimonio, & non secundo. contrà nu. 6.*
2 *Argumentum Authoris pro eadem opinione.*
3 *Statutum idem disponens, quod ius commune, debet vltra illud operari.*
4 *Licitum facit illicitum licitum.*
5 *Statutum derogatorium iuris communis recipit ab eo interpretationem passiuam. & numer. 8.*
7 *Mulier non potest plus relinquere marito, quàm vni ex liberis prioris matrimonij.*
9 *Legitima per statutum non potest auferri.*

PARS I. AFFIRMANS.

PRo sententia † affirmatiua faciunt hæc sequentia argumenta. I. Statutum generaliter disponens, generaliter est intelligendum, per textum *in l. 4. placet. de liber. & posthum.* Sed statutum, de quo nos agimus, generaliter loquitur, hoc est, non distinguit vtrum vxor decedat sine liberis, ex primo vel secundo matrimonio, sed simpliciter dicit, *si sine liberis decesserit*, quæ verba tàm in primo, quàm in secundo matrimonio possunt verificari. Ergo, &c. 1

II. Ex quo statutum vult maritum lucrari dotem, vt eò facilius mulieres reperiant maritos; satis constat illud ipsum statutum velle remouere omne obstaculum; *d. l. hac edictali. c. optimè. Nouel. 22.* in quibus lucis de prioris matrimonij liberis disponitur, *argument. leg. illud. de acquir. heredit.*

Nam considerando rationem & mentem statuti, videtur omninò dicendum, quòd per statuti verba non secundi matrimonij liberi, sed primi intelligantur, cùm aliàs statutum in secundo viro nihil operaretur.

III. Statutum † de quo nos in proposito quærimus, eodem modo est intelligendū in secundo matrimonio, qui intel- 2

ligitur

ligitur in primo, quia matrimonium posterius eadem habet priuilegia & commoda, quæ habet matrimonium prius, per iura vulg.

Sed in priori matrimonio statutum intelligitur tantùm de liberis, ex ipso marito procreatis, cùm aliàs hoc modo statutum non intelligendo, sequeretur quòd liberi naturales vel spurij, si quos haberet vxor, impedirent, quò minùs maritus dotem lucraretur. Sed hoc est falsum. Vnde videtur concludendum, quòd prædictum statutum tantùm sit intelligendum de liberis, ex ipso marito procreatis, & cõsequenter, eis vnà cum marito defunctis, maritus dotem lucrabitur. Hoc argumentum nouiter à nobis datum videtur multùm pro hac opinione stringere.

3 IV. Statutum † idem disponens, quod ius commune, debet aliquid vltra ius illud operari. *l. 3. §. si rem. de legat. 3. & ibi Doctor.* facit quod dicit Bal. *ad l. nullus. C. ad l. Iul. Maiest.* vbi si quis habet potestatem inquirendi de aliquo delicto, de quo anteà inquirere poterat, à Principe concessam, potest virtute eius potestatis procedere, etiam fama non præcedente. Quod dictum Baldi magnificat Rom. *in l. 1. col. 22. C. de hered. instit.*

Ergo si verum sit, quòd statutum, de quo nos agimus, idem videatur disponere, quod *dict. l. hac edictali*, sequitur vt etiam statutum debeat aliquid vltra operari, putà, vt etiam procedat in muliere, ex primo matrimonio liberos habente, cùm aliàs non statutum, sed ius commune nuncuparetur. Sic pro hac parte arguit Roland. à Vall. *in tractat. de dote. quæst. 26. numer. 6.*

4 V. In † casu quo aliud est licitum, & aliud illicitum, sit illicitum licitum, *text. in l. 29. fin. de liberat. leg. & l. 5. si sponsa. §. generaliter. de donat. inter vir. & vxor.* Sed hoc in casu respectu statuti licitum est marito mortua vxore lucrari dotem, respectu autem liberorum prioris matrimonij videtur esse illicitum.

Ergo quod respectu liberorum est illicitum, tollitur per illud, quod respectu statuti est licitum.

5 VI. Statutum † quando est derogatorium iuris communis, non recipit interpretationem passiuam à iure communi. Bal. *ad l. maximum vitium. colum. penul. C. de liber. præterit.* quem sequuntur Paul. de Castr. *in l. fin. §. in computatione. C. de iur. de lib.* Rom. *consil. 399. colum. pen.* & Alex. *in consilio 35. colum. penult. volum. 6.* quos refert & sequitur Rol. à Vall. *d. quæst. 26. num. 10.* Sed in casu nostro statutum est derogatorium iuris communis. Ergo iuxta eius interpretationem passiuam non est intelligẽdum. Per hoc argumentum videtur auferri principale fundamentum alterius opinionis, quæ maximè se fundat in explicatione iuris communis.

Ex his & similibus fundamentis huius opinionis assertores concludunt, quòd per prædictum statutum censeatur derogatum *dict. l. 6. hac edictali. C. de secund. nupt.* Huic opinioni se subscribunt Bald. *in l. ea lege. colum. 4. C. de condit. ob caus.* Campez. *in tractat. dot. part. 5. quæst. 10.* Eandem tenet Petr. Ferrat. *in sua pract.* Raynet. *in consil. 68. & in consilio vlt.* Socynus *in consil. 52. volum. 3.* vbi dicit longissimam consuetudinem totius Lambardiæ istam conclusionem approbasse.

PARS II. NEGANS.

Prædictis non † obstantibus pars negatiua de iure est verior. Nam quod in l. dictum est argumento, statutum hoc generaliter disponere, & ideò tàm de liberis primi matrimonij, quàm secundi esse intelligendum, plùs nostram opinionẽ corroborat, quàm debilitat. Ex quo enim cõceditur, quòd statutum etiam disponat de liberis prioris matrimonij, certum est, quòd nisi eis mortuis maritus dotem lucrari haud possit, cùm statuti dispositio priùs locum habere nequeat. 6

Non obstat II. argumentum. Nam si verum esset, quòd statutum propter dictam rationem velit remouere omne obstaculum *d. l. hac edictali*, sequeretur quòd maritus etiam liberis superstitibus lucraretur dotem. Sed hoc est falsum, vt plenè *in d. l.* determinatur.

Præterea, si ob prænominatam rationem (quę tamen rectiùs considerando statuti ratio dici non potest) *d. l. hac edictali*, statutum in totum velit derogare, de liberis nullam fecisset mentionem. Sed facit, imò ne liberi superstint, expressè requirit. Ergo, &c.

Neq; contrariatur, quod in eodem dicitur argumento, statutum aliàs nihil operari, in secundo matrimonio, quia in hoc sta-

tuto nulla requiritur operatio, vbi adhuc supersunt liberi.

Negatur minor III. argumenti propositio. Nam ex quo statutum indistinctè de liberis loquitur, non solùm liberi ex ipso marito, sed etiam ex quouis alio legitimo viro nati intelliguntur, neque ex eo sequitur, quòd liberi merè naturales vel spurij essent impedimēto, quò minùs maritus dotem lucraretur, quia per istud statutum non intelliguntur liberi illegitimi, sed legitimi.

Respondetur ad IV. argumentum, quòd licet statutum nihil operetur, quoad ipsum lucrum dotis: tamen cùm ex ea depromatur noua agendi species, scilicet condictio ex statuto, dici non potest, quòd planè nihil operetur. Bart. & alij Doct. *ad l. 1. in princ. ad l. Falcid.* Rolan. à Vall. *d. quaest. 26. in fin.*

V. Argumentum planè nihil obstat. Nam si verum esset, quod in eo dicitur, sequeretur quòd maritus etiam liberis ex vtroq; matrimonio superstitibus dotem lucraretur. Sed consequens est falsum, vt & ipsum statutum expressè determinat, & ipsi dissentientes fatentur. Caeterum quod in *dd. ll.* dicitur, illicitum aliquando permitti per licitum, fit propter inseparabilem coniunctionem, quae nostro in casu non reperitur.

Pro hac parte I. hoc modo argumentantur Doctores. Si per praedictum statutum derogaretur *d. l. hac edictali.* sequeretur quòd facili negotio per machinationē aliquam mulier posset defraudare prioris matrimonij liberos, quia viro posset constituere dotem omnium bonorū suorum.

7 Sed † consequens est falsum, vt patet expressè per *d. c. 27. optimè. Nouel. 22.* vbi dicitur, quod neq; per suppositam personam, neq; per machinationem, aut aliū quemuis modum, vxor possit plus relinquere marito suo, quàm vni ex liberis suis. Ergo & antecedens.

8 II. Statutum † recipit interpretationem passiuam à iure communi, *leg. 2. si serui vestri. C. de noxal. cap. cum dilectus. de consuet.* maximè in casu quo quis graue damnum ex dispositione statuti deberet sentire. Gloss. *in leg. fin.* §. *in computatione. C. de iur. deliberand.* quam ibidem approbant communiter omnes Doctores. Sed si statutum secundum opinionem affirmatiuam esset intelligendum, magnum damnum sentirent liberi prioris matrimonij, quia eorum legitima per hoc auferri posset.

Ergo praenominatum statutum recipit interpretationem passiuam à iure cōmuni, intellige, vt tunc demum statuti dispositio habeat locum, si nulli ex priori matrimonio extent liberi.

Hoc argum. confirmatur etiam per ea, quae dicit Alex. *in cons. 87. in fin. & in consilio 119. col. pen. vol. 7.* scilic. quòd statutum non debeat addere aliquid iuri communi, si ex eo inferretur graue praeiudicium parti, sed quòd omnino in parte debeat fieri interpretatio secundum ius cōmune, etiamsi propter istam interpretationem statutum nihil operaretur. Idem Bart. & alij *in l. 4. §. praetor. de dam. infect.*

III. Statutum † per quod liberis potest auferri legitima, non valet. Nam ex quo legitima succedit in locum alimentorum, debetur iure naturae, quod per statutum tolli non potest. § *sed naturalia. Inst. de iur. natur. gent. & ciuil.* 9

Sed per hoc statutum, de quo nobis instituta est disputatio, potest auferri liberis legitima, quia mulier, vt suprà dictum est, posset omnia sua bona marito dare in dotem, & sic in totum defraudare liberos, quod ipsa naturalis ratio prohibet.

Ergo hoc statutum, si intelligatur secundum opinionem affirmatiuam, non valet.

Per haec & similia iuris fundamenta intrepidè concludimus, quòd praenominatum statutum per supercxistentiam liberorum prioris matrimonij inualidetur.

Hanc opinionem confirmant Bartol. & Salycet. *in d l. hac edictali.* Bald. sibi contrarius, & Iacob. Butr. *in cap. 1. an mar. succ. vx.* Paul. de Castr. Ias. & Dec. *in Authent. praetereà. C. vnde vir & vxor.* Salycet. & Paul. *in l. 1. de inoffic. dot.* Paul. de Castr. *in consil. 237. colum. 2.* vbi hanc communem esse opinionem asserit. Idem testatur Alex. *in consil. 114. col. 2. volum. 5.* Asserit hoc idem Curt. sen. *in consil 78. colum. 4.* Socyn. *in consilio 52. colum. 2. volum. 3.* Idem Curt. iun. *in consil. 122.* Dec. *in cons. 19. & in consilio 283.* Boër. *decis. 113. col. 4.* Ruin. *consil. 94. col. 2. volum. 5.* qui omnes attestantur hanc esse communem Doctorum opinionem, pro ut eos refert & sequitur Rol. à Vall. *d. quaest. 26. num. 13.*

Adde Ioan. de Amic. *in consil. 3. & latius in consilio 11.* Ludou. Rom. *in cons. 444 & in consi. 44.* Raph. Cum. *in cons. 109.* & Fulgos. *in consil. 63.*

Ex quibus hanc partem communiter esse receptā constat, & vide omninò Phanuc. de Phanuc. *isto tract. gloss. 5. nu. 36. & seq.* vbi hanc partem replicat. Sed facilè eius replicationi potest responderi. Quare eam tanquàm superfluam amittimus.

Hæc conclusio limitatur non ita absolutè procedere, quasi vir vigore dicti statuti nihil lucraretur: lucratur enim tantum, quantum vni liberorum ex bonis maternis debetur, vt decidit Bart. *in d. l. hac edictali,* quem sequuntur Bal. Butr. Francisc. de Albergo. & Cardin. Alex. *in d. c. 1. an mar. succ. vx.* & hanc limitationem summoperè menti tenendam esse ait Bart. *d. loc.*

QVAESTIO LV.

Ex præcedenti quæstione promanat alia quæstio; num legitima filiorum primi matrimonij confundatur in portionem, quæ illis debetur ex dispositione. l. 6 hac edictali. C. de secund. nupt.

SVMMARIA.

1 *Legitima confundatur liberis in portionem, quæ eis ex dispositione l. 6. C. de secund. nup. debetur, contrà nu. 2. eiusdem exceptio. n. 7.*

3 *Concessum in fauorem, in odium non est retorquendum.*

4 *Remedium vnum non tollit alterum, modò vtrumq; sit diuersi iuris.*

5 *Actio vna tacitè alteram non tollit.*

6 *Legitima & quod debetur liberis, ex d. l. 6. quomodo petatur.*

7 *Replicatio Authoris, quòd liberi simul legitimam & portionem ex d. l. 6. C. de secund. nupt. illis debitam non possint petere.*

8 *Crauet. solutio per Authorem infringitur.*

9 *Intellectus Authoris ad d. l. 6. & nu. 10.*

11 *Author se excusat, quòd à communi Doctorum recedat opinione.*

PARS I. AFFIRMANS.

1 CIRCA hanc † quæstionem diuersæ reperiuntur Doctorū sententiæ. Quorundam opinio est, quòd legitima confundatur in portionem, illis vigore *dict. l. 6. hac edictali,* debitam, quæ nititur l. hoc fundamento. Quod liberis debetur ex dispositione legis, hoc illis computatur in legitimam, iure naturæ debitam. Gloss. & Bald. *ad leg. 10. quanquam. C. ad l. Falcid.*

Sed prędicta portio debetur illis ex dispositione legis.

Ergo ista computatur in legitimam, ita arguit pro hac opinione Iacob. Butr. *in d. l. hac edictali.*

II. Lex simpliciter disponens, simpliciter est intelligenda, per vulgar. At *dict. l. hac edictali,* simpliciter disponit, quòd maritus possit tantum habere ex bonis suæ vxoris, quantum vni debetur ex liberis eiusdem vxoris, & non distinguit inter debitum, quod debetur iure naturæ, & quod debetur ex dispositione *dict. leg. hac edictali,* sed simpliciter determinat, quantum vni ex liberis debetur, tantum posse ab vxore relinqui marito. Vnde satis constat, quòd legitima computetur in prædictam portionem.

III. Maritus quoad portionem, sibi ab vxore relictam, æquiparatur liberis prioris matrimonij, vt decidit Bald. *in d. l. hac edictali.* Ergo indistinctè debet tantum habere, quantum vnus ex liberis.

Ex his fundamentis concludunt, quòd legitima filiorum prioris matrimonij computetur in portionem, illis ex *d. l. hac edictali,* debitam.

Hanc opinionem confirmat Gloss. *in dict. l. 6. hac edictali. in verb. dimidi.* & ibidem Iacob. de Raue. Cyn. Rayn. Iacob Butr. & Salycet. qui dicit ab hac opinione in consulendo non esse recedendum. Idem tenet *in leg. 9. quoniam præteritæ. C. de secund. nupt.* Eamque veriorem esse restatur Anchar. *in consilio 101. colum. 1.* Tenet etiam hanc opinionem Bald. *in dict. l. hac edictali. in lect. antiq. & in consilio 273. volum. 2. & in consil. 276. versic. item lucratur. volum. 3.* Paul. de Castr. *in consil. 339. in fin. volum. 2.* Cuman. *consil. 109. in fin.* Alex. *in l. in quartam. circa fin. ad l. Falcid. & in consil. 158. colum. 3. volum. 5.*

PARS II. NEGANS.

QVi † contrariam tuentur sententiam, ad prædicta argumenta hoc modo conantur respondere. Ad maiorem 2

I. argumenti respondet Aym. Crauet. *in consil. 194. col. 2.* verum illud esse, quod debetur ex dispositione legis computari liberis in legitimam, quando hoc non sit contra expressam testatoris voluntatem, prout de Trebellianica expressè non prohibita determinatur, quæ in legitimam computatur, quando filius grauatur purè. Ratio est, quia dici non potest, quòd capiatur contra voluntatem testatoris, cùm prohibendi potestatem non habeat, vt dicitur per Ioan. de Ana. *in consi. 67.* Corn. *in consil. 305. colum. 4. vol 4.* Dec. *in consil. 257. col. fin.*

Sed quod capiunt liberi primi matrimonij, habent in suum fauorem, cõtra expressam patris voluntatem, ex dispositione *d. l. hac edictali.*

Ergo hoc in legitimam non est computandum. Summa solutionis hæc est: Illud
3 quod † in fauorem est concessum, non est in odium retorquendum. Sed si dicta portio, quæ debetur liberis ex *dict. l. hac edictali.* computaretur in legitimam, sequeretur quòd concessum in fauorem retorqueretur in odium, quia *d. l.* dispositio respectu liberorum nihil boni operaretur. Ergo, &c.

Potest etiam hoc modo responderi, quòd hoc sit speciale fauore testamenti, vt interdum portio liberis ex dispositione legis debita, in legitimam eis imputetur, vt testamentum sustineatur, quod hoc in casu, cùm nulla subsistit specialitas, non procedit.

Negatur minor II. argumenti propositio. Nam si *dict. l. hac edictali.* indistinctè tàm de legitima iure naturæ debita, quàm de portione ex *dict. l.* dispositione filius concessa, esset intelligenda, sequeretur quod *d. l.* frustrà esset condita, quia in effectu nihil disponeret, cùm indubitatum sit, quòd legitima debeatur liberis. Sed consequens est falsum. Ergo, &c.

Ad antecedens III. argumenti respondet Roland. à Vall. *in tract. de dot. q. 27. nu. 7.* quòd pater duntaxat respectu *d. l. hac edictali.* & non vlterius æquiparetur liberis, cùm aliàs retineret vltra beneficium *d. l.* & hoc modo necessariò Baldum esse intelligendum ait.

Ad confirmationem harum solutionum
4 I. hoc modo argumentatur. Vnum † remedium nõ tollit alterum, modò vtrumq; sit diuersi iuris. *Gloss. in c. 27. optimè. Nouel. 22.* Sed remedium vnum, quod debetur legitima, habent liberi iure naturæ; alterum verò habent iure communi. Ergo vnum non tollit alterum, sed vtrumque operatur.

II. Facit † expressè in argumentum *l. 41. quoties. de actionibus & obligat.* vbi determinatur, quòd vna actio alteram non tollat, nisi hoc expressè sit adiectum. 5
Verba textus sunt: *Quatiens lex obligationem introducit, nisi si nominatim cauerit, vt sola ea actione vtamur, etiam veteres eo nomine actiones competere.*

Ex quibus verbis constat, quòd vna obligatio vel vna actio alteram non tollat, nisi hoc in lege sit expressum. Ex quo igitur tacitè vnum non tollat alterum, & *in d. l. 6 hac edictali,* non sit expressè legitima per portionem ex *d. l.* debitam sublata, certi iuris conclusio videtur esse, vt liberi tàm legitimam, iure naturæ illis debitam, quàm portionem illis propter transitum matris ad secunda vota per *d. l. 6.* concessam, debeant consequi.

III. Pro hac opinione videtur esse tex. *in d. l. 6.* ibi: *Ita tamen, vt quarta pars, quæ eisdem liberis debetur, ex legibus nullo modo minuatur, nisi ex his causis, quæ de inofficiosi excludunt querelam.* Per quæ verba videtur omninò dicendum, quòd legitima in dictam portionem non sit computanda.

Ex his concludunt, quòd liberi tàm legitimam, quàm prænominatam portionem illis, propter transitum matris ad secundum matrimonium debitam consequantur.

Huic conclusioni subscribunt Bart. *in l. 1. C. de inoffic. dot.* & ibid. Bald. & Paul. de Cast. Ang. *in d. c. optimè.* & ibid Gloss. Idem Bald. *in d. l. hac edictali. colum. 3. & in consilio 401. colum. 2. volum. 3. & in consil. 22. volum. 5.* Cuman. *in consil. 108. col. fin.* Fulgos. *in consi 88. col 2. & consi. 97. col. 2.* Ferrariens. *in forma libel. quomodo vxor agit ad dotem. versic. dicta domina. colum. pen. in fin.* Socyn. *consil. 35. col. pen. & fin. volum. 4.* Curt. sen. *in consil. 78. col. 4. in fin.* Dec. *in consil 246. colum. 2.* vbi inquit, temerarium esse ab hac opinione recedere. Eandem tenet Ruin. *in consil. 94. colum. 3. volum. 5.* refert & sequitur Roland. à Valle *d. quæst. 27. num. 5.* vbi dicit, hanc esse magis communem Doctorum opinionem.

Circa exactionem vtriusq; debiti hunc

ordinem dicit esse seruandam Paul. de Castr. *in d. l. hac edictali.* scilic. vt primò petatur legitima per querelam inofficiosæ dotis, deinde deducta legitima residuum inter eos diuidatur.

6 Huius conclusionis† exceptio est, nisi mulier secundò nubens de nouo dotata sit ab extraneo. Nam eo in casu *d. l. hac edictali*, non habet locum. Ratio est, quia extraneus potest prouidere de restitutione dotis, prout vult, potest enim pacisci, vt dos restituatur sibi, vel maneat apud maritum, *l. ex morte. in fin. C. de pact. conuent.* ibi: *nisi fortè is, qui eam obtulerit, statim* (id est tempore oblationis vel promissionis) *stipulatus vel pactus sit, vt sibi dos prædicta reddatur.*

Ergo à contrario sensu, si possit stipulari, vt sibi dos reddatur, potest etiam pacisci, vt apud maritum maneat. Prædictæ exceptionis replicatio est, nisi filia denuò à patre sit dotata, quia pater ad filiam dotandam obligatur. *leg. 52. obligamur. §. 5. lege. de action. & obligat.* Ita sentit Bald. *in d. l. hac edictali. colum. 5. vers. sed pone.* quem refert & sequitur Curt. iun. *in consil. 122. col. fin.* & Salyc. *in l. 135. si ita quis. §. 3. ea lege. de verbor. obligat.*

REPLICATIO.

7 LICET † prædicta responsio ratione & lege haud videatur carere: tamen intimam legum medullam inspiciendo apparet, quòd ista hoc modo replicari pos-
8 sit. Solutio† per Crauet. ad I. argumentum data, non stringit, quia illud, quod in fauorem liberorum *in dict. l. hac edictali*, est concessum, per prædictum argumentum pri-
9 mæ opinionis, eis non aufertur: fauor † enim qui conceditur liberis, *in d. l.* nihil aliud est, quàm quòd per eam determinetur, ne liberis propter nimiam matris in vitricum donationem, eorum legitima diminuatur.

Et istud esse totum fermè, & principale quod per *d. l.* disponitur, reperiet fortè is, qui eam acutè intuetur, & ostendetur etiam passim per totam hanc replicationem.

Sed huiusmodi fauor per prædictum argumentum non aufertur filiis. Ergo solutio per Crauet. data, manet infirma. At hic nos fortè quispiam *in d. l.* chimæram quandam fabricare existimat, veluti aquam igni commiscens. Nam dicet, si de nulla alia *in d. l.* agatur portione, quàm de legitima, non solum Crauet. responsio, verum etiam ipsa minor I. argumenti propositio infirmabitur. Verum, vtut ista sese habeat sequela: tamen iste intellectus videtur propterea non deferendus, reseruatis nihilominus prædictorum Doctorum, hanc opinionem defendentium, fundamentis.

Non obstat, quòd in solutione II. argumenti dictum est, quia inspiciendo legem prout debet, dici non potest, quòd propterea nihil operetur, cùm *d. l.* determinatum rursus non determinet, sed quò magis seruetur præcaueat.

Et † vt verissimum hoc esse intelliga- 10
mus, genuinum istius legis sensum in hunc modum formemus. Imperatores Leo & Anthoninus propter nimiā donationum, & dotium inter virum & vxorem intemperantiam moti sanciuerunt, ne aliquis ad secunda vota transiens valeat vltra partem liberis debitam suo coniugi relinquere.

Videbant enim, quòd sæpenumerò per donationis vel dotis contractus liberi defraudarentur sua legitima, vel saltem eis diminueretur. Ideoque ne hoc fieret, istam l. in fauorem liberorum perpetuò valituram sanciuerunt.

Et istam legē hoc modo esse intelligendam, patet expresse ex *d. c. 27. optimè. Nouell. 22.* de eadem materia disponente. Nam ex quo ibi dicitur, quòd *in dict. l. hac edictali*, optimè per Leonem sancitum sit, ne parens, ad secundum cōnubium transiens, habeat potestatem donationis vel dotis titulo plus secundo coniugi conferendi, quàm vnus liberorum ex generante habet, perspicuè constat quòd legitima putetur, cùm illud, quod necessariò habet ex generante, legitima tantum dicatur.

Præterea non opus est, vt magnam quæramus explicationem, vbi illa in lege est expressa. Nam quòd dispositio legis hoc tantùm velit, quòd legitima portio iure naturæ liberis debita, donationis aut dotis titulo ab illis non auferatur, apertè constat ex ipso *dict. c. 27.* contextu. Nam explicando quodammodo præcedentia verba, ex *dict. l. hac edictali.* desumpta, quidue legitima dicatur portio,

portio, de qua ibi agitur, addit: *Quippè dudum quarta, nunc autem tertia, aut media ſecundum noſtram legem portione omninò filio relinquenda aut danda, niſi rurſus ingratitudinis ratio contradicat.* Eundem ſenſum habere *dict. l. hac edictali.* patet ex his verbis ibid. poſitis: *Ita tamen vt quarta pars, quæ iiſdem liberis debetur ex legibus, nullo modo minuatur, niſi ex his cauſis, quæ de inofficioſo excludunt querelam.*

Nam ex quo per hæc verba dicitur, quod legitima portio non ſit diminuenda, ſatis conſtat, vbi illa integrè relicta eſt, quod neceſſariò parentes eis plus relinquere non teneantur. Tantùm igitur abeſt dicere, portionem, de qua *in dict. l. hac edictali*, & *in d. c. optimè.* in legitimam non imputari, vt planè contrarium in eiſdem locis dicatur, imò de ipſiſſima legitima diſponatur.

Ex his patet replicatio ad ſolutionem à Rolando ad antecedens III. argumenti datam. Nam ſi verum ſit, quòd dictum Baldi reſpectu duntaxat *dict. l. hac edictali.* ſit intelligendum, & *in d. l.* de legitima iure naturæ debita, & non de alia portione diſponatur, certum eſt, quòd vitricus vel nouerca liberis quoad iſtam legitimam ſit æquiparandus.

Cætera quæ adducta ſunt argumenta per prædicta ſoluuntur.

11 Licet † per nouum hunc intellectum videatur prædicta communis Doctorum opinio confundi: tamen cùm non ſit facilè à communi opinione recedere, pro hoc tempore cum proteſtatione de meliori ſentientis iudicio in hanc partem concluſum volumus.

Neque enim nobis propoſitum fuit, quid nos ſentiremus expreſsè aperire, quàm aliorum in futurum ſcribentium ſententiam elicere. Quid ſi etiam cum communi ſentientes opinione, quemadmodum apud Platonem Glauco inſtitiam vituperat, vt Socratem ad laudandam eam prouocaret, ita nos fingamus diſſentire à prædicta opinione, vt inſtructi aliorum defenſione, poſthac magis paſſim noſtram ſententiam apud alios tueri.

QVAESTIO LVI.

Statutum diſponens, quòd prædefuncta vxore maritus omni in caſu lucretur dotem, an habeat locũ, ſi moriatur ſuperſtitibus liberis?

SVMMARIA.

1 *Statutum diſponens, quòd mortua vxore maritus omni in caſu lucretur dotem, non habet locum, ſi moriatur ſuperſtitibus liberis. contrà nu. 2.*

3 *Legatum generaliter de certis rebus factum, non comprehendit venalia.*

4 *Dictio, omnis, eſt vniuerſalis.*

PARS I. NEGANS.

HAnc quæſtionem breuiter attingendo pauca, quibus negatiua † confirmatur ſententia, præmittas, & inprimis 1 pro ea Doctores hoc modo argumentantur. Statutum nouiter introductum, licet verbis vniuerſalibus vtatur: tamen recipit interpretationem à iure communi, quò minùs illud lædat. Bart. *in l. 1. §. nunciatio. de oper. noui nunciat. Gloſſ. & Bald. in l. fin. C. ſine cent. vel reliq.*

Ergo licet prædictum ſtatutum vniuerſaliter loquatur; tamen ne oppugnet hoc *l. 6. hac edictali. C. de ſecund. nupt. & cap. 27. optimè. Nouell. 22.* eſt intelligendum, vt tunc demum procedat, ſi nulli ſuperſint liberi.

II. Statutum ex quo ſequitur inhumanitas quædam, vel minùs aliquid rationale, non valet, vulg. Sed ſi per prædictum ſtatutum liberis ſuperſtitibus vir lucraretur dotem, ſequeretur ex eo magna inhumanitas, quia exindè filiis magnum inferretur damnum, imò & ipſa legitima iure naturæ illis debita quandoq; eis auferretur. Ergo, &c.

Per hæc & ſimilia iuris fundamenta huius opinionis Doctores concludunt, quòd prædictum ſtatutum ſuperſtitibus liberis non valeat.

Aſſentiunt huic concluſioni Iaſ. *in Authent. prætereà. col. 7. verſic. aliquando & tertio. C. vnde vir & vxor.* & ibid. Franciſc. de Pepis *in 7. not.* Ioan. de Amic. *in conſ. 11. col. pen.* & Boër. *in deciſ. 2. nu. 34.*

Huius concluſionis exceptio videtur, vt non procedat in quantum non eſt contra diſpoſitionem, *d. l. 6. hac edictali. & d. c. 27. optimè.* putà, vt vir virtute ſtatuti iſtius

possit tantum capere, quantum vnus ex liberis.

PARS II. AFFIRMANS.

2 PRo affirmatiuæ † huius opinionis defensione respondetur ad antecedens I. argumenti, quòd illud procedat, quando ex vniuersali statuti dispositione prauus intellectus, vel absurdum aliquid sequitur.

Sed ex hoc statuto nihil sequitur absurdum, vt est communis opinio, vt infrà patebit. Ergo, &c. Ita respondet ad hoc arg. Dec. *in d. Auth. præterea.*

Negatur minor II. argumenti propositio, quia ex hac vniuersali statuti dispositione nulla sequitur inhumanitas, cùm per istam prioris matrimonij liberis legitima non auferatur, vt in exceptione dicetur.

3 Pro hac parte facit † quod dicit Bartol. *in leg. 32. generali. §. 2. vxori. de vsu & vsu fruct. leg.* quòd in legato generaliter facto de certis rebus non veniant venalia, sin autem verba vniuersalia in eo sint apposita, quòd tunc etiam venalia intelligantur.

Item facit quod dicit Bald. *in c. 8. in præsentia. colum. 2. de probation.* quòd licet in feudo, vel emphyteusi Ecclesiastica, appellatione heredum non veniant nisi descendentes, iuxt. *c. 1. de alien. fac.* tamen hoc non procedere, si in concessione feudi adiectum sit, *pro se & heredibus suis omnibus,*
4 cùm propter † vniuersalem dictionem illam, *Omnibus*, etiam alij comprehendantur. Quod idem determinat Alexand. *in consil. 39. col. fin. vol. 5. & in consil. 195. col. 2. vol. 6.* & Dec. *consil. 294. col. 2.* vbi ait, quòd propter dictionem, *Omnes*, etiam veniant heredes extranei.

II. Liberi prioris matrimonij ex hoc statuto nullum patiuntur damnum, quia licet perdant bona dotalia matris: tamen propterea non sequitur, quòd patiantur damnum, multò minùs inhumanitatem aliquã. Ratio est, quia talia bona loco lucri illis obueniunt, *argum. eorum quæ not. in l. 3. C. de iur. & fact. ignor.* Iccirco dici non potest, licet ea quandoque perdant, quòd magnum damnum sentiant. Ex quo consequenter patet, prædictum statutum non esse improbandum.

Ex his concluditur, quòd prædictum statutum sit validum. In hanc sententiam ineunt Roman. *consil. 44.* Curt. iun. *in cons. 85. col. 1. & in cons. 183. col. 1. in fin.* Dec. *in consilio 76. col. 2. & in consil. 195. & in consil. 293.* Idem *in l. omnia. in princip. si cert. pet.* Paris. *in consil. 91. colum. 3. volum. 3.* Socyn. *consil. 52. col. pen. vol. 3.* Alciat. *lib. 1. de verb significat.* refert & sequitur Rol. à Vall. *in tract. de dot. q. 29. nu. 6. & seq.*

Huius conclusionis exceptio est, nisi liberorum legitima ex tali statuto minueretur. Nam casu, quo mulier omnia sua bona marito in dotem dedisset, datur liberis de ipsa dote facultas legitimam detrahendi. Ratio est, quia legitima debetur iure naturæ, licet hoc multi negent: succedit enim in locum alimentorum, quæ ipsa naturali suadente ratione debentur.

QVAESTIO LVII.

An statutum deroget l. 6. hac edictali. C. de secund. nupt. determinans quòd prædefuncta vxore sine liberis ex eis, maritus lucretur dotem, superstitibus adhuc ex priori matrimonio liberis?

SVMMARIA.

1 *Statutum disponens, quòd maritus prædecedente vxore sine liberis ex eis natis lucretur dotem, non habet locum, si decedat superstitibus ex priori matrimonio liberis. contrà nu. 5.*
2 *L. 6. C. de secund. nupt. non intelligitur in dubio derogatum.*
3 *Verba,* ex eis, *in statuto posita diuisiuè tàm de liberis prioris, quàm posterioris matrimonij sunt intelligenda.*
4 *Mulier ad secundum transiens matrimonium debet præcauere, ne dos in præiudicium liberorum prioris matrimonij alienetur.*
6 *Statutum non recipit interpretationem passiuam à iure communi, quando expressè constat, statutum derogare iuri communi.*
7 *Verba legis debent intelligi cum effectu.*
8 *Vno posito alterum excipitur.*
9 *Natus post deportationem non comprehenditur sub conditione liberorum.*
10 *Sermo singularis in negatiuis vel priuatiuis tantum importat, quantum pluralis.*
11 *Mulier non dicitur peperisse, cui exciditur infans.*
12 *Natus non dicitur, qui totus viuus in mundum non processit.*

13 *Natus non exiſtimatur, qui circa 5. 6. vel 8. conceptionis menſem naſcitur.*
14 *Conditio per momentum impletur.*

PARS I. NEGANS.

DIFFICILIS & plurimùm inter Doctores agitata quæſtio eſt, num propter dictiones iſtas, *ex eis*, in ſtatuto poſitas, cenſeatur derogatum *l. 6. hac edictali. C. de ſecund. nup.* qua diſponitur, quòd mulier nō habeat poteſtatem titulo dotis plus relinquendi ſecundo marito, quàm vni ex liberis prioris matrimonij. Quorundam † opinio eſt, quòd propter iſta verba non cenſeatur derogatum *d. l.* hoc eſt, quòd maritus ſecundus in præiudicium liberorum prioris matrimonij, virtute dictorum verborum, non habeat poteſtatem lucrandi dotem. Hæc opinio probatur I. hoc fundamento. Quod maritus propter exiſtentiam liberorum, ex ſecundo matrimonio procreatorum, poteſt capere, hoc idem propter exiſtētiam liberorum prioris matrimonij non poteſt. Sed propter exiſtentiam liberorum ſecundi matrimonij nō poteſt lucrari dotem. Ergo, &c. Maior docetur, quia prædictum ſtatutū præſumitur habere caput incluſiuum liberorum communium, & excluſiuum mariti, vt in ſimili tradit Bart. *in l. 2. §. videndum. ad Tertul.* Nam ex quo liberi vtriuſq; matrimonij, excluſo patre ad æqualem maternarum rerum diuiſionem vocantur, videtur etiam dicendum, quòd excluſo patre ad ſucceſſionem inuicem admittātur. Ita expreſsè decidit Pariſ. *in conſ. 91. vol. 4. vol. 3.* vbi inquit. Ex quo ſtatutum admittit liberos ſecundi matrimonij, eoſq; in lucro dotis conſeruat, ex eo etiam liberos prioris matrimonij præſumi admiſſos & conſeruatos.

2 II. Antequam † *d. l. hac edictali*, per ſtatutum derogetur, opottet vt expreſsè per ſtatutum determinatum ſit, vt etiam exiſtentibus liberis vir dotem lucretur. Ratio eſt, quia per ſubauditos intellectus legum correctio non eſt introducenda. *Gloſ. in l. vt liberis. de collat.* Sed in prædicto ſtatuto hoc expreſsè non eſt determinatum. Ergò, &c.

3 III. Verba † iſta, *ex eis*, in ſtatuto poſitis militant eodem modo in liberis prioris matrimonij, ſicut in liberis ſecundi matrimonij. Ergò eadem iuris determinatio in vtroq; liberorum genere eſt ſtatuenda. Antecedens probatur, quia dicta verba, *ex eis*, diuiſiuè ſunt intelligenda, prout ſæpè fit, quando verba in plurali ſunt poſita, vt referantur ſeparatiuè ad quodlibet ſignificandum. Vndè cum iſta dictio, *eis*, poſſit adaptari ad liberos ex primo marito genitos (quia & iſti mulieris eſſe dicuntur) conſequens eſt, vt eis ſuperſtitibus prædictum ſtatutum non valeat.

IV. Statutum, vt ll. correctio euitetur, debet recipere interpretationem paſſiuam à iure communi, *l. 2. ſi ſerui veſtri. C. de noxal. c. 8. cum dilectus. de conſuet.* Bart. *ad l. 9. omnes populi. in 3 & 6. q. in princ. de iuſt. & iur.* Sed interpretando prædictum ſtatutum ſecundum ius commune, vir poſterior in præiudicium liberorum prioris matrimonij dotem totaliter non lucrabitur, ſed tantum, quantum vnus ex liberis, *d. l. hac edictali. & c. 27. optimè. Nouell. 22.* Ergò, &c.

V. Mulier ad ſecunda vota † tranſiens 4 debet præcauere, ne dos in præiudicium liberorum prioris matrimonij alienetur. Socyn. *conſ. 35. col. 2. vol. 4.* Ergo mulier ſecundò nubens non debet tantam conſtituere dotem, quæ vigore ſtatuti tranſcendat ratam filiis primi matrimonij debitam.

Ex his & ſimilibus fundamentis videtur concludendum, quòd vir vigore dicti ſtatuti totaliter dotem non lucretur, ſed tantum eius partem, quæ concurrente hoc ſtatuto ei ex diſpoſitione *l. hac edictali*, debetur.

Huic concluſioni aſſentiunt Bal. *in r. 1. col. 1. an mar. ſucc. vxor.* Socyn. *in conſ. 35. col. 2. vol. 4.* Brun. *in tract. excluſ. fœm. in 6. art. princ. in 4. membro. q. 27. col. pen. in fin.* Berous *in quæſt. famili. q. 119. verſ. tertius caſus*, & Rayner. de Foroliui *conſ. 68.* vbi reſpondit diſcipulo ſuo Signotoio, contrarium tenenti *in conſ. 37.* Replicat Signot. *in conſ. 69.* Triplicat Rayner. *conſ. 363.* & hoc non ſine mutuis conuitiis.

PARS II. AFFIRMANS.

VERVM † vtut prædicta ſeſe habeat opinio, nos etiamnū contrariam amplectimur ſententiā, reſpondendo ad maiorē I. arg. propoſitionem, q. illa quidē de iure cōmuni procedat, ſecùs verò de iure ſtatutario. Ratio eſt, q̄a ſtatutū eſt ſeparatum quiddam à iure communi, & ſuapte virtute per ſe conſiſtit, & iccircò diſpoſitū 5

per istud etiamsi deroget iuri communi est seruandum. Ex quo igitur statuti dispositio manifestam inter liberos prioris & posterioris matrimonij facit differētiam, certum est, quòd nulla inter eos hoc in casu admittenda sit æquiparatio. Dec. *consil. 283. col 3.* Parisiens. *d. cons. 91. col. pen. vol. 3.*

Respondetur dupliciter ad II. argumentum. Primò ad maiorem eius propositionem, quòd iuxta communem & veram Doctorum opinionem non requiratur ad derogationem iuris communis, vt per verba specialia statutum disponat, modò ex aliis æquiualentibus statuti verbis possit colligi, statuētes voluisse derogare dispositioni iuris cōmunis. Salyc. in sæpè *d. l. hac edictali. q. 6.* At nostro in casu potest hoc colligi ex verbis, *ex eis*. Ergò, &c. Secūdò negatur eius minor ꝓpositio, quia imò expresè & specificè potest colligi ex verbis d. statuti, statuentes voluisse derogare *d. l. hac edictali*, vt patet perspicuè ex dictis verbis, *ex eis*. Nam ex quo ista verba ad nullos alios possunt referri liberos, quàm ad eos, qui ex ipsis personis (de quibus nobis instituta est disputatio) nascuntur, certum est statuentes satis specificè *d. l.* derogasse.

Negatur antecedens III. argumenti. Nam ista verborum relatio, quæ quandoque in Latino seruatur sermone, à communi loquendi vsu non admittitur. Vndè cùm statuti verba secundum communem loquendi vsum sint intelligenda, qui dictam relationem non admittit, sequitur quòd prædictum argumentum non obstet.

6 Ad maiorem IV. argumenti respondetur, quòd † statutum non recipiat interpretationem passiuam à iure communi, quando expresè constat, quòd statutum deroget iuri communi. Nam licet legum correctio sit euitanda *l. præcipimus. in fin. C. de appellat. c. cum expediat. de elect. in 6.* tamen quando per statutum aut legem nouam de expressa alicuius legis correctione cōstat, non est euitanda correctio, est text. *in l. fin. in verb. expressum. C. de indict. vidu. toll. arg. l. 1. §. generaliter. de legat. præst.* Ioan. de Im. *ad l. 64. si verò. §. 9. de viro. solut. mat.* Sed quòd per hoc statutum expresè legi derogetur, patet per totam hanc responsionem. Ergò statutum hoc in casu non recipit interpretationem passiuam à iure cōmuni.

Prædictis argumentis hoc modo solutis, vlteriùs pro hac opinione hoc modo
argumentari potest. Verba † statuti vel al- 7
terius legis debent intelligi cum effectu, *Glos. in l. 8. sed nisi. de iure dot.* Sed si verba statuti intelligerentur secundum opinionem negatiuam, intelligerentur sine effectu, quia verba ista, *ex eis*, nihil operarentur. Ergo, &c.

II. Superfluitas verborum in legibus vel statutis est euitanda. Sed si dicta verba, *ex eis*, non intelligerentur tantùm de liberis, ex secunda marito procreatis, sequeretur quòd ista superfluè essent posita, quia suffecisset dicere, quòd vxore prædefuncta sine liberis vxor lucretur dotem. Ergò iste intellectus, per quem inducitur superfluitas, est euitandus, & dicta verba, *ex eis*, in statuto posita, ad exclusionem liberorum primi matrimonij interpretanda. Ita arguit pro hac opinione Socyn. *in cons. 52. col. pen. vol. 5.*

III. Qui † vnum ponit, alterum excipit, 8
l. quæsitum. §. idem respondet. & ibi not. de fund. instru. Sed statuētes per verba, *ex eis*, posuerunt tm̄ liberos ex secundo matrimonio impedire hoc legatum. Ergo liberos prioris matrimonij hoc impedire exceperunt.

IV. Est textus pro hac opinione in *l. 17. ex facto. §. 5. ex facto. ad SC. Trebel.* vbi natus
post † deportationem non comprehendi- 9
tur sub conditione liberorum fideicommisso apposita. Ergò multò minus qui planè ex alio viro nascitur.

V. Sunt textus quasi in terminis in *l. 61. si vir. & in l. seq. de condit. & demonstrat.* quibus in legibus probatur, quòd conditio causa filiorum apposita sit restringenda ad filios natos ex eis, ex testatore videlicet legante, & vxore legataria.

Cæterùm cùm hæc quæstio latissimè in vtramque partem per Rainer. & Signor. dd. consiliis, discussa sit, operæ pretium fore haud duximus, eam latiùs extendere.

Ex prędictis concluditur, quòd per pręnominatum statutum derogetur *d. l. 6. hac edictali. C. de secund. nupt.*

Hanc conclusionem confirmant Bald. sibi contrarius *in cons. 495. col. 3. vol. 5.* Rom. in *consil. 44. col. 3.* Socyn. sibi contrarius *d. cons. 52. col. pen. vol. 3.* Petr. de Anchar. *consil. 280.* Paris. *in cons. 91. vol. 3.* refert & sequitur Roland. à Valle *quæst. 30. num. 6.* Adde Bart. *in d. l. 61.* Ruin. *cons. 61. nu. 13. & in consil. 59. nu. 17. vol. 3.* Socyn. iun. *cons. 70. num. 1. & 4. vol. 2.* vbi plures allegat Brun. *in tract.*

stat. exclud. fœm. art. 6. q. 27. & latissimè Signot. de homod. *d. cons. 37. & 69.* Eamq; sequitur, nec non communiter à Doctorib. receptam ait Phanuc. *isto tract. glos. 5. post nu. 2.* vbi etiam eosdem & plures citat Authores. Prædictæ conclusionis ampliatio I. est, vt etiam procedat, quoad conditionem liberorum, si vnus filius superstes sit, text. *& ibi Bald. & Castr. in l. 1. C. de condit. insert.* Ratio est, quia hæc est conditio nega-
10 tiua. Sed † in negatiuis vel priuatiuis sermo singularis tantum importat, quantum pluralis, vt est text. & ibi Alciat. *in l. 148. non est sine liberis, de verb. signif.* latè Aym. *cons. 37.* vide etiam prolixè Rolan. *isto tract. q. 55. per tot.*

II. Ampliatur vt prædicta conditio procedat etiam in eo, qui excisus matris ventre in lucem prodiit, *l. etiam ea. & l. intelligendus. de verb. signif.* & facit ratio: quòd in fauorabilibus is, qui in vtero est, habeatur pro nato. *l. qui in vtero. & ibi. Doct. de sta-*
11 *tu hom.* Huius exceptio I. videtur, nisi † adiectum sit verbū, *natis*, quia mulier in hoc casu non dicitur peperisse, *l. anniculus. de verborum signif.* Sed reprobatur, cùm hoc quoad verborum proprietatem procedat, & non quoad dispositionis rationem. Socyn. *in cons. 197. vol. 2.* Secunda exceptio est,
12 nisi † filius medio corpore egressus vel excisus in maternis angustiis expiraret, & non totus viuus in mundum prodiret, *arg. text. in l. 3. quòd certatum. C. de posthum.* ibi: *hoc tantummodo requirendo si viuus ad orbem totus processit*, vide Phanuc. *d. loc. numer. 11.*
13 Tertio ampliatur † etiam procedere in partu immaturo, qui nascitur circa quintum, sextum vel octauum conceptionis mensem, qui si viuus in lucem prodierit, facit statuti dispositionem cessare, secundum Bald. *in consil. 128. vol. 1. & in consil. 113. vol. 5.* Bertrand. *in cons. 216. numer. 5. vol. 1.* Sed reprobatur per Castr. Alexand. Cum. Castel. Bapt. à S. Seuer. & Ias. *in d. l. 3. C. de posthum.* quos & plures refert Phanuc. *d. loc. num. 12.*

Ratio est, quia talis partus habetur pro abortiuo, cui testamentum non datur rumpendi potestas, ergò nec statutum. Estque eorum sententia verior, quàm etiam in monstruosis procedere existimes, per *d. l. 3.*

Quarta ampliatio est vt etiam obtineat in filio, qui post impletum conceptionis tempus matre mortua, ex eius vẽtre prodit, statimque moritur. Phanuc. *d. loc.* vbi plures allegat. Ratio est, quia † hoc statu 14
tum conditum est per modum conditionis, quę in momento impletur, *l. in substitutione. in princ. de vulg. & pupil. subst. l. si quis heredem. C. de instit. & subst.* Paril. *cons. 32. vol. 1.* & impleta expirat ius, & nunquam reuiuiscit, *l. qui res suas. §. aream. de solution.* Idem à contrario sensu dicendum est de matre, quæ si per momentum superuiuat filio, dicitur conditio statuti impleta, ita vt maritus absque obstaculo dotem lucretur. Ripa *in d. l. ex facto. §. si quis autem.* Cepol. *in d. l. 148. de reg. iur.*

Ampliatur etiam quintò procedere, si filius superstes noluerit matri succedere, cùm ad implendam statuti conditionem sufficiat sola eius existentia, etiam si heres non sit, vel esse noluerit, *l. filiusfam. §. cum quis. & ibi not. de legat. 1.* cuius ratio esse potest, quòd statuti dispositioni nihil sit addendum, sed ea simpliciter prout iacet intelligenda, per *l. si verò. §. de viro. solut. matr.*

Sexta ampliatio est vt etiam procedat dicta conclusio in nepotibus, ex eorum filiis descendentibus, commune pronunciamus ex Phanuc. *d. tract. glos. 5. numer. 30.* vbi allegat Bald. Castr. & Corn. *in l. 1. de condit. insert.* Dec. *in consil. 353.* Tiraquel. *in tract. primogen. quæst. 40. numer. 33.* & plures alios, pro quorum responsione videtur esse text. *in l. 53. Lucius. de hered. instit.*

Huius ampliat. exceptio videtur, nisi statutum disponeret de natis ex proprio corpore. Guid. Papæ *decis. 353.* Sed reprobatur per Roland. *isto tract. q. 56.* Alciat. *in l. liberorum. de verb. signif.* Altera exceptio est, vt non procedat in nepotibus ex filia natis. Bart. *in consil. 132.* Bald. *in consil. 205. vol. 5. arg. l. 3. item in potestate. & l. seq. de his qui sunt sui, vel alien. iur. & §. fin. Inst. de pat. potest.* ex quibus legibus huius exceptionis ratio depromitur, videlicet quod hi nepotes non sint sub iure vel potestate aui materni, sed paterni, sicque videntur descendere ex corpore patris, & non matris.

Reprobatur pariter per Corn. *cons. 51. vol. 3. & in cons. 233. vol. 4.* vbi hoc commune Interpretum placitum ait, pariter commune recenset Socyn. *in consil. 26. volum. 1.* Pro quorum sententia sunt rationes grauiores, & probatur per *l. 1. C. de condit. insert.* in qua apparet, quòd auus mater-

nus

nus suscipiat nepotem ex filia, & probatur per *d. l. Lucius*. Et respondent Doct. ad fundamentum Bartoli & Baldi, quòd minimè vetum sit dicere, filium non descendere etiam ex corpore matris, quia, si vocabulum istud, *ex proprio corpore*, tàm strictè esset intelligendum, sequeretur quòd etiam non posset dici, vt procederet ex corpore aui paterni, cùm etiam directè non nascatur ex eius corpore, sed ex propriis parentibus. Paul. de Castr. *in cons. 410.*

QVAESTIO LVIII.

An statutum disponens, quòd muliere prædecedente maritus nihil teneatur de dote restituere, deroget *l. hac edictali. C. de secund. nupt.* in præiudicium liberorum prioris matrimonij?

SVMMARIA.

1 *Statutum disponens, quòd maritus præmortua uxore nihil teneatur de dote restituere, non derogat l. 6. C. de secund. nupt. contrà num. 3.*
2 *Statutum quando plures habet intellectus, tunc is approbandus est, qui magis conuenit dispositioni iuris communis.*
3 *Verba vniuersalia nihil excludunt.*
4 *Verba generalia generaliter intelligenda.*
5 *Verba negatiua maioris sunt efficacia, quàm affirmatiua.*

PARS I. NEGANS.

1 QVOD *d. l. hac edictali*, per prædicta † statuti verba nihil censeatur derogatum, probatur I. hoc argumento. Si virtute dictionis, *nihil*, propter quam aduersa pars se maximè fundat, censeretur *d. l. hac edictali* in præiudicium liberorum prioris matrimonij derogatum, sequeretur quòd etiam vir in præiudicium liberorum secundi matrimonij dotē lucraretur, quia considerando vniuersalitatem dictionis, *nihil*, prout eam considerat pars aduersa, vtriusque matrimonij liberi exclusi censerentur. Sed consequens est falsum, vt ipsi dissentientes fatentur. Ergo & antecedens.

2 II. Quando statutum † plures potest habere intellectus, tunc is approbandus est, qui magis dispositioni iuris communis conuenit, à quo interpretationem recipit, *l. 2. si seruus vestri. C. de noxal. act. c. 8. cùm dilectus. de consuet.* Bart. *in l. 9. omnes populi. in 3. & 6. quæst. princ. de iust. & iure.* Sed hæc statuti dispositio plures potest habere intellectus, quia dictio illa, *nihil*, diuersimodè potest interpretari, vt ex Doctorum determinatione huic parti subscribentium cognoscitur. Ergò iste intellectus, qui conuenit iuri communi, & per quem excluditur secundus maritus, est approbandus.

III. Casus omissus in statuto remanet in dispositione iuris communis, vulg. Sed casus, quo aliquando virtute statuti maritus in præiudicium liberorum prioris matrimonij lucratur dotem, in dispositione huius statuti est omissus. Ergò, &c. Minor probatur, quia verba respectu personarum indefinitè in statuto sunt prolata, non enim exprimuntur personæ, quibus restitutio fieri prohibetur. Et sic licet respectu rei, id est dotis, sint vniuersalia propter verbum istud, *nihil. l. fin. de liber. & posthum.* tamen cum respectu personarum indefinite sint prolata, intelliguntur liberi prioris matrimonij ab hac statuti dispositione excepti, putà, quòd illis extantibus, maritus vigore dicti statuti, non plus lucretur, quàm illi ex dispositione *d. l. hac edictali* defertur.

Ex his & similibus argumentis videtur concludendū, quòd vir vigore d. statuti in præiudicium liberorum prioris matrimonij non lucretur dotem.

Pro hac conclusione determinat Ruin. *in cons. 63. col. 2. in fin. vol. 3.*

PARS II. AFFIRMANS.

PRÆDICTIS † non obstantibus contraria sententia vti iuri & rationi magis consentanea est amplectenda, quòd enim in maiori I. argumenti propositione dictum est, negatur, cùm propter vniuersalitatem dictionis, *nihil*, etiam secundum hanc opinionem considerando, non sequatur vt liberi secundi matrimonij priuentur ista dote. Nam ex quo statutum addit verbum, *restituere*, satis patet, quòd per hoc tantùm liberi primi matrimonij, vel pater mulieris, à quo dos constituta, intelligantur, cùm certi iuris sit, quòd maritus superstitibus ex eo liberis dotem restituere non teneatur, *arg. text. in l. 56. §. is. §. 2. post mortem. de iure dot.* est sententia Gl. & Doct. *in l. 4. dos à patre. solut. matr.* & à consuetudine recepta, prout ibidem testan- 3

tur

tus Doctores, & vide quæ de hoc ſcripſimus in tract. noſtro controuerſ. de dot. quæſt. 58.

Negatur minor II. argumenti: quòd enim hoc ſtatutum propter dictionem iſtam, *nihil*, poſſit plures habere intellectus, prorſus falſum eſſe per totam hanc partem patet.

Ad minorem III. argumenti propoſitionem reſpondemus, quòd licet in ſpecie non fuerit mentio facta in ſtatuto de liberis prioris matrimonij: tamen cùm ex certa ſtatuti verborum interpretatione conſtet, ſtatuentes voluiſſe eos in hac ſtatuti diſpoſitione habere comprehenſos, perinde eſt ac ſi eos ſpecificè expreſſiſſet. Salyc. *in d. l. hac edictali. q. 6. in fin.* Paul. de Caſtr. *in conſ. 192. col. 2. vol. 1.* Sed certa huius ſtatuti interpretatio eſt, quòd liberi prioris matrimonij intelligantur in eo comprehenſi, cùm aliàs verbum iſtud, *nihil*, nullum haberet effectum, quod eſſet contra mentem ſtatuentium, & doctrinam Bart. *in l. 4. §. prætor ait, in col. 3. de dam. infect.* qua vult, vt verba in ſtatutis appoſita ſint intelligenda, vt non ſint ſuperflua, ſed aliquid operentur. Ergo, &c.

4 Confirmatur hæc opinio I. hoc modo. Quæcunque in diſpoſitione verba reperiuntur vniuerſalia, comprehenduntur omnia quæ aliâs non comprehenderentur. Bart. *ad l. generali. §. vxori. de vſufr. leg.* Rom. *conſ. 44 col. 3.* Dec. *in l. omnia. ſi cert. pet.* Sed in hac ſtatuti diſpoſitione reperiuntur verba vniuerſalia. Ergò comprehenduntur liberi prioris matrimonij, qui aliâs non comprehenderentur.

5 II. Verba ſtatuti de dotis reſtitutione diſponentia ſunt † generalia, vt patet per dictionem illam, *nihil*. Ergò etiam generaliter intelligenda, per text. *in l. 1. §. generaliter. de legat. præſt.* neque ab eorum diſpoſitione recedendum, ſed ſimpliciter tàm in caſu exiſtentium liberorum prioris matrimonij, quàm in alio interpretanda.

III. In caſu fauorabili fit extenſio de vno ad aliud. Sed in caſu noſtro hoc ſtatutum (vt plerique aſſerunt) in fauorem viduarum, vt eò citiùs renubere poſſint, eſt introductum. Ergò illud (maximè cùm in eo reperiatur quædam verborum vniuerſalitas) iuſtè extenditur ad liberos primi matrimonij.

6 IV. Verba negatiua maioris ſunt efficaciæ, quàm affirmatiua, ratio eſt, quia negatiua intentiùs negant, quàm affirmatiua affirment. *gloſ. in c. cùm dilectus. de conſit.* & probatur per ea quæ refert Roland. *in tract. de dote. q. 31. num. 7.*

Sed ſtatutum diſponens affirmatiuè, quòd in omni caſu maritus mortua vxore lucretur dotem, vel quòd totam dotem lucretur, excludit liberos prioris matrimonij, vt tradunt Rom. *d. conſ. 44.* Paul. de Caſtr. *ad l. hoc genus. de condit. & demonſtrat.* & Dec. *conſ. 617. poſt princ.* Ergò multò magis ſtatutum diſponens negatiuè, quòd maritus defuncta vxore nihil de dote reſtituat, debet excludere prioris matrimonij liberos. Concluditur, quòd virtute dictionis, *nihil*, in ſtatuto appoſitæ derogetur *d. l. hac edictali. C. de ſecund. nupt.*

Hanc partem affirmant in terminis Dec. *conſ. 19. & in conſ. 353.* Pariſ. *in conſ. 91. col. 3. vol. 3.* Berous *in quæſt. famil. quæſt. 119. verſ. tertius caſus*, & Roland. *d. q. 31. num. 11.*

QVAESTIO LIX.

Statutum diſponens quòd ſoror dotata non habeat poteſtatem ſuccedendi cum fratribus, quæritur primò an tale ſtatutum valeat; ſecundò num iſta ſoror ſi dotem perdiderit, ſit denuò à fratribus iuxta illud ſtatutum dotanda?

SVMMARIA.

1 *Statutum excludens fœminas propter maſculos eſt fauorabile.*
2 *Soror etiam nolens vnà cum fratre ſuccedere eſt ab eodem dotanda.*
3 *Frater non tenetur redotare ſororem. contra num. 5.*
4 *Statutum excludens filias dotatas propter filios adeò validum eſt, vt etiam filiæ non admittantur ad legitimam.*
6 *Statutum diſponens quòd filiæ non ſuccedant extantibus maſculis, procedit etiam ſi extent nepotes.*
7 *Filius repræſentat perſonam patris.*
8 *Beneficia conceſſa filiis extenduntur ad nepotes.*
9 *Statutum excludens ſorores propter fratres non habet locum in fratribus, per ſubſequens matrimonium legittimatis, ſed reprobatur. ibid.*

10 Sta

10 *Statutum excludens fœminas propter masculos procedit etiam in clericis.*

Item in fœminis religionem ingredientibus, num. 11. quæ etiam dicuntur dotatæ si pater certam pecuniæ summam monasterio offerat, num. 12.

Item in Iudæis, num. 13.

Item in vno fratre tantùm, licet statutum de pluribus loquatur, num. 14.

Item in iis qui veniunt ex persona filij, numer. 15.

Item in filio abauo materno arrogato, nu. 16.

Item si filius per aliquod temporis momentum superuiuat, num. 17.

Item si dos tantùm sit promissa, 18.

Item in filia posthuma, furiosa & infante, numer. 19. eiusdem exceptio, num. 20.

Item in filia semel nupta, & vidua posteà manente, num. 21.

Item in fratre arrogato, vel adoptiuo. eiusdem exceptio, num. 22.

Item quoad bona materna. eiusdem exceptio, num. 23.

24 *Fratres possunt excludere sorores à successione, tempore diuisionis.*

25 *Statutum excludens fœminas propter masculos non procedit in bonis extra territorium sitis, sed est controuersum. eiusd. distinctio num. 26.*

Item non procedit quoad testamentum patris, num. 27.

Item nisi pater filiis tale ius sustulerit. eiusd. exceptio, num. 28.

Item nisi filij sint incapaces, num. 29.

Item nisi masculos succedere nollet, vel sororem ad successionem admitteret, numer. 30.

Item nisi masculi supersint, num. 31.

Item non procedit in bonis emphyteuticis, numer. 32.

Item nisi excluderet fœminam à supplemento legitimæ, num. 33.

Item nisi filia à fratribus esset dotata de bonis propriis, nu. 34.

Item nisi filia ante conditum statutum sit dotata, num. 35.

Item non operatur in filio naturali, nu. 36.

37 *Filia non est redotanda à patre, vel fratre, quando ex dispositione hominis, alius eam dotare tenetur.*

Item quando propria culpa dotem perdidit, num. 38.

Item quando non petiit se dotari, num. 39.

40 *Requisitio semper est necessaria, vbi dies est incerta.*

PARS I. NEGANS.

HÆc quæstio in nostra Illustrissimi Ducis Cliuiæ, &c. Marchia, aliisque in locis quamplurimis ad praxin vocari potest, in quibus vsu statutoq; receptum, quòd sorores nobiles dotatæ fratribus non habeant potestatem succedendi.

Quòd autem † tale statutum valeat nõ 1
est dubium, cùm sit respectu masculorum principaliter fauorabile, vt testatur Bald. *in l. 4. maximum vitium. C. de liber. præter.* Alex. *consil. 89. & consil. 132. vol. 6. & cons. 141. vol. 7.* & frequentibus Doctorum suffragiis approbatum esse, attestatur, post multos per eum relatos, Curt. iun. *cons. 87. num. 5* & vide Campez. *isto tract. part. 5. q. 49. per tot.* Dissent. Socyn. iun. & multi ab eo relati *in cons. 1. num. 46 & 108. lib. 1.* vbi dicit, hoc statutum esse odiosum, vt hoc communiori Doctorum dogmate sit approbatum. Sed prior opinio est verior, & legi tàm Diuinę, *Nu. 37. Exod. 11.* quàm antiquis duodecim Tabularum sanctionibusq; cõsentaneum, vti hoc attestatur Eman. Soarez. *com. opin. in verb. fœminas, nu. 314.* maximè cùm per hoc filiabus legitima in totum non auferatur, sed ad dotem reducatur, vt hoc testatur Viui. *com. opin. verb. statutum excludens, num. 2.*

Hîc † annecte vnum notabile, quòd 2
soror, quę fratre volente posset succedere, & non vellet, sed peteret se dotari, quòd ea sit audienda, non obstante quòd frater eam ad successionem vocet, *arg. l. 11. fideicommissa § 3 cùm esset. de legat. 3.* vide Albert. de Rosa. *in 2. part. statut. q. 102.*

Si autem filia velit succedere, potest etiam hoc inuitis creditoribus. Bart. *ad l. 2. §. si sint. ad Tertul.* quem sequitur Bal. *in l. 4. maximum vitium. col. 8. C. de liber. præterit.*

His sic pręmissis accedimus ad alteram
quæstionem, pro cuius parte negatiua † vi- 3
delicet quòd fratres non teneantur redotare sorores, videtur primò militare *l. 79. si quis testamento, de legat. 1.* vbi est casus disponens, quòd quando testator legauit Titio & Seio decem, quòd nomine decem non veniant, dena, ita vt vnus bis accipiat, quod semel accepisse debebat. Similis textus *in l. 44. si pluribus. de legat. 2.* Idem text. *in l. 38. stipulatio ista. § 19. eum qui. de verb. obligat.* ibi: *Eum qui dicat, mihi decem & Titio decem, eadem decem, non alia decem, dicere credendum est.* Idem text. *in l. 56. eum qui. de verb. obligat.* Ex quibus tandem omnibus probatur,

quòd

quòd qualibet lex vel constitutio alieni vnum descrens, hoc bis repetitum non velit. Ideoq; cùm nos simus in casu, quo statutum simpliciter disponit de sororibus dotandis, non nisi de vna dote constituenda videtur intelligendum.

4 II. Statuto † disponente quòd filia dotata censeatur à successione exclusa, adeò firmum est, vt etiam talis filia non admittatur ad legitimam, sed reputetur quasi non esset in rerum natura. Ang. Imol. & Paul. de Castr. *in l. 34. planè. §. 11. si duobus.* Bald. Angel. & Fulg. *ad l. 8. Papinianus. §. 11. vnde si quis. de inoffic. testam.* Angel. *in consil. 105. in fin. & in consil. 300.* Cuman. *in consil. 35.* vbi expressè loquitur in filia exclusa à statuto. Estque commune Doctorum responsum, testante Parisiens. *in consil. 55. volum. 3.* & Socyn. iun. *in consil. 25.* vbi istud responsum dicit verius magisque commune. Ergò multò magis filia propter tale statutum non poterit secundam dotis petere præstationem, cùm legitima iure debeatur naturæ, dos verò iure positiuo.

PARS II. AFFIRMANS.

5 VERIOREM † & æquiorem eligendo opinionem, potest responderi ad ll. in I. argumento oppositas, quòd in eis principaliter fiat quæstio verborum, num scilicet per ista verba, *mihi decem, & Titio decem*, debeantur vnicuique decem, an verò ista decem simpliciter computando vtrique sufficiant? & determinatur quòd sufficiant vtrique. Ratio est, quia ista particula, &, vim orationis inter personas copulatas distribuit, *l. 11. §. 1. de duobus reis.* Quòd verò non nisi ista decem semel præstanda sint, fit ideò, quia per eorum præstationem semel factam testatori satisfactum est. Sed licet dos semel præstita sit: tamen si mulier ad paupertatem redigitur, à patre vel fratribus est iterum dotanda. Cur sic? quia per vnam dotis præstationem isto in casu legi, dotis constitutionem importanti, non dicitur satisfactum, cuius ratio postulat, vt maritus propter dotem commodiùs meliùsque matrimonij possit sustinere onera, text. in *l. 20. pro oneribus. C. de iure dot.* quod aliàs non posset si vxorem haberet egenam.

Non modica Doctorum controuersia est, an per statuti dispositionem possit liberis auferri legitima, de quo in I. argumento oppositum? & licet multi hoc fieri affirment, tamen ex quo legitima in locum succedit alimentorum, æquius pro fectò magisque iuridicum est, vt hoc fieri non posse affirmemus. Sed sit hoc verum sit, non tamen nostra exindè oppugnatur sententia, quia statutum, quo de nos quærimus, expostulat vt filiæ dos constituatur, antequam succedendi priuetur potestate, cuius occasione quærimus, an dos semel filiæ constituta, ob eius perditionem sit iterum filiæ de eodem statuto constituenda, sicque patet quod ista quæstio in secundo argumento allegata, sit planè extra nostrum propositum. Determinamus autem quòd talis filia sit iterum dotanda, hocq; ideò potissimùm, quòd statuti dispositio isto & simili in casu recipiat interpretationem passiuam à iure communi. *l. 2. si seruus vestri. C. de noxal. c. 8. cum dilectus. de consuet.* Bart. *ad l. 9. omnes populi. in 3. & 6. q. princ. de iust. & iur.* Sed secundum istam determinando interpretationem, filia quæ dotem perdidit est iterum dotanda, vt testatur Paul. de Castr. & Ias. post Bald. & alios *in Auth. quod locum. C. de collat.* Angel. *ad §. fuerat. numer. 20.* Ias. *numer. 135.* & Zas. *Inst. de act.* qui dicit hunc casum esse notandum, si bique semel de facto cum sua filia conuigisse. Idem vult Bart. *in l. 1. solut. matr.*

Ergò hoc in puncto non debemus aliud concludere, quàm iuxta statuti dispositionem requiri vt filia iterum dotetur.

Ex prædictis breuiter relatis concludimus, quòd prænominati statuti dispositio valeat, quodque secundum eandem dispositionem filia, quæ dotem perdidit, sit à fratribus toties dotanda, quoties opus fuerit.

Conclusio primæ quæstionis ampliatur primò vt etiam procedat † in nepote 6 ex filio nato, Bald. Alexand. & alij *ad l. 2. venia. C. de in ius vocand.* Ruin. *consil. 141. numer. 3. volum. 2. & consil. 58. num. 5. volum. 5. per text. in l. 220. liberorum. de verb. signif.* Roman. *consil. 129.* Gozad. *consil. 90.* Ias. *ad l. 32 de quibus. numer. 16.* vbi frequenter placitum affirmat Paul. de Castr. *in consil. 154. præsens casus.* vbi ait nepotem hoc in casu patris locum obtinere, & meritò: quia

non corrumpitur gradus, cùm nepos succedat
7 cedat in locum filij, eiusque † personam repræsentet, §. *cum filius. Inst. de hered. quæ ab intest.* Bald. *ad l. 1. C. de secund. nupt.* & vide Castr. *consil. 159. & in consil. 354.*
8 Item † quia beneficia concessa filiis extenduntur ad nepotes, *l. 8. milites. in prin. & l. 11. Diuo Marco. C. de quæstion.* Item quia eadem statuti ratio militat in nepote, scilicet familiæ conseruatio. Et ista est vera (prædictis etiam concurrentibus) huius ampliationis ratio.

Secundò ampliatur, vt etiam excludat fratres per subsequens matrimonium legitimatos, Anchar. *consil. 242.* & Dec. *consil. 155.* quos refert & sequitur Viui. *com. opin. verb. statutum excludens. numer. 9.* Dissent. Soarez. *d. loc. numer. 317.* vbi Viui. pro se allegat, sed malè. Idem Bald. *in l. cùm acutissimi. C. de fideicom.* Ioan. Andr. *in tit. de success. ab intest. circa fin.* quibus in locis referunt decisionem Iacob. de Aret. quorum sententiam diceremus esse veriorem, cùm filij per subsequens matrimonium per omnia & in omnibus legitimè natis æquipatentur, de quo alibi commodiùs. Procedit etiam in legitimatis ab Imperatore, vt Soarez. *d. numer. 317.* & commune pronunciat Viui. *d. loc. nu. 17.* Alexand. *consil. 2. volum. 1.* per text. *in l. 2. C. de iure aur. annul.* Cuius exceptio est secundum eundem in filiis legitimatis ab alio, quàm ab Imperatore vel Principe, putà à Comite Palatino, commune pronunciat idem Soarez. *d. loc. numer. 318.* ex Dec. *in l. liberos. in fin. C. de collat.* & Curt. sen. *consil. 16. numer. 5. & consil. 53. numer. 16.* & vide Ias. *ad l. si is qui pro emptore. de vsucap.*

Eadem exceptio videtur in legitimato
9 to per rescriptum Principis, cùm is † non sit legitimatus de iure communi, sed de iure speciali, de quo statutum non videtur cogitasse. Campez. *d. loc. q. 59. num. 3.*

10 Tertio † ampliatur vt etiam procedat in clericis. Sand. *ad c. 10. Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constit. vers. septimò quæro.* Bald. *in consil. 30. vol. 1.* Socyn. iun. *in consil. 10. numer. 23. volum. 1.* Plures allegat Bapt. Castel. *in addit. ad Roman. in sing. 441.* vbi hoc receptum Interpretum dogma attestatur. Huius ampliationis exceptio videtur, vt non procedat, nisi statutum inueterit vinculum ante clericatum, per *c. restitutionis. de integ. restit.* & not. Canonistæ ad *d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ.* Dissentit ab hac ampliatione Socyn. iun. *d. consil. 10. numer. 63.*

Quarta † ampliatio est, vt procedat prædictum statutum etiam in fœminis religionem ingredientibus. Ioan. Andr. *in c. sine culpa. de reg. iur. in 6. mercurial.* Rom. *ad l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig.* Abb. & Felyn. *in d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ.* Ripa *in suis respons. in tit. de longa consuet.* vbi commune Doctorum fatum dicit. Dissent. referunt Raynut. *consil. 200. num. 8. libr. 2.* & Laurent. Syluan. *consil. 49. num. 4.* 11

An autem † filia monasterium ingressa dicatur dotata, si pater pro ea offerat monasterio certam pecuniarum summam, ita vt secundum prædicti statuti dispositionem possit excludi à successione? Responde quòd possit, vide Bart. *ad l. 71. Titio centum. §. 3. Titio genero, in fin. de condit. & demonst.* estque commune Doctorum responsum, attestante Campez. *isto tract. q. 31. & 51. part. 5.* 12

Quinta † ampliatio est, vt etiam prædicti statuti dispositio extendatur ad Iudæos. Marquardus de Susannis, *in tract. de Iuda. & infidel. part. 2. cap. 2. nu. 4. & seq.* & dicit ibidem hoc communiter à Doctoribus receptum, & de hoc puncto dicemus alibi clariùs. 13

Ampliatur † sextò etiam procedere & verificari in vno fratre, licet statutum de fratribus disponat. Bald. *in l. 1. C. de condit. insert.* per illum text. refert sequiturque Dec. *ad c. prudentiam. §. adiicimus. num. 8. de offic. deleg.* 14

Septimò † ampliatur procedere etiam in iis qui veniunt ex persona filiæ. Bart. *ad l. 2. §. videndum, in fin. ad Tertul.* refert & sequitur etiam Viui. *com. opin. in d. verb. statutum excludens fœminas. numer. 13.* Adde Cyn. *in l. 1. C. quæ sit long. consuet.* Bald. & Imol. *in l. 64. si verò § 9 de viro. solut. matrim.* Angel. *in consil. 343.* Paul. de Cast. *in cons. 334.* Pet. de Anch. *in c. canonum statuta. de constit. & in cons. 131.* & consuluit hoc in terminis Abb. *in cons. 76.* 15

Ratio est, quia descendentes ex filia succedunt in locum eius, & vide quæ de hoc puncto pleniùs dicemus *in quæst. 64. per tot.*

Octauò † ampliatur, vt etiam operetur in filio ab auo materno arrogato. Ratio est, quia hic filius per omnia & in omnibus 16

bus similis est filio simul legitimo & naturali, per §. *pen. Instit. de hered. quæ ab intest.* & est text. *in l. 5. si te parens. C. de suis & legit.* ibi: *si te parens, in cuius fuisti potestate, solenniter in adoptionem dedit, cum filiis naturalibus adoptiui patris, ante vel post quæsitis, defuncto intestato succedere potes.* Idem text. *in l. 1. §. 6. vnde lib.* vide etiam Viui. *d. loc. num. 14.*

17 Nona † ampliatio est vt etiam procedat, si per aliquod temporis momentum filius superuiuat, licet ante agnitam successionem occumbat. Commune pronunciat Soat. *d. loc. num. 319.*

18 Decimò † ampliatur vt etiam procedat in dote promissa, Bald. *in l. non sine. C. de bon. quæ lib.* Ias. *cons. 11. col. 3. vol. 1.* etiam si pater dotem promissam in vita sua noluisset soluere, modò eius filius ipso defuncto eam solueret. Bald. *in l. 6. si plures. C. de condit. insert.* ratio potest esse, quia filia non potest dici indotata, ex quo dotis præcessit obligatio. Idem tenet Petr. de Anch. *in c. ea nonum statuta. de constit.* Dissent. Aret. Petr. Cyn. & Fulg. *ad d. l. non sine*, & alij, quos refert Viui. *d. loc. nu. 26.* vbi primam opinionē dicit esse veriorem. Cuius exceptio est, nisi statutum expresse exigeret dotem esse datam. Socyn. *consil. 92. vol. 1.* & diximus latè in quæst. 65 part. 2.

19 Vndecimò † ampliatur vt etiam procedat in filia posthuma, furiosa, vel infante. Iacob. de Aret. Petr. de Anch. & Cyn. *in l. 5. non sine ratione. C. de bon. quæ liber.* Idem tenet Panor. in *rubr. de sponsal.* Dissen. Bald. *in l. si plures. C. de condit. inst. & in d. l. 5.* Hu-

20 ius † ampliationis exceptio est, nisi statutum disponeret, quòd mulier *nupta* vel *maritata* deberet dote esse contenta, quia verbum istud, *nupta*, vel, *maritata*, non posset verificari in posthuma, infante, vel furiosa, quo casu potest procedere opinio Baldi.

21 Duodecimò † ampliatur vt etiam capiat locum in filia semel nupta, quæ tempore mortis patris remansit vidua. Bal. *ad l. 1. in fin. C. vnde vir & vx.* fac. quod dicunt Ang. & Imol. *in l. 31. in substitutione. de vulg. & pupil. subst.* vbi quærunt, an legatum filiæ viduæ factum ei debeatur, si post mortem patris secundum contrahat matrimonium? & concludunt quod sic, quia sufficit quòd semel tempore mortis patris vidua extiterit. Idem facit quòd dicit Ioan. Andr. *in c. decet. de reg. iur.* vbi concludit, quòd immunitas propter numerum filiorum patri de iure concessa etiam habeat locum in patre, qui filios per mortem amisit.

Decimotertiò † procedit etiam in fratre arrogato, vel adoptiuo, per tex. *in l. 19. si cognatis.* & ibi Bart. *de reb. dub.* vbi Vlpian. testatur quòd appellatione cognatorum veniant etiam cognati eiusdem, vide latè Rom. *in l. 15. si is qui pro emptore. col. 10. de vsucap. &* Campez. *d. tract. q. 60. per tot.* Cuius exceptio est, nisi statutum determinet, quòd filij legitimi, & legitimè nati, excludant filiam, quia filius arrogatus non dicitur filius legitimè natus, & sic iste casus à statuto omissus manet sub dispositione iuris communis, *l. si extraneus. de cond. ob caus.* Rom. *d. loc.* & vide Campez. *d. tract. q. 60. numer. 3.* 22

Decimoquartò † ampliatur vt non solū procedat quoad bona paterna, sed etiam materna. Ratio est, quia statutum simpliciter determinat, vt filia dotata non succedat cum fratribus, ideoque cùm fratres etiam succedant in bonis maternis, filiæ etiam in his bonis cum fratribus non succedent. Cuius ampliationis exceptio est, nisi statutum determinaret, quòd filia dotata non succederet patri, quo casu de paternis bonis duntaxat statutum intelligeretur, & non de maternis, cùm tale statutum, tanquam exorbitans à iure communi, sit restringendum, & non vltra eius verba amplificandum. Bald. *in l. 1. C. de legit. hered.* & est communis Doctorum sententia, attestante Curt. iuo. *in consil. 65. numer. 1. & 2.* 23

Decimoquintò † ampliatur vt etiam prædicta conclusio procedat in pacto, per fratres tempore diuisionis ad exclusionem sororum inchoato, etiamsi pacti verba hoc modo concepta sint: Extantibus masculis ex his, fœminæ non succedant, tàm ex testamento quàm ab intestato, vt latè defendit Campez. *d. tract. quæst. 97. per tot.* An autem tale pactum, quoad testamentum valeat, posset multum disputari, sed non est huius loci. 24

Eiusdem conclusionis exceptio prima est † quòd se non extendat ad bona extra territorium statuentium sita, Bart. *ad l. 1. C. de sum. Trinit. & fid. catho:* Alexan. *consil. 128. volum. 1.* vbi latè istam exceptionem defendit, illamque communiter receptam esse pronunciat. Dissent. Salyc. *in d. l. cunctos populos*, quem reprobat ibid. 25

Alex. & latè Campez. *d. tract. part. 5. q. 69. per tot.*

26 Sed † in isto Doctorum conflictu talis distinctio nobis potissimum videtur præbere remedium: Aut statutum excludit aliam ab hereditate paterna: aut à bonis paternis. Priori casu iuri magis consentaneum apparet, vt statuti dispositio comprehendat etiam bona extra territorium statuentium sita: mouemur, quia sub vniuersali hereditatis vocabulo, huiusmodi bona etiam includuntur. Posteriori casu verius existimaremus vt prænominatum statutum ad bona, extraterritorium iacentia, non extenderetur, ratione eorum, quæ hoc in puncto tradit Bart. *in l. cunctos populos. C. de sum. Trinit. & fide cathol.* Sit autem ista distinctio vera, vel non, nos in præsentiarum nihil isto in articulo certi pronunciamus, sed ad locum huiusmodi quæstioni magis opportunum nos remittimus.

27 Secunda † exceptio est, quoad testamentum patris in quo non habetur tanquam persona extranea. Ideoque si in eo sit exclusa, potest illud rumpere, siue filij, siue extranei in eo sint instituti, Corne. ad *l. 21. hac consultissima. §. 1. ex imperfecto. col. 3. C. de testam.* Boer. *decis. 241. numer. 9.* vbi hoc communiter receptum ait.

Ratio est, quia pater, vel eius filius, tenentur necessariò filiam in suo testamento vocare, nec vllam tacitè eam prætereundi habent potestatem, prout hoc Bart. Ias. communiterque Doctores decidunt *in d. l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. obligat.* Et istam exceptionem copiosè, ac eleganter in vtramque discutit partem Berous *in repet. c. Raynutius. numer. 234. de testament.* & vide Campez. *isto tract. part. 5. quæst. 45. & 73. per tot.*

28 Num † autem pater testando possit tollere ius filiis, & instituere filiam? videtur quòd sic, & est commune Doctorum responsum, teste Campez. *d. tract. q. 52.* vbi eandem potestatem per pactum patri tribui asserit, maximè cùm masculis viuente patre ius nondum est quæsitum, sed solum impropria quædam spes succedendi, quæ spes illis pacto vel testamento per patrem aufferri potest, *arg. text. in l. 3. seruus. C. de pact.* Istius autem exceptionis replicatio prima est, nisi filia cum patre post dotem ei præstitam iniret pactum, quo casu pactum non valeret. Ratio est, quia filiis ius est acquisitum saltem sub spe certa & probabili.

Secunda replicatio est, nisi statutum expresè prohiberet, talem succedendi prærogatiuam per testamentum vel pactum filiis aufferri, quæ replicatio communi Doctorum sententia confirmatur. Sed an ista sententia vera, si per eam libera auffertetur testandi facultas? Veram haud esse pronunciaremus, per ea quę tradunt Bald. & Doct. *in l. fin. C. de pact.*

29 Tertia † est exceptio nisi filij sint incapaces. Exemplū est in deportato, qui habetur pro mortuo. Bart. *ad l. 1. §. pen. de bonor. possess. secund. tab.* quem sequitur Bald. *in Auth. ingressi, circa fin. C. de sacrosanct. Eccles.* Sed reprobatur. vide q. 62.

30 Quartò † nisi masculus extaret & succedere nollet, *l. 2. §. sed si sint sui. ad Tertul.* vel consentiret vt soror succederet, *l. 69. & ibi Bart. de legat. 1.*

31 Quintò † nisi masculi non supersint, sed solùm fœminæ, tunc ipsæ fœminæ admitterentur. Bart. *ad l. fin. ad Tertul.* estq; commune, vt attestatur Socyn. iun. *cons. 80. nu. 6. vol. 2.*

32 Sexta † exceptio est. vt non procedat in bonis emphyteuticis, Bart. & communiter Doct. ad *l. & iurisiurandi. §. si libert. de oper. libert.* referente id Viuio *com. opin. d. verb. statutum excludens. num. 21.*

33 Septimò † nisi excluderet fœminam à supplemento legitimæ: hoc enim in casu statutū nō procederet, vt tetigimus suprà. & latè defendit Salyc. *in auth. nouissima. C. de inoffic. testam.* pro qua exceptione etiā consuluit Socyn. iun. *in cons. 30. & 150. volum. 1.* eamq; Socyn. *in l. heredes mei. § cùm ita, circa fin. ad Trebel.* communiter receptam ait, & pariter eam in vtramq; partem latè disputat Berous, *in d. repet. c. Raynutius. n. 230.* Huius exceptionis replicatio est, nisi expressè statutum adiiceret, quòd filia deberet esse dote contenta, tunc enim non posset petere supplementum legitimę. Ias. *in d. auth. nouissima* & communi Doctorum calculo receptum ait Viui. *d. loc. numer. 23.* Eius exceptionis duplicatio est, nisi magnus legitimæ esset excessus, ex quo patris præsumeretur dolus, *fac. text. in l. 79. vnde si Nerua. pro soc.* & vide Paul. de Cast. *in cons. 11a. col. pen.* refert Ruin. *cons. 98. num. 4. vol. 2.*

34 Octaua † exceptio videt' nisi filia à fratribus esset dotata de bonis propriis. Bald. *in*

l. 34.

l. 34. mater. de iur. dot. & in l. 1. & ibid. gloſ. C. de legit. hered. Rom. *in conſ. 32. & in conſ. 80.*

Nonò an habeat locum quando frater deceſſit relicto fratre ex patre tantùm, & ſorore ex vtroque parente, vide Campez. *iſto tract. part. 3. q. 48.*

35 Decima † exceptio eſt, vt non procedat in filia ante conditum ſtatutum dotata, vt plenè diximus in q. 48. Diſſent. in terminis Campez *iſto tract. part. 5. q. 57.*

36 Vndecima † ab hac ſtatuti diſpoſitione excipitur filius naturalis: is enim dotando ſororẽ eam à ſucceſſione aliorũ bonorum non excludit, quia ſecundum propriam ſignificationem non dicitur filius, *l. filium quem. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* & vide Campez *d. tract. q. 58. per tot.*

37 Alterius particulæ, qua de quærebatur, concluſionis exceptio prima eſt, niſi † frater aut aliquis alius ex diſpoſitione hominis teneretur filiam dotare, quo caſu non eſſet redotanda, vt determinat Ioan. de Imol. *in l. 22. ſi cum dotem. §. 1. ſolut. matr.* citat ibid. *l. planè. §. 1. vt in poſſ. legat. & l. 15. ſciendum. qui ſatisd. cog.* Sed reprobatur iſta exceptio per Campezium *iſto tract. q. 21. poſt numer. 1. part. 5.* Planè dicta exceptio vera eſt, ſi cogatur quis tertia vice dotem conſtituere, tunc enim licitam hoc recuſandi haberet poteſtatẽ: ratio in promptu eſt, quia dictio, *rurſus*, intelligitur in diſpoſitione hominis de ſecunda vice dũtaxat, *text. in l. 7. veluti. §. 1. hac. de eden. & ibi not. Cyn. & Bart.* melior text. *in l. 11. fideicommiſſa. §. 14. ſi quis decem. de legat. 3.* cuius verba ſunt: *Si quis decem alicui per fideicommiſſum reliquerit, & ſi perdidiſſet id, quod teſtamẽto relictum eſt, rurſus* (nota) *ei reliquerit: quærebatur an ſemper fideicommiſſum valeat, vel an exigere heres debeat cautionem, ſalua fore decem, ne cogatur ad præſtationem, & an ſi ſæpius perdidiſſet, ſæpius ei ſarciretur fideicommiſſum? Diuus Pius reſcripſit, neque cautionem exigendam, & non amplius* (aduerte) *quàm ſemel poſtquã perdidiſſet præſtandum.* Quæ verba ad hunc caſum ſunt valdè notanda, vide quæ notat Bald. *in l. qui per ſalutem. de iureiur.*

38 Secunda † exceptio eſt, niſi ſit perdita culpa filiæ, tunc enim eam fratres iterum dotare non coguntur. Vide Bald. Paul. de Caſtr. & Iaſ. *in d. Auth. quod locum. C. de collat.* & alios quos refert & ſequitur Schneid. *ad §. fuerat. Inſt. de action.*

39 Tertiò † excipitur circa prædictam concluſionem vt non procedat, ſi talis filia expreſsè non peteret ſe dotari à fratribus. Ratio eſt, quia fratres per ſororem non requiſiti, non tenentur ſe vltra ad dotandam eam offerre. Facit ad hoc pulchrè quod in ſimili fermè caſu conſuluit Ang. *in conſ. 40. & in conſ. 136.* videlicet ſtante ſtatuto, quòd quis non audiatur, niſi priùs ſatisdederit, quòd hoc intelligi debeat, ſi ſatisdatio fuerit requiſita. Præterea † eſt 40
regula atteſtante Baldo *in c. 1. de natura feud.* quam ſummoperè memoriæ commendes velimus: Quòd vbi dies eſt incerta, ſemper requiſitio eſt neceſſaria. Sed hîc dies eſt incerta fratribus, qua mulier nubit, vt patet ex eo, quòd ſe non petat dotari. Ergò, &c. Item facit optimè pro hac exceptione confirmanda, quòd heredes viri non teneantur mulieri præſtare alimenta poſt annum, quia mulier ſibi debet imputare quòd dotem nõ repetiuerit. vide Imol. *d. l. 7. fructus, alias incip. diuortio. ſolut. matr.* Ang. *in conſ. 138. & in §. fuerat. Inſt. de action. & in conſ. 300.*

QVAESTIO LX.

Stante prædicto ſtatuto, quòd fratres ſororibus, ab eis dotatis, in totam hereditatem patri ſuccedãt, quęritur modò ſi frater decedat relicta ex ſe filia, & ſorore nondum dotata, an in iſta filia eadem ſtatuti militet diſpoſitio, quæ militabat in patre, ita vt poſſit amitam dotare, & à tota hereditate excludere?

SVMMARIA.

1 *Filia defuncto patre in vniuerſum ius eius ſuccedit.*
2 *Cauſam, ad aliquod ius acquirendum neceſſariam, ſufficit ſemel extitiſſe.*
3 *Statuti ratio filias propter filios excludentis eſt familiæ conſeruatio.*
4 *Diſtinctio huius quæſtionis.*
5 *Filia admittitur ad ſucceſſionem, ſi maſculus non ſuperſit maximè ſi ſtatutum per verba ſuſpenſiua diſponat.*

PARS I. AFFIRMANS.

QVÆSTIO hęc cùm ſępè de facto contingat, non erit indeciſa remittenda.

Quòd verò filia defuncto patre idem ius habeat ex prædicto statuto, quòd ipse habebat pater, non leuibus videtur probari fundamentis. Et primùm quidem non leue ex eo infertur argumentum, quòd istud ius succedendi patri in totam hereditatem erat filio acquisitum, si non reipsa, saltem sub spe certa & probabili.

1 Ideoque † cùm inficias iri non possit, quòd filiæ huic mortuo patre, competat succedendi potestas in vniuersum ius, quòd eius patens mortis tempore habebat, vt nobis hoc non incognita *l. heres. de reg. iur.* attestatur, videtur absque vllo fuco concludi posse, quòd amita sua dote debeat esse contenta, hereditate filiæ in totum relicta.

2 Secundò † constat quòd sufficiat causam, ad aliquod ius acquirendum retinendumque necessariam, semel extitisse, *arg. l. 9. cuius bona. de curat. furios. & notat. in l. 17. cum quidam. §. 5. fiscus. de vsur.* Sed semel extitit quòd frater poterat dotasse sororem, & sic ab hereditate exclusisse. Ergò hoc filiæ quoad tale ius retinendum sufficiet.

Ex his & similibus argumentis, quæ adduci possent pro parte affirmatiua, videtur concludendum.

PARS II. NEGANS.

3 CONSIDERANDO rationem † propter quam fratribus tale conceditur priuilegium, videtur quòd pars negatiua sit magis defensibilis: ratio verò propter quam prænominatum statutum concedit fratribus istam prærogatiuam succedendi in totam hereditatem, exclusis sororibus dotatis, est familiæ conseruatio, & masculini sexus dignitas: per masculos enim conseruatur familia, non autem per fœminas, quæ statim atque nuptæ sunt alterius familiæ nomen adipiscuntur. Ex quo cognoscitur quòd statuentes famlliæ duntaxat conseruandæ ratione moti fuere. Sed ista ratio cessat in fratris filia, non minùs, quàm in ipsa sorore, ideoque non immeritò etiam statuti vel iuris, quod patri competebat, in ea cessat dispositio. *arg. l. adigere. de iure patron.*

Quod dicitur in maiori II. argumenti propositione sufficere causam dispositionis ad eius effectum conseruandum semel extitisse, procedit in casu quo alicuius dispositionis perpetuò non requiritur ratio. Sed hîc perpetuò requiritur. Ergò, &c.

Pro hac parte facit vlteriùs *l. 9. quedam sunt. §. 1. de eden.* cuius verba sunt: *Nihil interest, si successores, aut pater, aut Dominus argentarij eiusdem fuerunt professioni.* Cur nihil interest? *quia cum in locum, & in ius succedant argentarij, partibus eius fungi debent.* Sed filia succedens in locum patris, non potest hoc in casu fungi partibus, quibus patrem fungi oportebat. Ergò, &c. Hoc idem argumentum probatur in *l. 65. actione. §. 12. publicatione. pro socio.* Ex his pro parte negatiua videtur concludendum.

Sed prædictis non obstantibus videtur magis † iuri & rationi consentaneum, vt in hac controuersia distinctionem quandam faciamus: videlicet si frater præmoriatur patri, quòd tunc pars negatiua procedat: si verò post patrem moriatur, quòd tunc pars affirmatiua potiorem obtineat locum. Ratio est, quia tunc filio per mortem patris plene ius est acquisitum, quod potest transmittere ad heredem, etiam fœminam, per text. *in l. 19. cùm in antiquioribus. in princ. C. de iure deliber. & l. 1. C. de his qui ante apert. tab.* Cuius exceptio est, nisi statutum loquatur per † dictiones suspensiuas, vt: *quoad, quousque, quamdiu, vel donec masculus superfit.* Nam tunc si masculus non superfit, reintegratur filia ad succedendum. Bal. *ad c. 1. de benefic. fœmine.* Salyc. *in l. fin. C. de repudiat. heredit.* Imol. *in l. 74. mulieri & Titio. de condit. & demonst.* Bald. & Angel. *in l. 29. Gallus. §. 5. & quid si tantum.* Idē Bal. & Imol. *in l. 9. si quis posthumos. §. 2. si filium. de liber. & posthum.* estque commune Doctorum responsum, teste Campezio *isto tract. q. 23. post num. 3. part. 5.* Hanc distinctionem amplectitur Campez. *isto tract. q. 22. in fin.* vbi refert Bald. eandem tenentem *in l. fin C. de in ius voc.* & Alber. de Ros. *part. 2. statut. q. 101.* dicentem se sic consuluisse & obtinuisse, estque nostro quidem iudicio etiam de iure tutior. 4 5

QVÆSTIO LXI.

Statutum disponens quòd filia dotata nullum regressum habeat ad bona paterna contra fratres, quæritur an istud verbum, fratres, verificetur etiam in fratribus defuncti parentis, si non supersint fratres ipsius filiæ.

SVMMARIA.

1 Statutum excludens sorores propter fratres, non verificatur in fratribus defunctis patris. contrà num. 4. replic. nu. 6.

2 Dispositio obscura & velata non introducit heredis institutionem.

3 Speciali vno posito, ex identitate rationis non sequitur alterum.

5 Ratio conseruanda familiæ, æquè militat in patruis ac in nepotibus.

6 Replicatio Authoris, quòd statutum excludens fœminas propter masculos, non procedat in patruis.

7 Statuti extensio non admittenda, vbi est par ratio, vel maior.

8 Statutum excludens fœminas non est fauorabile in patruis.

9 Statutum exclusiuum quòd non comprehendat patruos, ostendit Author nouo fundamento.

10 Statutum excludens sororem propter fratrem non procedit in fratre patrueli.

PARS I. NEGANS.

1 QVÆSTIO hæc † an statutum excludens sorores dotatas propter fratres, verificetur etiam in fratribus defunctis, ita vt ij non superstitibus nepotibus succedant suo fratri, exclusis nepotibus, ad hanc materiam quodammodo spectat. Quare eam indiscussam nun relinquimus.

Et primùm quidem pro parte negatiua in hunc modum argumētatur. Statutum semper secundum communem loquendi vsum est intelligendum, vt est recepta omnium Doct. sententia. Sed secundum istum loquendi vsum, nomine fratrum non veniunt auunculi. Ergo, &c.

II. Legum correctio est euitanda, nisi specialiter probetur de correctione. *l. 2. C. de noxal.* Sed per dicti statuti dispositionem non potest expresse probari, quòd patrui debeant succedere exclusis filiabus. Ergo erit euitanda correctio iuris concedentis filiabus succedendi potestatem. *Authent. in successione. C. de suis & legit.* Minor docetur, quia si propter patruos filiæ essent excludendæ, requireretur vt statutum expresse de patruis mentionem fecisset, cùm aliàs hoc in dubio non præsumatur, ne iuris communis introducatur correctio. Sed statutum hoc de patruis mentionem non fecit.

III. Per † obscuram vel velatam alicuius dispositionem nulla heredis potest introduci institutio, per textum *in l. 32. illa institutio. de heredib. institu.* At dicti statuti dispositio, per quam aduersa pars conatur inferre, quòd patrui exclusis nepotibus habeant succedendi potestatem in vniuersam hereditatem patris, est valdè velata & obscura, cùm per eam talis potestas non possit aptè vel expresse colligi, vt diximus suprà, & fac. *d. l. 32.* Ergo, &c. 2

IV. Statuti dispositio ita est intelligenda & restringenda, vt quàm minimū contineat iniquitatis. Ergo sententia eorum, qua concluditur, quòd huiusmodi statutū etiam extendatur ad patruos, deficientibus fratribus, minimè est attēdenda, quia exinde filia defuncto patri proximior ab hereditate excluderetur, quod est iniquissimum. *arg. l. 12. assiduis. §. 1. ad hac. C. qui potior. in pign. hab.*

V. Posito † vno speciali, ex identitate rationis non sequitur alterum. Sed hîc positum est vnum speciale in fratribus, quòd ij contra iuris communis dispositionem, exclusis sororib. dotatis, ad successionem patris admittantur. 3

Ergo posito, & non concesso, quòd hoc in casu sit rationis identitas: tamen ad hoc non sequeretur alterum speciale, scilicet quòd non extantibus fratribus debeant ex eodem statuto succedere patrui.

Ex his concluditur, quòd prædictum statutum non extendatur ad patruos exclusis neptibus.

PARS II. AFFIRMANS.

PArtem affirmatiuam † tuentes possunt ad maiorem I. argumenti propositionem respondere, quòd licet dispositio statutorum secundum cōmunem loquendi vsum sit intelligenda, quòd tamē hoc non procedat, vbi statuti ratio expresse aliud exigit. Quòd verò hoc in casu exigat, vt non solùm fratres, sed etiam patrui neptibus quoad successionem præferantur, conuincitur ex communi Doctorum responso, quo volunt vnicam statuti rationem esse familiæ conseruationem, quæ ratio tàm benè operatur in patruis, non extantibus nepotibus, quàm in ipsis nepotibus, si extarent, ideoque potest fieri iustè extensio de fratibus non extanti- 4

bus ad patruos. Bald. *ad l. 4. maximum vitium. colu. 5. C. de liber. praterit.* etiamsi communis loquendi vsus sit in contrarium.

Hinc etiam conuincitur, quod minor II. argumenti sit neganda. Nam ex quo dicti statuti ratio etiam hoc in casu expressè se extendat ad patruos, satis constat, quod etiam eius dispositio (licet non leuato velo) expressè de patruis loquatur.

Repetendo priora, negatur rursus minor III. argumenti.

Ad IV. argumentum quod attinet, videtur respondendum, quòd eius consequentia non procedat. Nam ex quo tale statutum propter familiæ cõseruationem est fauorabile, tàm in patruis, quàm in nepotibus, vt diximus *in quæst. 59. in princ.* dici non potest, quòd vllam hoc in se contineat iniquitatem.

Respondetur ad minorem V. argumẽti propositionem, quòd hîc non concurrant duo specialia, sed vnum duntaxat, videlicet, vt fratres familiæ conseruandæ causa citra iuris communis dispositionem prę filiabus ad successionem admittantur, quod vnum speciale propter eius rationem includit etiam patruos, non extantibus nepotibus, sicq; licet in statuti dispositione non fiat mentio de patruis: tamen cùm ista dispositio eos tacitè includat, nõ potest dici, quòd patrui faciant alterum speciale.

5 Cæterùm † his sic absolutis principale huius partis fundamentum est, vt etiam superiùs tactum, quòd huiusmodi statutum non sit odiosum, sed familiæ conseruandæ causa fauorabile, vt est demonstratum *in d. quæst. 59.* Ideóque cùm videtur, quòd eadem statuti ratio militet, non solùm in fratribus, sed etiam eis non extantibus in patruis, nihil apparet prohibere patruos eandem succedendi facultatem.

Ex his concludunt, quòd dicti statuti dispositio habeat etiam locum in patruis, si nepotes non extent.

Huic conclusioni assentit Campez. *isto tractat. quæst. 24.* vbi eam verissimam reputat, additq; se sic in ciuitate Cremonæ in quadam hereditate opulentissima consuluisse. Idem consuluisse refert Rom. *in consilio 16.* Adde Ias. *in l. 1. C. de success. edict.* vbi vult, quòd propter identitatem rationis statutum possit extendi ad personas etiam in statuto non expressas vel specificatas. Vide etiam Brun. *in tractat. quod stant. masc. fol. 9.*

REPLICATIO.

PRÆDICTIS † non obstantibus pars negatiua est verior. Nam concedimus, quòd communis loquendi vsus adeò in statutis non sit attendendus, vbi ratio eius expressè aliud exigit; rationem verò statuti, vt in responsione dictum, hoc expressè exigere prorsus negamus. Nam licet admittamus, familiæ conseruationem vnicam statuti esse rationem, quod tamen multi negant, vt ostendimus *in d. quæst. 59. in princip.* inter quos etiam reperitur Bart. *in l. liberorum. de verbor. significat.* Alexan. *in consil. 80. colum. 4. volum. 1.* Ias. *in d. l. 1. C. de succes. edict.* & multi alij quos refert ad hoc Philip. Port. *commun. opin. conclus. 47. lib. 2.* tamen eandem ipsam rationem expostulare, vt statuti dispositio etiam extendatur ad patruos, falsum est. Cur sic? Nam licet eadem conseruandæ familiæ ratio reperiatur in patruo: tamen dici non potest, quòd ista ratio tanta sit in patruo, tanquã persona in statuto non expressa, & in vlteriori gradu consistenti, quanta sit in personis in statuto expressis, & in proximiori gradu consistentibus. 6

Ideoque † cùm hîc sit par ratio, vel maior, non debet fieri statuti extensio, Socyn. *in cons. 30. col. 8. & in cons. 9. col. 2. vol. 3.* etiamsi rationis subsit identitas. 7

Pari modo replicatur solutio II. argumenti, quia falsum est dicere, quòd statutum expressè comprehendat patruum, imò neq; tacitè, vti hoc statim satis demonstratum est.

Patet replicatio III. arg. solut. ex suprà dictis.

Negatur † quod in responsione IV. argumenti dicitur, statutum hoc æquè fauorabile esse in patruis, sicut in nepotibus. Nam licet statuti ratio sit familiæ cõseruatio, eaq; fieri etiam possit per patruum: tamen quòd ea eodem modo fauorabilis sit in patruo, sicut in nepote, falsum est, imò plus dicimus, quòd nullo modo fauorabilis sit in eo. Cur sic? propter gradus proximitatem, quæ est in filia, & deest in patruo; propter mentem statuentium, qua volunt, vt non simpliciter familia conseruetur, sed vt in eadẽ linea seruetur, quod per patruum fieri non potest, vt infrà dicetur. Deniq; propter ęquitatem, quę sua- 8

det

det statutum hoc iuris communis correctorium in damnum neptis vltra expressos suos terminos non esse extendendum, quod fieret, si patruus nepte exclusa succederet, cùm is sicut nepos in statuto non sit expressus.

Quòd duo specialia hoc in casu concurrerent, si patruus, exclusa nepte, suo fratri succederet, negari non potest, licet hoc negatum sit in solut. V. argum. quòd enim speciale sit in fratre, apparet quia vterque aliàs tàm soror quàm frater ad successionem vocaretur; quod etiam speciale esset in patruo, constat ex eo, quòd is gradu vlterior præferretur nepti gradu proximiori, quod etiam est contra ius commune, & sic duo specialia isto in casu concurrerent, quod fieri non potest. Per hæc manet tota secunda pars replicata.

9 Adde †secundum nos pro confirmatione huius partis primò, quod hoc & simili in casu, in quo in dubium vocatur, quidnam statuentes statuerint, si coniectura facienda de mente statuentium. Sed coniecturando vtrū mens fuerit statuentium, quòd patruus nō superstite nepote deberet succedere fratri, exclusa eius filia, sanè nullam aliam possemus capere coniecturam, quàm quòd statuentes hoc noluerint. Cur ita? quia eorum intentio fuit, vt conseruetur familia, non in genere, sed in specie, intelligimus in linea directè à patre prouenienti, & non in linea transuersali vel collaterali, in qua consistit patruus à nepote. Vnde hoc capis? ab absurdo. Nam si in genere familiæ conseruationem statuentes voluissent esse causam, vel rationem statuti, sequeretur quòd ista eodem modo deficiente patruo posset operari, in patruo magno & ꝓpatruo, item in patrueli, & eorum filiis nepotibus, pronepotibus, sicq; fermè in infinitum, quia per has personas etiam cōseruatur familia. Sed hoc consequens est absurdum, cùm sit citra naturalem parentū erga liberos amorem, quo volunt omninò indifferenter, vt liberi præ eorum nepotibus ad successionem bonorum suorum admittantur.

Hoc igitur absurdum statuentes in eorum dispositione, nullum voluisse obtinere locum, neminé credimus posse negare. Per hæc & similia, quæ adduci possent, cōcludimus, vt in prima parte cōclusum est.

Confirmant hanc conclusionem Bald. *in l. 8. sed & milites. de accusat. tut.* Imol. *in l. 64. si verò. §. 9. de viro. circo fin. solut. matrimon.* Hoc idem, quòd ex identitate rationis hoc in casu non fiat extensio, tenet expressè Dec. *in consilio 451. in fin. & in consil. 521. colum. fin. & in consilio 559. & in consil. 589.* idem tenet *in l. 1. in fin. C. de success. edict.* Alexand. *in consil. 97. volum. 2.* Capt. *in consil. 137.* Paris. *in consil. 49. volum. 3.* Socyn. iun. *consilio 1. colum 14. volum. 1. & consil. 108. colum. 7. volum. 7.* Corn. *in consil. 97. col. fin. volum. 3. & in consil. 82. circo fin. & in consil. 308. in princ. vol. 4.* Ruin. *in consil. 143. colu. pen. vol. 2.* refert Iacob. Philip. Port. *commu. opin. lib. 2. conclus. fin. in princ.* Adde Ioan. Anton. Alex. *in consil. 118.* Paris. *in consil. 110. vol 3.* Rom. *cons. 424.* Anch. *in consil. 41.*

Accedit † quòd prædictum statutum excludens sororem propter fratrem, habeat tantùm locum in fratre carnali, & non patrueli, vt in expresso hoc tenet Bald. *in c. 1. in fin. de feud. march. & in c. quæ in Ecclesiarum. colum. pen. in fin. de constitut. idem in l. 6. iubemus. §. fin. C. ad Trebell.* Alexan. *ad d. l. 1. C. de success. edict. & in consil. 97. volum. 2.* Socyn. *consi. 9. colum. 3.* Ias. *in consil. 205. colum. 8. vol. 2.* Aretin. *in l. 2. Gallus. § 11. nunc de lege. in fin. de liber. & posthum.* Brun. *in d. tractat. quod statut. masc. fol. 67. colum. 4. in fin.* vbi hoc communiter à Doctoribus receptum ait. Vide etiam Paris. *in consil. 110. col. 3. vol 3.* Ruin. *consil. 19. colum. 7. volum. 2. & in consil 31. 43. 53. 82. & 94. vol. 3.* & Campez. *isto tract. part 5. quæst. 67. per tot.* 10

Et quòd hoc statutum intelligatur de agnatis primi gradus, respectu ipsius filiæ tantùm, tenet Curt. *in consil. 6. colu 4.* quem refert ad hoc Port. *d. lib. 2. conclus. fin. col. 5.*

QVAESTIO LXII.

Num statutum excludens sorores propter fratres, tollatur capitis diminutione?

SVMMARIA.

1 *Statutum excludens sorores propter fratres, nunquid capitis tollatur diminutione? Distinguitur.*

2 *Author indistinctè in partem negatiuam concludit.*

3 *Nomen qualibet res ex maiore sui parte recipit.*

4 Cogna-

4 *Cognationem ciuilem statutum non considerat sed naturalem.*

1 BREVITER † hanc quæstionem attingendo, respondemus sub distinctione. Aut statutum loquitur tantùm in fratre & sorore (vt hic) & non excluditur frater propter minimam capitis diminutionem, quia per talem capitis diminutionem non tollitur ius cognationis inter patrem & filium, fratres & sorores *l. 3. C. de legit. tut.* §. *fin. Instit. de legit. agnat. tut.* Aut statutum disponit etiam vltra istas personas, & tunc videtur tolli minima capitis diminutione. Ratio est, quia statutum videtur se habere ad instar iuris antiqui, quo agnati præferebantur cognatis. Sed tale ius vltra personas nominatas tollebatur minima capitis diminutione. §. *fin. Institut. de legit. agn. tut.*

2 Sed hæc † distinctio non videtur procedere in casu nostro. Ratio est, quia prædicta procedunt, quando statutum disponit sub nomine ciuili, putà, idem quod ius ciuile, vt si diceret: agnati præferendi sunt cognatis. At statutum nostrum hoc non disponit, imò citra ius ciuile disponit. Ergo, &c.

Vnde in hac quæstione concludendum arbitraremur, quòd tale statutum non tollatur capitis diminutione, maximè cùm non disponat sub nomine ciuili, sed potiùs sub nomine naturali, vtpotè, vt consanguinitas per familiam eò meliùs cōseruet. Nec obstat, si obiiciatur, agnationem etiā per adoptionem, quæ est iuris ciuilis, 3 acquiri: quia respondetur † vnamquamque rem ex maiore sui parte nomen accipere, vt hoc declarat Cicero *Tuscul. 5.* Sed multò plures agnationes esse naturales, quàm ciuiles, compertum est.

4 Præterea † statutum talem ciuilem non considerare cognationem, constat ex eo, quòd statuti verba, secundum communem & magis propriam verborum significationem, sunt intelligenda, iuxta quam nomine agnationis nunquam venit agnatio ciuilis, sed semper naturalis.

Vnde considerando mentem statuentium, fortè concludendum esset, quòd statutum hoc nulla capitis tollatur diminutione.

Vide Campez. *isto tractat. quæst. 27.* vbi ait hæc menti esse tenenda, quia in facti contingentia possent alicui facere honorem. Vide etiam ad hanc quæstionem Bar. *in l. 1. §. si pater. de contug. cum emancip. lib.* Bal. *in l. Gallus. §. quid si tantum. de liber. & posthum.* Ang. *in l. 2. C. de testam. milit.* & Campez. *isto tractat. part. 5. q. 44. per tot.*

QVAESTIO LXIII.

Quæritur stante statuto, quòd filia succedat parenti ab intestato, non extantibus masculis, an à contrario sensu extantibus masculis excludatur?

SVMMARIA.

1 *Argumentum à contrario sensu, per quod legū introducitur correctio, est inualidum. item est inualidum, si inducat pœnam. numero 2.*

Non est inualidum, si habeat certam alicuius dispositionis demonstrationem inclusam. num. 3.

4 *Argumentum à contrario sensu procedit in pact. dotal.*

5 *Dispositio alicuius legis ita potest colligi in sensu tacito, vel implicito, sicut in directo.*

PARS I. NEGANS.

QVOD à contrario sensu filia à successione non intelligatur exclusa, probatur I. hoc modo. Argumentum † à contrario sensu non procedit, quando per istud legum introducitur correctio. Gloss. *in l. 15. conuenticula. C. de episc. & cleric.* Lotio tus *in tractat de tut. action. 62. gloss. in c. cupientes. §. quod si per viginti. de elect. in 6. & in cap. 1. versic. permittimus. de ætat. & qual.* & est tex. *in l. 2. C. de condit. insert.* Sed hoc argumentum, si procederet, induceret hoc in casu legum correctionem, quia ius commune per hoc corrigeretur. Ergo, &c. 1

II. Quando statutum comprehendit casum à contrario sensu, qui in lege inuenitur decisus, tunc à contrario sensu nihil deciditur, sed tanquam omissus remanet, sub dispositione iuris communis. *fac. l. 22. si cùm dotem. in princ. solut. matrimon.* Bald. *ad l. 21. apud antiquos. C. de furt.* At quòd in lege inueniatur decisum, quòd non minorem filia parenti ab intestato habeat succedendi potestatem, quàm filius, non est controuersum. Ergo, &c.

III. Argumentum † à contrario sensu, 2

per

per quod inducitur pœna, non valet, Gloss. *notab. in clement. 1. versic. facere. de vsur.* Bald. *in Authent. ad hac. colum. 2. C. de vsur.* Ludouic. Roman. *sing. 106.* Hyppol. *in consil. 13. num. 15.* Ergo nostro in casu non procedit. Consequentia probatur, quia si successionis priuatio non posset esse loco pœnæ, sequeretur quòd filius, à patre ob graue delictum exheredatus, nullam sentiret pœnam. Sed consequens est falsum, cùm isto in casu leges talem parti filium puniendi dederunt potestatem, vide Cuiac. *in Nouell. 18.* VVesenb. *in parat. de lib. & posthum.* Borch. *in princ. Instit. de exhered. liber.*

Ex his videtur concludendum, &c.

PARS II. AFFIRMANS.

PRÆDICTIS non obstantibus pars affirmatiua est verior. Nam responde secundum nos ad maiorem I. argumenti
3 propositionem, q̃ illa † procedat, quando ex aliqua lege vel dispositione simpliciter colligitur argumentum à contrario sensu, secùs si non simpliciter, sed cùm aliquali certæ dispositionis demonstratione.

Hoc autem fieri nostro in casu, nemo, qui maturo ingenio statuti huius considerat dispositionē, negabit. Quid enim quæso statutum disponeret, si non in casum existentium masculorum disponeret? Nam quòd filiæ parentibus habeat succedendi potestatem, sufficienter per ius commune cautum est, ac proinde statutum isto in casu actum ageret, si tantummodò simpliciter esset intelligendum. Sed quælibet dispositio ita est intelligenda, vt, quoad fieri potest, aliquid operetur.

Ergo hanc nostri statuti dispositionem necessariò debemus intelligere, vt filię extantibus masculis, non habeant succedendi facultatem.

Eodem modo respondemus ad maiorem II. argumenti.

Negatur consequentia III. argumenti, neq; probatur ex eo, quòd filius impius à patre exheredatus, sentiat pœnam, quia respondetur quòd hic filia non exheredatur. Nam licet in totum non succedat hereditatem: tamē ex quo per hoc statutum ei dos vel legitima non aufertur, non potest dici, quòd sentiat pœnam, cùm non solùm statutum, sed etiam ipse parens nulla interueniente offensa, possit totam hereditatem legitima filio filiæuè relicta, alteri applicare.

Prædictis argumentis sic solutis concluditur, quòd per dicti statuti dispositionem, extantibus masculis, censeantur fœminæ exclusæ.

Pro hac conclusione consuluisse Cyn. refert Bald. *in d. l. 15. conuenticula. C. de episcop. & cleric.* per † textum *in l. 26. inter socerum. §. 2. cum inter. de pact. dotal.* vbi in 4
pactis dotalibus sumitur dictum argumentum à contrario sensu. Ergo idem argumentum potest sumi hoc in casu, cùm statutum consensu ciuitatis eodem modo inchoetur, sicut pactum consensu partium, per *l. 32. de quibus. in princip. de legib.* Eandem conclusionem tenet Petr. de Anch. *in repet. c. canonum statuta. de constitut. & in consil. 420.* prout eum refert & sequitur Campez. *isto tractat. quæst. 34. in fin. part. 5.*

Et quòd argumentum à contrario sensu sit validum, probatur per textum *in l. 1.* & ibi Bart. *de offic. eius. cui mand. est iurisdict.* Doctor. *in d. §. cùm inter.* & vide de hoc articulo Alex. *in dict. l. 1. numer. 9. & 38. & in d. l. si cùm dotem. num. 16. solut. matrimon.* vbi cum cæteris determinat, quòd † dispositio 5
alicuius legis ita possit colligi in sensu tacito, vel implicito, sicut in directo & explicito. Estque generale Doctorum axioma, cuius septem vel decem notabiles exceptiones vide apud Bart. Socyn. *in tractat. fallent. reg. 28. argum. à contrario.*

QVAESTIO LXIV.

Quæritur stante statuto, quòd filia dotata non succedat patri ab intestato, an etiam excludatur, si decesserit pater intestabilis, vt furiosus, vel aliter testamenti incapax?

SVMMARIA.

1. *Statutum disponens, quòd filia non succedat patri ab intestato, habet etiam locum, si pater decesserit intestabilis.*
2. *Intestabilis etiam pro intestato accipitur de iure communi.*
3. *Statuentes etsi sint Iurisperiti; tamen iuxta*

iuxta communem verborum proprietatem eos statuisse vel disposuisse præsumendum.

CVm attenta statuti natura & ratione hæc quæstio adeò dubitabilis non sit, eam in vtramq; discutere partem omitti-
1 mus, & breuiter pro † parte affirmatiua respondemus, cùm quia statutorum natura expostulat, vt eorum verba simpliciter, & secundum communem loquendi vsum intelligant. *l. 52. liberorũ. §. 4. quod tamẽ. de legat. 3.* Sed hoc modo statuti verba intelligẽdo, erit indifferens, an pater decedat intestabilis, an ab intestato? Bar. *in d. l. 1.* & iccirco licet propriam verborum considerando significationem intestabilis nõ veniat pro intestato, *l. 1. de suis & legit. & l. 64. intestatus. de verb. signif.* per quam legem probat, quòd is propriè intestatus dicatur, qui vel testamẽtum non fecit, vel heredem testamentarium non habet: tamen cùm cõsuetudo loquendi, quę dominatur in statutis, talem verborum proprietatem non consideret, minimè ista proprietas nobis obstabit: tùm etiam, quia statuti ratio hîc ęquè viget, ac si pater ab intestato decessisset: ratio enim huius statuti est familiæ conseruatio, vt diximus *in q. 59. in princ.* Ideoq; vt eiusdem statuti dispositio hoc in casu etiam operetur necesse est.

2 Adde † quòd imò non duntaxat secundum communem loquendi vsum intestabilis pro intestato accipiat; sed quòd hoc etiam iuxta naturalem communemq; iuris dispositionem procedat, est tex. ad hoc *in l. 6. in testamento. C. de testam. milit.* ibi: *intestata filia* (subaudi paruulæ) Per quæ verba probatur, quòd filia paruula, & sic intestabilis si decedat, dicatur decedere ab intestato. Idem text. *in l. 2. hereditatem. de impub. & aliis substitut. & in l. 6. intestato. de legit. tutor.* Cuius verba sunt: *Intestatus autem videtur non tantum is, qui testamentum non fecit, sed & is, qui testamento liberis suis tutores non dedit, qualis esse potest is, qui intestabilis est, vt furiosus, &c.* Istos textus pro hoc adducit Rom. *in consi. 32.*

Hæc cùm ita sint, erit concludendum, quòd prædictum statutum procedat etiam in eo, qui intestabilis vt furiosus decessit.

Assentiunt huic conclusioni Bart. *in d. l. 1. de suis & legit.* Roman. *in d. consil. 32. & alij.* Campez. *isto tract. part. 5. q. 63.*

Conclusionis huius exceptio videt, nisi statuentes fuerint Iurisperiti, quo casu statuentium verba non secundum vulgarem loquendi vsum, sed propriam eorum significationem sunt intelligenda. Bald. *ad c. 1. de success. feud.* quod Baldi dictum, si esset verum, candido foret notandum lapillo.

Sed ego † istud veritati adeò cõsentaneũ 3
esse non arbitror, maximè cùm Iurisperitos aliosque non indoctos homines, vulgo legem statuentes, eorum intẽtiones etiam ad vulgarem verborum vsum significationemuè accommodare, & non ad subtilem iuris communis verborum interpretationẽ applicare, sit præsumendum. Præsumptionis ratio in promptu est, quia vulgari populo hoc in casu lex ea ratione & modo est præscribenda, quo eius legis verba aptè propriéque possint intelligere, patet, quia populi consensu lex est statuenda, & ideò non vltra eius captum verba legis proponenda, quod fieret, si non secundum vulgarem verborum significationem populo legis verba pręscriberentur. Non obstat *l. 4. illud quæritur. l. 56. si dictum. in princ. de euiction.* quia loquuntur in dispositione legis generalis, & non municipalis vel particularis.

QVAESTIO LXV.

Nunquid statutum excludens filias propter masculos, extendatur ad masculum ex ipsa filia descendentem?

SVMMARIA.

1 *Statutum excludens filias propter masculos, non extenditur ad nepotes ex ipsis filiabus descendentes. contrà nu. 7.*

2 *Statutum determinans quòd nemo in agrũ debeat pascere oues, non habet locum in eo qui pascit hircos.*

3 *Casus omissus in statuto remanet sub dispositione iuris communis.*

4 *Filia per iuramentum renuncians paternæ successioni nullum præiudicium potest inferre liberis.*

5 *Statutum habens certam aliquam qualitatem adiectam, sine ea non operatur.*

6 *Franciscus Tigrinus Iureconsultus in album sanctorum receptus.*

8 *Statutum excludens fœminas propter masculos, totam fœmineam lineam censetur excludere.*

9 *Iuramentum personam non egreditur.*
10 *Rationem in statuto vel lege non expressam per coniecturas facere licet.*
11 *Ius quod habet filius in bonis maternis, non aliundè quàm ex illa matre habet.*

PARS I. NEGANS.

PRopter motiua quorundam Doctorũ, non mediocrem in nostra facultate authoritatem obtinentium, hanc quęstionẽ, an statutum excludens filias propter masculos extendat ad nepotes ex eis descendentes, breuiter attingemus, & pro parte
1 negatiua † in primis hoc modo arguimus. Fœmininum non comprehendit masculinum, *fac. gloss. in clem. attendentes. de regula.* vbi determinat glossa, quòd appellatione Abbatissæ, non veniat Abbas, hocq; potissimùm procedit in statutis, quæ non recipiunt interpretationem extensiuam. Vn-
2 de † si statutum esset sub certa pœna, quòd nemo in agris deberet pascere capras vel oues, is qui pasceret hircos vel hœdos, non teneretur ista pœna.

Ergo hoc statutum quod comprehendit tantùm sororem, non comprehendit eius filiam.

3 II. Casus † omissus in statuto remanet sub dispositione iuris communis, *l. 10. commodissimè. de liber. & posthum.* Sed casus, an filius ex filia natus debeat à successione aui etiam esse exclusus, in statuto est omissus. Ergo debet remanere sub dispositione iuris communis, hoc est, vt filius succedat auo.

4 III. Per † iuramentum, quo filia renunciat successioni paternæ, nullum præiudicium infertur nepotibus. *l. fin. vnde cognat.* etiamsi in tali renunciatione nepotes per filiam sint expressi, Bar *ad l. qui superstitu. de acquir. heredit.* Gloss. Bald. & Doctor. *in l. 3. pactum dotale. C. de collat.* Ergo si per iuramentum non possit præiudicari nepotibus, videtur etiam quòd non possit per statutum.

5 IV. Statutum † in sua dispositione certam aliquam qualitatem comprehẽdens, nunquam operatur, nisi talis adsit qualitas, *l. 1. §. cùm autem. ff. quis testament. liber. l. 4. §. hoc autem. de itin. act. priu.* At hoc statutum certam comprehendit in se qualitatem, quæ in nepote non potest adesse, scilicet, vt soror sit dotata & maritata. Ergo, &c.

V. Argumenti loco respondent ad generalem istam prædictorum contrariorum solutionem, qua dicitur eandem statuti rationem operari in nepote, quæ operatur in ipsa sorore, ac consequenter idem ius statuendum in nepote, quòd ratio ista, quam nos prætendimus, non sit in statuto expressa, sed quòd varia istius statuti possit excogitari ratio, & idcirco ab vna ratione argumentando nihil certi posse produci, Gloss. *in l. quamuis. C. de fideicommiss. & in l. non dubium. C. de legib.* Ex his concludunt, quòd prædictum statutum non extendatur ad masculos.

Consuluit † pro ista opinione Franci 6
scus Tigrinus *in consil. incip. super quæstione quæ oritur.* quem ad hoc allegat Campez. *isto tractat. part. 5. quæst. 41. in princip.* Cuius Doctoris permagna est authoritas, cum sit teste Baldo *in c. 1. § 1. in tit. episcop. vel Abbat.* in album sanctorum reputatus, quod sibi Iureconsultorum contemptores habeant obiectum.

PARS II. AFFIRMANS.

SED † sit prædicta opinio, vtut sit, sit 7
que prædicti Doctoris authoritate approbata: tamen cùm & is homo fuerit, qui potuit errare, nobis pars affirmatiua, cuius fundamẽta altè imbibimus, videtur multò probabilior veriorque, pro cuius partis defensione respondemus ad antecedens I. argumenti, in quo dictum fœmininum nõ comprehendi masculinum, maximè in statutis, quòd istud generale Doctorum axioma procedat in masculis non ex eadem fœmina, qua de agitur, descendentibus: hi enim qui descendunt ex matre per statutum exclusa, respectu eius non plus iuris habere possunt, quàm ipsa mater.

Negatur † minor II. argumenti. Nam 8
ex quo per dictum statutum non solùm fœmina, sed etiam tota fœminea linea cẽsetur exclusa, vt hoc necessariò statuti ratio expostulat, quę aliàs fermè esset sine effectu, si non masculinum sexum includeret, non potest dici, quod exclusio nepotis in statuto sit omissa.

Respondetur ad antecedens III. argumenti, quòd ideò per iuramentum à filio præstitum, quandoque non præiudicetur nepotibus, quia † iuramentum perso 9
nam non egreditur, vt not. *in c. 14. veritatis. de iureiur.* Ioan. Fab. *ad tit. Instit. quib. alien.*

lic. in princ. quod secùs est in statuto, quod non solùm respicit personam sororis, sed etiam omnes descendentes ex ea, vt hoc statim clariùs ostendetur.

Ad minorem IV. argumenti propositionē respondetur, quòd licet illa qualitas, quæ requiritur in sorore, non reperiat' in nepote, quòd tamen propterea statuti dispositio non cesset in eo. Ratio est, quia sufficit, vt ista qualitas ad perpetuam statuti operationem semel in sorore extiterit, *fac. l. 31. in substitutione. de vulg. & pup. substit. & l. 14. Mela ait, in princ. de aliment. legat.* not. Bal, *in l. 1 C. vnde vir & vxor.*

Non obstat quod loco V. argumenti dicitur, rationem quam nos prætendimus, non esse in statuto expressam, sed multifariam eius rationem posse excogitari, vnde ab vna ratione nihil certi posse produci,
10 quia respondemus, q̃ quando alicuius legis, vel statuti ratio non inuenit' expressa, quòd tunc in eius ratione demonstranda licitum sit per coniecturas procedere. *l. 13. scire oportet. § 2. de excus. tut. l. 18 de leg: b. l. 11. in fin. de reb. dub.* Sed nostro in casu procedendo per coniecturas, nulla sanè alia nobis ꝓbabilior offertur ratio, quàm familiæ conseruatio, vt diximus *in q. 59.* & est cōmunis Doct. cōclusio. Quæ cùm sit iuxta omnes penè Doctores vnica statuti ratio, meritò debet haberi pro expressa, per text. *in l. 2. nominatim. de liber. & posthum. fac. etiam d. l. 13. §. sufficit.* & vide Gloss. & Bart. *ad l. quamuis. C. de fideiussor.*

Prædictis sic absolutis vlteriùs pro ista parte in hunc modū argumentat'. Quod-
11 cunq; † ius filius habet in bonis maternis, nō aliunde habet vel habere potest, quàm ex ipsa matre, *l. 19. illam. vers. talem. C. de collatio.* Sed mater hoc in casu nullum ius habebat in paternis bonis succedendi.

Ergo impossibile est, quòd eius filius hoc habere possit. Nam vbi actus in principio non sumit initium, non potest eius fieri vlterior productio, per text. *in l. 11. quæcunq. gerimus. de oblig. & action.*

Secundò appellatione filiæ hoc in casu venit etiam nepos ex filia descendens, per textum *in l. 220. liberorum. de verbor. significat.* ibi: *Liberorum appellatione, nepotes & pronepotes, cæterique, qui ex his descendunt, continentur.*

Ergo statutum disponens de filia, habebit etiam locum in nepote.

Per prædicta concluditur, quòd prædicti statuti dispositio etiam extendatur ad nepotes ex filia descendentes.

Hæc conclusio communi Doctorum approbatur responso, & vide Campez. *isto tract. d. q. 41. per tot. part. 5.*

QVAESTIO LXVI.

Statutum tribuens coniugi soluto matrimonio potestatē lucrandi dotem vel donationem propter nupt. aut quartam eius partem, quæritur si coniugi superstiti à prædefuncto aliquod legatum relictum sit, an illud in istam donationem vel dotem sit imputandum?

SVMMARIA.

1 *Quæstio hæc ardua & dubia est.*
2 *Legatum marito ab vxore relictum in lucrum dotis est imputandum. eiusd. except. post nu. 21. contrà nu. 10. 14.*
3 *Dos vel donatio ad excludendam inofficiosi testamenti querelam, in legitimam imputatur. & nu. 4.*
5 *Duæ causæ lucratiuæ circa eandem rem concurrere non possunt.*
6 *Error multorum maximam veritatis facit confusionem.*
7 *Declaratio Authoris ad Auth. præterea. C. vnde vir & vx.*
8 *Debitum quod debetur ex statuto, & quod debetur ex lege, non benè comparatur.*
9 *Legitima debetur secundum ius naturæ.*
11 *Creditor, cui pignus legatum est, retinet pignus simul, & debitum repetit.*
12 *Statuta iuri communi derogantia ad literam sunt intelligenda.*
13 *Lucrum dotis, quod obuenit marito ex statuti dispositione, debetur vigore taciti pacti.*
15 *Suarez taxatur ab Authore, quòd indecenter Andræam Siculum contumeliis affecerit.*
16 *Inuidiam & calumniam Interpretes euitare debent.*
17 *Honorandus est qui nihil iniuriatur, & multò plus ille, qui nec alios hoc facere patitur.*
18 *Replicatio maioris declarationis causa legatum in dotis lucrum imputari. & eiusd. except. post nu. 21.*
19 *Statuti dispositio non respicit causam remotam, sed proximam.*
20 *Causa proxima in statuto quæ sit.*

21 Solu

21 *Solutiones Doctorum ad l. 4. de col. dot. legatum in dotem non esse imputandum disponentem, refutantur nu. 27. & seqq.*
22 *Duplicat Author declarando, quòd legatum marito non imputetur in dotem.*
23 *Regula, nemo in necessitatibus, declaratur.*
24 *Causam statuti de lucro dotis disponentis Author declarat. & nu. 25.*
26 *Lucrum quod debetur ex statuto, debetur quasi ex contractu.*
27 *Roland. solutio ab Authore reprehenditur.*
29 *Cornei & Francisci de Pepis solutio pariter refutatur.*
30 *Statuti de lucro dotis disponentis anima est consensus coniugum.*
32 *Phanuccij intellectum ad d. l. 4. Author reprehendit.*
33 *Legatum ab vxore factum, quòd non computetur marito in lucrum dotis, Author in Vniuersitate Herbipolensi publicè defendit.*

PARS I. AFFIRMANS.

1 LICET hæc † quæstio in iure dubia sit, vt testatur Campez. *isto tractat. part. 5. quæst. 6.* ardua satisque intricata, ita vt ob varia Doctorum argumenta eius veritas primo aspectu vix cognosci queat: tamen propter Reipublicæ & studiosorum vtilitatem eam indecisam indiscussamq; non remittemus.

2 Et † videtur I. maioris intelligentiæ causa affirmatiuè concludẽdum, per text. formalem, *in Auth. prætereà. C. vnde vir & vx.* vbi, & imputabitur legatum in talem portionem: quæ verba nobis expressam huius quæst. decisionem confirmare videntur.

II. Argumentum per locum à comparatis induci potest, est enim text. ad hoc *in l. etiam. §. si debita. de bon. lib.* ibi: *Si debita patrono portio legata sit, nisi scriptus heres non fuerit, satis ei factum est.* Idem text. *in l. siue. §. 1. de iur. patron.*

Si igitur legatum à liberto patrono factum, necessariò illi in legitimam suam portionem imputetur, quare idem hoc in casu illud fieri prohiberetur, cùm huic necessariò debeatur secundum statuta, illi verò secundum leges.

3 III. Est locus † à maiori ad minus argumentandi modum inducens, *in l. quoniam nonnulla. C. de inoffic. testamen.* ibi: *Non tantùm eandem dotem, vel donationem conferri, verùm etiam in quartam partem, ad excludendam inofficiosi querelam, tàm dotem datam, quàm ante nuptias donationem præfato modo volumus imputari, si ex substantia eius profecta sit, de cuius hereditate agitur.*

Ex quibus verbis habemus cognoscere, quòd non solùm legatum imputetur in dotem vel donationem, sed etiam ad excludendã inofficiosi testamẽti querelam, in quartam, hoc est, in legitimam portionem. Cùm igitur legatum in legitimam portionẽ liberis omni iure debitam imputetur, multò magis illud in dotẽ vel donationem, quę de iure duntaxat municipali, vel consuetudinario lucratur, imputandũ est.

IV. Videtur esse text. ad † propositum *in l. 22. si cùm dotem. § si pater. solut. matrimon.* vbi. *Siue in legato tantum acceperit, quantum dotis satis esset.* & text. *in l. Titia. 34. §. qui in vita. 5. de legat. 2.* vbi omninò vide. Non videtur obstare dissentientium responsio, scilicet, quòd prædicta iura loquantur in eo, qui semper fuit debitor necessarius, quia largiore modo hunc casum sumendo idem dicẽdum est. Nam licet aliquam originem à voluntario hominis facto habeat: tamen principaliter à lege oritur, & quando hoc fit, inducitur etiam compensatio, secund. Suar. *ad d. l. 1. de las arras. nu. 37.* qui dicit huius rei esse casum *in d. Authent. prætereà.* 4

V Est communis † iuris theorica, iuxta quam dicitur, quòd duæ causæ lucratiuæ circa eandem rem concurrere nequeant. *l. Manius. §. duobus. de legat. 2.* Sed legatum procedit ex causa lucratiua. Alex. *in d. § si pater*, similiter & dotis titulus est lucratiuus. *l. fin. §. si à socero. de his qui in fraud. cred.* Ergo duo ista non possunt simul concurrere. 5

Ex prædictis pro parte affirmatiua videtur concludendum.

Hanc partem tenet Bart. quem sequitur Roman. & Salyc. *in d. Authen. prætereà.* idem tenent Alexan. & Ioan. de Imol. *ad d. §. si pater.* idem tenet Francisc. Tigri. Richard. de Salyc. & Bart. de Salyc. Paul. de Castr Fulg. & alij, *ad d. Authen. prætereà.* quos ad hoc refert & sequitur Soar. *dict. loc. num. 39.* vbi hanc opinionem communiorem esse dicit. Idem Ias. *in d. Auth. prætereà.* hanc communem dicit. Idem magis communẽ Doctorum responsum ait Campez. *in tractat. de dot. part. 5. q. 6.* & ita obseruatum Paduæ tradit Abb. *in 2. part. statut. q. 56.* quod idem refert & sequitur Rol. à Vall. *in tract. de lucro dot. q. 96. nu. 11.*

PARS II. NEGANS.

COmmunis Doctorum opinio licet nõ facilè sit deserenda: tamen opinamur, si sit erronea pugnans contra apertum legum sensum, quòd eius authoritas sit mi-
6 nimè attendenda: multorum enim † error non facit ius, sed maximam veritatis confusionem. Quare, prædictis non obstãtibus ad negatiuam huius quæstionis opinionem defendendam accedimus. Primò Doctores ab hac parte dissentientes valdè propter *d. Auth. prætereà.* triumphant, dicit enim Soar. *ad d. l. 1. de las arras*, quòd in ea sit casus, cui congrua responsio dari non possit, quasi in ea esset textus eorum seutentiam ad medullam vsque determinans, sed longè errant, cùm ne verbulum quidem in ea inueniatur, quod eorum opinioni suffragetur. Nam quod dici-
7 tur † legatum in dotem imputari, ideò fit quia facto legato tollitur causa, scilicet inopia, propter quàm de iure Ciuili coniunx donationem vel dotem lucratur, vnde legatum non imputatur in dotem, sed quamprimùm legatum cõstitutum, cessat illicò dotem lucrandi causa, & esse desinit, modò legatum æquiparet summam dotis. Longè verò aliud est in lucro dotis per statutum viro destinato, cùm illud hanc iuris Ciuilis rationem non consideret. Nam declara breuiter secundum nos, quòd leges hoc in casu statutum secundũ hominis, an diues sit, an inops, respiciant, statutum autem neutrum horum consideret, sed æqua lance, tàm diuitibus, quàm pauperibus hanc lucrandi potestatem tribuat.

Et sic meritò, cùm diuersa inter statutũ & leges sit ratio, diuersum ius etiam statuendum. Refer etiam huc, propter motiuam Ioan. de Imo. de qua prædictus Doct. etiam opponit, quę dicemus *in princ. duplic. & in fin. eiusdem.*

II. Non contrariatur *d. l. etiam. §. si debita*, & similes ibi allegatæ, quia respondetur, quòd nullam inducant comparationem, sed potiùs magnam sepatationẽ: loquuntur enim in debito ab initio, & sine vllius hominis facto necessario, vt in patrono, cui libertus ex ministerio iuris absq; vlla
8 eius interuentione debet, ideò non † benè cõparantur illa, quæ debentur ex statutis, & ea quæ debentur ex legibus, nisi eadem subsit ratio, cùm debita, quæ debentur secund. statuta causentur ex conuentione & facto hominis, & dicantur debita voluntaria, in quibus non pręsumitur animus compensandi, *l. vnica. §. sciendum. C. de rei vxor. act. l. creditorem, de leg. 2. l. pecuniæ. de aliment. & cib. legat.* Ang. *in Authen. prætereà. C. vnde vir & vxor.* non idem quæ debentur ex legibus, vnde cùm debita ista fuerint ab initio necessaria, videtur testator animo compensandi legasse. Sed obiicies hîc, quòd etiam dos sit necessaria l. qui liberos. Respondemus cõcedendo, quòd pater directè ex necessitate cogatur filiam dotare, non tamen ex eo sequi, quòd facultas eam luctandi descendat ex necessitate. Nam statutum iuxta quod lucratur dos, procedit ex mera statuentium voluntate, & intelliguntur superuenientes in hoc consentire, nisi per pacta dotalia specialiter ei renuncient.

Ad III. argumentum respondetur re-
petendo † prædictam solutionem, quia le- 9
gitima debetur necessariò ex ipsa naturali ratione, secund. magis communem Doctorum opinionem. Gail. *2. obseru. 122. num. 11.* per textum *in l. cùm rat . in princip. de bon. damn. & in §. præmium itaque. Authent. de hered. & Falcid. in l. scripto. in fin. vnde lib.* Succedit enim in locum alimentorum, quæ iure naturæ liberis debentur, text. *in l. 1. §. ius naturale. de iust. & iure natur. gent. & ciuili.* Non igitur ex voluntate vel facto hominis procedit, sed ex ipsa lege.

Secundò addimus aliam solutionem, nempè, quòd proptereà imputetur *in dict. l. quoniam. Nouell.* legatum in legitimam, ne videatur quis bis accipere in præiudicium heredis, vel aliorum liberorum, quod semel accipere debebat, vt colligitur ex *dict. l. 34. §. qui in vita. in verb. non est enim verisimile.* Quod idem videtur sentire Bald. *in d. l. si cum dotem. § si pater.* cùm dicit, filia non debet habere simul legatum & dotem, alterutro enim debet esse contenta. Quidam dissentiunt volentes filiam habere Falcidiam iure hereditario, *l. vlt. C. de dot. promiss.* dotem verò iure proprio *l. 14. ad l. Falcid.*

Tertiò respondetur, quòd ibi casus sit longè à nostra materia diuersus: agitur enim ibi duntaxat inter patrem & filiam, probaturque, quod legatum à patre factum possit in dotem computari, non autem loquitur inter coniuges. Vnde licet

ita

ita componatur inter patrem & filiam: hoc tamen non nocet alteri coniugi; modò is dotem, vel quantum ea æſtimatur accipiat.

Sed ſi quis velit ex hoc inferre, ita ſtatuitur inter patrem & filiam circa legitimam vel dotem; ergo eodem modo ſtatuitur inter coniuges, is non benè inferret, quia dos neceſſario conſtituitur à patre, facultas autem lucrandi dotem, procedit ex voluntate coniugum per ſtatutum expreſſa.

Et ideò compenſatio hoc caſu nō introducitur, eſt text. *in l. ſi compenſandi. C. de hered. inſtit.* Bal. *conſil. 58. vol. 2.* Paul. de Caſtr. *conſil. 247.* Capta *conſil. 72.* Gram. *in addit. ad deciſ. 44.* Afflict. *nu. 4.*

Ad IV. argumentum eandem damus ſolutionem, quia ibi eſt caſus concernens patrem duntaxat & filiam, vt patet ex verbis: *Si pater filia abſente de dote egerit, etſi omiſſa ſit de rato ſatiſdatio, filiæ denegari debet actio, ſiue patri heres extiterit, ſiue in legato tantum acceperit, quantum dotis ſatis eſſet.* Nam dos data vel à patre, vel ab alio, qui neceſſariò dotare cogitur, cum dote legata ſemper compenſanda eſt, *l. fin. C. de dot. promiſſ.* Sebaſt. Medic. *tract. de compenſat. q. 31. part. 1. nu. 10.*

Præterea non obſtat text. *in d. §. qui in vita*, quia ibidem de eodē caſu agitur, addit urq; ratio propter quam legatum à patre factum computetur in dotem, cùm dicit: *Non eſt enim veriſimile patrem duplici præſtatione dotis, filium eundemque heredem onerare voluiſſe.*

Iam ad V. & vltimum progrediendo argumentum, reſpondemus dupliciter, hoc nō obſtare. I. quia is, qui donationem vel dotem accipit ſoluto matrimonio, non dicitur propriè iam lucrari, ſed accipere in compenſationem onerum matrimonij. *l. pro onerib. C. de iur. dot.* tex. *in l. 2. §. ſi. de donat.* Secundò reſpondemus per Imol. *in l. ſi cum dotem. §. ſi debitor. ſolut. matr.* quòd licet ſint duæ cauſæ lucratiuæ, legatum ſcilic. & dos: tamen cùm verſentur circa diuerſa, concurrere poſſe. *l. planè. 3. §. ſed ſi duorum. de leg. 1.*

10 Ad † prædictas ſolutiones confirmandas l. citatur text. luce clarior *in l. 20. ſi filia. §. item Papinianus. 8. famil. erciſc.* ibi: *Sed legata, quæ ab vtroque pro dote data, electa dote retinentur, ac paulo poſt, & verum eſt hoc, niſi aliud teſtator edixit.* Iam aduerte quàm benè reſpondeat huic legi. *l. vnic. §. primum. C. de rei vx. act.* Cuius verba hæc ſunt: *Sciendum itaque eſt edictum prætoris, quod de alterutro introductum eſt in exſtipulatu actione ceſſare; ita vt vxor, & à marito relicta recipiat, & dotem conſequatur, niſi ſpecialiter pro dote ei maritus ea dereliquit, cùm manifeſtiſſimum ſit,* (aduerte) *teſtatorem qui non hoc addiderit, voluiſſe eam vtrumq; conſequi.*

Ecce, mi frater, hic vnicus textus ad noſtram opinionem confirmandam ſufficeret; nam quid clarius pro noſtra ſententia confirmanda dici poſſet: *quàm cum manifeſtiſſimum ſit teſtatorem, qui non hoc addiderit, voluiſſe eam vtrumq; conſequi.*

II. Eſt textus *in l. 85. creditorem. de legat. 2.* vbi dicitur, quòd creditor licet res pignoris loco apud eum depoſita, illi ſit legata: tamen non prohibetur pecuniam creditam petere, *niſi voluntas teſtatoris compenſare volentis euidenter* (nota) *non oſtendetur.* Nam quandocunque debitor creditori aliquid legat, & animum compenſandi ſpecialiter non explicat, tunc creditor ſimul debitum & legatum petere poteſt. Sunt tex. hoc probantes *in l. 7. C. de negotiis. l. 5. C. de heredit. act. l. 7. C. de bon. auth. iud. l. 12. ad l. Falcid. l. 20. de condit. inſt.*

Sed hanc lucrandi facultatem ex contractu vel quaſi euenire negari non poteſt. Nam qui in ſtatutum prædictam poreſtatem concedens tacitè vel expreſsè cōſentit, ſatis dicitur contrahere. Facit in argumentum l. cùm quis vxori, vbi eſt caſus, quòd ſi pater à nuru dotem accepiſſet, & filium ſuum heredem inſtitueret ea conditione, vt reſtitueret quicquid ex hereditate ad eum perueniret, mox cùm vxor inter viuos eſſe defineret, dotem lucraretur, quæritur num illa dos (quoniam apud parentem inuenta) ſit à filio reſtituenda? Reſpondet I C. quòd non, quia matrimonij cauſa id lucratus eſt, non ex patris iudicio. Idē noſtro in caſu dici poſſet, quia matrimonij cauſa, non autem ex teſtamentò dotem lucratur.

III. Si Bartoli opinio ſit vera, ſequitur vel teſtamentum, vel ſtatutum hoc in caſu nihil operari, quia ſi ex teſtamento tantum, quantum dotis ſatis eſſet, conſequeretur, & proptereà ex ſtatuto eam petere non poſſet, ſequeretur, quòd ſtatutum eſſet iuane & fruſtratoriè poſitū. Aut ſi ex ſtatuto eam conſequeretur, & pro-

ptereà legatum ex testamẽto capere non posset, sequeretur, quòd testamẽtum hoc in casu esset inutile. Sed neutrum est dicendum, cùm vnumquodq; debeat operari, & non frustratoriè esse positum, *l. quoties. l. in ambiguis. de reb. dub.*

12 IV. Statuta † iuri communi derogantia, simpliciter & ad literam sunt intelligenda, Bald. ad *l. maximum vitium. nu. 15. C. de lib. prаterit.* Roman. *consil. 199. num. 12. & seq.* Alexan. *consil. 20. num. 9. viso processu. volum. 1. & consi. 249. numer. 4. perspectis. volu. 6.* Cotta *in memorab. in verb. statutum.* Sed statuta, coniugibus dotem lucrandi potestatem concedentia, derogant iuri communi, quia ius illud hanc potestatem non concedit.

Ergo ad literam, & non per iuris communis interpretationem intelligẽda, text. *in l. fin. C. de his qui ven. atat. impetr.* & ibi Castr. Bartol. in Rubr. *de non. oper. nunc.* & ibidem Ias. Nec non per aliquem subaudiendi vel addendi modum interpretanda, vt nisi ex testamento tantum acceperit, vel addere, quod ex testamento coniunx consequitur illi in dotem imputari, cùm hæc interpretatio vel additio à verbis statuti, de quibus nos agimus, sint alienissima.

13 V. Lucrum † quod obuenit marito ex statuti dispositione debetur vigore taciti pacti, *l. si duo, in fin. de acquir. hered.* Sed quando expresè inter coniuges intercessit pactum de lucranda dote, non imputatur legatum in lucrum dotis, *l. creditorem. de legat. 2.* Ergo eodem modo non imputatur legatum in lucrũ dotis, si intercesserit pactum tacitum, cùm tacitum non minus debeat operari, quàm expressum, *l. cum quid. si cert. petat & c. fin. de donat. inter vir. & vx.*

14 VI. Adducimus † tex. pro hac parte *in l. 4. si pater pro filia. de collat. dot.* vbi probatur, quòd licet pater ex dispositione legis necessariò teneatur filiæ dotem constituere. *leg. fin. C. de dot. promiss. l. qui liberos. de ritu nupt.* quòd tamen legatum ab eo filiæ præstitum, nõ computetur filiæ in dotem. Verba text. sunt: *Habebit filia etiam dotem præcipuam, & legatum.* Posito iam & nõ concesso dotis lucrum prouenire ex quadam necessitate: attamen constaret legatum adhuc deberi. Per hoc argumentum pars aduersa omninò confunditur.

Per prædicta concludimus certi iuris esse, legatum cõiugi factum in dotem, quam per statutum lucratur, non computari. Item ex prædictis concluditur, quòd legatum non computetur in medietatem bonorum, constante matrimonio acquisitorum, quæ coniugi ex lege debetur.

Hanc conclusionem tenent Bal. *ad d. l. Titia. §. qui inuita. de legat. 2. & in l. si vxor. C. de bon. auth. iud. poss.* Idem tenet cum Raph. Cuman. *in l. si donaturus. §. 1. de condit. ob caus.* licet Soar. *ad dict. l. 1. de las arras. numer. 39.* dicat, Bald. contrarium tenere *in leg. quoniam. in prioribus, ad fin. C. de inoffic. testamen.* sed male, loquitur enim in alio casu. Idem Bald. *in consilio 64. in fin. volum. 3.* vbi Frid. de Schalis de Bononia hanc opinionem disputando obtinuisse dicit. Idem Rain. & Raph. Cum. *in d. §. si pater.* Capr. *in consi 143.* Idem Lopez. *in commentariis legum Thauri. l. 16 nu. 1. & seqq.*

Hanc conclusionem etiam tenet, & pulchrè confirmat Andr. Sicul. *in c. officij. de testam. col. 37.* vbi huius quæstionis casum formalem esse dicit, quia ex eo probatur, quòd quando lucrum competit alicui ex dispositione iuris vel statuti, propter onerum remunerationem, quòd tunc nunquam legatum computetur in tale lucrũ. Sed quòd statutum de lucro dotis disponens in oneribus matrimonij fundetur, probatur per text *in l. 30. pro onerib. C. de iur. dot. & in l. dotis fructus. & in leg. plerunque. §. seruus. in fin. de iur. dot. & per d. ct. cap. officij.* vbi ponitur casus, quod Episcopo propter onera, ratione Ecclesiæ illi sustinenda, quarta pars legatorum Ecclesiæ factorum competat. Hoc præsupposito quæritur, si quis Ecclesiam heredem instituat, & Episcopo etiam certum legatum relinquat, an illud cum ista quarta sit compensandũ? Respondetur ibi, quòd non. Addit Sicul. ibid. aduersus dissentientium responsionem, qua dicunt, quòd quarta *in dict. c.* debeatur à tertio, quòd hoc sit somniare, quia Ecclesia cum heres instituta sit, repræsentat personam defuncti, & plura ibidem non minùs doctè, quàm pulchrè ad hanc sententiam defendendam addit.

Vnde † satis demirari non valemus Su- 15
ar. *d. l.* hunc Doctorem tàm indecenter cõtumeliis affecisse, cùm dicit eum *plenum multiloquio & iactantia,* & pauló post. *num. 41. Parcat DEVS animæ Andreæ Siculi. Nam certè in magno periculo cerno eam positam.* Quasi capitale commisisset crimen

non ſequendo erroneam Bart. & aliorum opinionem. Et poſito quòd in ſcribendo interdum errauerit, eũ tamen hoc in caſu lapſum eſſe dici non poteſt, vt ex prædictis fundamentis ſufficienter conſtat.
16 Velimus igitur † Soar. certaſſe cum Andr. Sicul. de virtute abſque inuidia, inuidus enim teſte Platone *leg. 5.* dum cæteris derogando putat præſtare, tùm ipſe minùs rectè ad veram tendit virtutem, & concertatores iniuſta vituperatione tardiores efficit. Neque credendum quòd quis per calumniam aliquam obtinere ſententiam poſſit, cùm ea quidem, vt ait Demoſthenes, aliquantiſper audientium opinionem confirmet, temporis verò progreſſu nihil ipſa imbecillius ſit. Hinc illud Menandri: *Quiſquis eſt, qui calumniis ſtatim fidem habet: Aut moribus improbis praditus eſt: Aut ingenium prorſus habet puerile.* Non debemus ergò, ſi labamur, aut ſi noſtram ſententiam tueri haud valeamus, per calumnias nos defendere, ſed ſecundum Philippid. *in Ananenſ.* nos libenter vinci ſinere, meliùs enim eſt, ſi lapſi nos corrigi patiamur, quàm aut viuos, aut defunctos ſub falſo defenſionis prætextu iniuria afficiamus. Eſt de hoc præclara Æſchyli in Hectore ſententia.

Vita functos ſi libet beneficiis proſequere:
Nam iniuriam illis inferre quidem facilè factu eſt:
(Neq; gaudio, neq; dolore mortales afficiantur)
Verum Nemeſis ſuperior nobis eſt,
Et ipſa iuſtitia mortuum vindicat.

Hæc diximus ne quis propter aliquam calumniam noſtræ diffideret ſententiæ,
17 nec non † vt ſuadente Socrate iniuriarum immerentem defenderemus. Nam honorandus certè ille eſt, vt ait Plato *leg. 5.* qui nihil iniuriatur, qui verò nec alios id facere patitur, duplici honore, imò etiam magis eſt honorandus: ille enim vni, hic multis hominibus comparatur, cùm principibus cæterorum iniuriam nunciat.

REPLICATIO.

18 ETSI per † prædicta huius quæſtionis veritas ſufficienter demonſtrata ſit, tamen ne quis propter replicationem, qua aduerſarij opinatores maiora noſtra demonſtrationis conantur refutare fundamenta, à recto iuris tramite diſcedat, non grauamur omni fuco poſtpoſito, veram diſſentientium referre replicationem, & ſi quædam deſint nonas addere, vt noſtræ tandem quæſtionis veritas per ſequentem duplicationem tanquam flamma ex tenebris eluceſcat.

Ad ſolutionem I. argumenti ſecundum nos hoc modo replices, ſcilic. verum eſſe quòd in *d. auth. præterea,* propter inopiam coniugi tantum debeatur coniugi, quantum vni ex liberis, ſicq; inopiam eſſe cauſam, propter quam coniunx ſuperſtes lucratur, qua ceſſante etiam ceſſare lucrum. At concludere talis; cauſa non deſideratur in ſtatuti diſpoſitione, ergò ſimul legatum & dotem coniunx lucrabitur, falſum videtur. Nam licet inopia ſit ratio d. auth. diſpoſitionis verò ſtatuti onera & matrimonij conſummatio: tamen ex eo negari non poteſt, quòd in vtroque caſu militet neceſſitas legis, ſtatutique, qua coniunx defunctus ſuperſtiti, vel totum dotis lucrum, vel eius partem relinquere compellitur. At conſtat quòd in neceſſitatibus nemo præſumatur liberalis, text. *l. 18. rem legatam. de aliment. legat.* ibi: *cùm nemo in neceſſitatib. liberalis exiſtat,* & dicit Euripid. in Oreſt. *omne quod ex neceſſitate fit, ſeruitus eſt, teſtil us Philoſophis.* Vndè manet concluſio, quòd legatum à coniuge relictum, computetur in lucrum dotis, quod ex neceſſitate ſtatuti coniugi ſuperſtiti debetur.

Quod in ſolutione II. argumenti dictum eſt, comparationem à debito liberti ad debitum coniugis non valere, cùm iſtud ex lege neceſſariò, hoc verò ex ſtatuto voluntariè procedat, replicatur quòd in † ſtatuti diſpoſitione nõ ſit attendenda 19 cauſa remota, vtpote, q; lucrum dotis traxerit originem à facto volũtario, ſed quòd inſpicienda ſit cauſa proxima, id eſt, ipſum ſtatutum, vt probatur per *d. auth. præterea.* Nam licet ibidem lucrum dotis traxerit originem à voluntario hominis facto, ſcilicet ab ipſo matrimonio, quod voluntate contrahitur: tamen iſta voluntas non reſpicitur tanquam cauſa remota, ſed ipſa lex tanquam cauſa proxima. Quod cũ ita ſit, valet in prædictis caſib. comparatio à diſpoſitione legis ad diſpoſitionem ſtatuti. Ita in effectu reſpondent Imol. *in d. l. ſicum dotem. §. ſi pater. ſolut. matr.* Rom. & Alex. *in d. auth. præterea.*

Ad ſolutionem III. argum. tollendam, repetitur iam modò dicta replicatio. Altera ſolutio videtur hanc partem con

firmare, cùm nos idem valeamus dicere, quòd ideò legatum computetur in lucrum dotis, ne coniunx superstes in præiudicium heredum bis accipiat, quod semel accepisse debebat. Tertia solutio refutatur ex prædictis.

Replicatio IV. argumenti solutionis
20 fermè eadem est cum secunda. Nam † licet in *d. §. si pater.* & in aliis legib. ibi citatis principaliter disponatur inter patrem & filiam: tamen eadem legum dispositio ad hunc nostrum casum videtur posse extendi. Tametsi enim pater necessariò sit obligatus ad dorandam filiam: tamen si eius causæ originem respiciamus, non alium inueniemus, quàm nudam parentum voluntatem, qua parens matrimonium contraxit, ac subindè filias ex eo procreatas dotare iure compellitur. Sic quoque licet ex voluntate coniugum procedat lucrati secundum statuti dispositionem dorem, vel non lucrari (cùm potuissent tempore contracti matrimonij statuto renunciasse) tamen ex quo semel in statutum consenserint, non tàm istum consensum, vel volútarium factum, quàm ipsam statuti dispositionem respicimus, quæ ex voluntario importat necessarium *arg. l. 8. de die. §. 4. tutor. qui satisd. cogant.* ibi: *Item de re restituenda domino proprietatis* (necessaria est satisdatio) *cuius vsufructus datus est.* Ecce ibi dicitur, quòd cautio fructuaria sit necessaria, licet originem traxerit à facto voluntario. Ideoque cùm dispositio statuti, in quam coniuges liberè consenserunt, sit post datum consensum necessaria, & in casu necessario præsumatur nemo liberalis, videtur sanè dicendum, quòd legatum à coniuge factum, in lucrum dotis, quòd ex statuti dispositione coniugi superstiti debetur, sit imputandum, cùm in necessitatibus, vt sæpiùs dictum est, nemo præsumatur liberalis.

Non obstat quòd vlteriùs in I. argumento, pro parte negatiua adducto, dicitur, edictum nimirum de altetutro, inter virum & vxorem non donando, esse sublatum, quia responder Roman. in auth. prætereà, hoc procedere in debito, quod initium sumpsit ex contractus dispositione, *per tex. in d. l. 85. creditorem. de legat. 2.* non autem in debito ex necessaria statuti dispositione proueniente, quo casu legatum in debitum esse compensandum, prædicta suader ratio, quòd nemo in necessitatibus præsumatur liberalis. Hanc Romani solutionem approbare omnes refert sequiturque Roland. *d. q. 96. num. 12.*

Sublato eo quod in II. argumento dicitur, lucrum dotis venire ex contractis, vel quasi, tollitur *d. l. 85.* dispositio: quòd verò lucrum dotis non veniat ex contractu, vel quasi, tanquam ex causa remota, sed ex mera statuti dispositione, tanquam causa proxima, suprà satis declaratum est. Ergò omnino videtur inferri, quòd *d. l. 85.* adeò pro hac opinione nihil determinet, vt planè contrarium statuat.

Respondetur ad III. argumentum in quo dictum, si fieret legati in dotem computatio reddi legatum inutile, hoc verum quidem esse, sed non fore absurdum, cùm etiam in *d. auth. prætereà*, reddatur legatum inutile, secundum Doct. ibid. ita Roland. *d. loc. num. 12.*

Quod dicitur in IV. argumento, statuti verba ad literam esse intelligenda, & non per subaudiendi vel addendi modum interpretanda, per hanc opinionem non videtur oppugnari, cùm verba statuti ex eo non interprerentur, vel aliquid in eis subaudiatur, ex quo enim statuti dispositioni satisfiat, siue hoc fit per testamentum, siue per alium quemlibet modum, sufficit. Prætereà per hanc dispositionem non interpretatur statutum, sed declaratur an legatum debeat imputari in lucrum dotis, quod ex statuti dispositione debetur, sicque potiùs disputatur vel interpretatur de legato, quàm de statuto.

Ad maiorem V. argumenti propositionem respondent Doctores duobus modis, primò quòd tale lucrum non veniat ex tacito pacto, quia nõ procedit ex mente coniugum, sed citra mentem, imò quãdoque contra mentem. Ita Corn. & Francisc. de Pepis. *in d. auth. prætereà.* Secundò respondent, posito quòd etiam veniat tale lucrum ex tacito pacto, tamen ex quo principaliter per statuti dispositionem dotis lucrum prouenit, non tàm pactum, quàm ipsa statuti dispositio est attendenda, vt suprà per *d. Authen. prætereà*, declaratum est. Tertiò potest responderi, quòd licet tale lucrum veniat etiam ex pacto: tamen ex quo venit etiam ex statuti dispositione, pactum nihil aliud operatur, quàm nudam statuti admonitionem, & consequenter non tàm pactum, quàm ipsa statuti dispositio est consideranda, quæ im-

portat

portat necessitatem coniugi superstiti relinquendi dotem, qua in necessitate nemo præsumitur liberalis.

21 Ad † textum l. 4. in VI. argumento oppositum Doctores nescientes se extricare, variè & miserabiliter respondent. Prima solutio est Batt. dicentis, quòd legatum ibi à dote erat diuersum: cùm dos in quantitate, legatum verò in specie consistat, & ideò non fieri ibi compensationem, cùm de quantitate ad speciem non fiat compensatio. *l. fin. C. de compensat.* Illam solutionem approbant Bald. Cuman. Castr. Alex. prout eos refert Ias. *in l. huiusmodi. §. cùm pater. num. 12. de legat. 1.*

Secunda est solutio Ias. *in d. l. huiusmodi*, videlicet, quòd ibi proptereà compensatio cesset, quia pater filiam exheredauerat, ideoque ad illam recompensandam iniuriam præsumitur, patrem voluisse vtrumque consequi.

Tertiam addit solutionem Alex. & Aret. *loc. cit.* scil. quòd ibi dos & legatum ad diuersas personas spectet, dos ad generum cui erat promissa, & legatum ad filiam, sicque patrem animũ habuisse compensandi dici nõ posse. Istam solutionem amplectuntur Pepus & Curt. *in d. auth. præterea.*

Quartam excogitat responsionem Phanuc. de Phan. *isto tract. glos. 8. num. 50.* nimirum quòd in *d. l. 4.* IC. respondeat duntaxat ad quęstionem collationis faciendę, & non præsumendæ compensationis, vt hoc ex subiecta collationum materia sit cognoscendum, ac proindè IC. non contradicere communi conclusioni.

Ex hac replicatione videtur denuò cõcludẽdum vt in prima parte conclusũ est.

Hęc conclusio primo ampliatur ẽt procedere, quando lucrũ dotis per expressum pactum promissum fuisset. Corn. Roman. & Riminald. *in d. auth. præterea.* Cast. *in consil. 35.* Sed reprobatur à multis, vide Pep. & Dec. *in d. auth. præterea.*

Secundam ampliationem dicunt esse, qñ legatum & dos in diuersis rebus consisterent, putà, dos in quantitate, & legatũ in specie. Vide Alex. Lud. Rom. Dec. & Aret. *in auth. præterea.* Dissent. Oldrad. Bar. Bald. Cast. Salyc. & Riminald. *in d. auth. præterea,* quorum sententiã sequẽdo communem effatur Corn. *in cons. 230. vol. 4. & in cons. 127. vol. 3.* Cæterùm eiusdem conclusionis exceptio prima est, q non procedat si ab alio tertio legatum sit soluendum, dicunt esse casũ in *d. c. officij, & in c. requisisti eod.* & vide Abb. Ioan. de Imol. & Anton. *in d. c. officij.*

Secunda exceptio est, nisi testator dixisset legatũ solui debere de bonis suis. Nam propter virtutẽ verborũ, de bonis suis, nõ potest induci animus cõpensandi, cũ bona sua dicant deducto ære alieno, *l. subsignatũ. §. 1. de verb. signif.* facit q̃ dicit Bar. *in l. vt iurisiurandi. §. si liberti, in fin. q. de operib. libert.* clariùs Bal. *in d. §. si pater. ad fin.* Alex. *in l. si cũ dotẽ. §. si pater. sol. mat.* Ang. ibid. idẽ Ang. & Ias. *in d. auth. præterea*, per tex. *in l. prætor. §. emancipati. de coll. bon.* & pbatur *in d. §. sciendũ.*

Tertia exceptio est, nisi donatio, vel dos esset in specie, legatum verò in quantitate, vel contra: tunc enim non fit cõpensatio. Bal. *in l. quoniam. in priorib. col. fin. C. de inoffic. testam.* Suar. *d. loc. nu. 42. vers. tertiò limita.* vbi dicit se sic cõsuluisse & probari per *l. si pater pro filia. de collat. dot. l. 2. §. Mela. de dote præleg. l. planè. §. sed si non corpus. de leg. 1.* vide Bart. *ad l. huiusmodi. §. cùm pater. §. pater filia. de leg. 2.* Idem Roman. *in d. §. si pater. l. fin. C. de compensat. l. si conuenerit. de pigno. action.*

Quartò nisi expressè factũ fuisset pactũ inter maritũ & vxorẽ de lucrando dotem, vel eius partẽ, quia ratione pacti debitum videtur esse voluntariũ. *l. creditorẽ. de lega. 2.*

Quinta exceptio est secundum Ang. *in d. §. cum mulier. & in cons. 217. quadam domina Marg.* nisi maritus ipsam dotem realiter ab vxore accepisset. Ratio est. quia tunc mulier legans non est debetrix sed credetrix, ac consequenter mulierem eo in casu animum habuisse compensandi non est dicendum. Sed per *d. auth. præterea.* Ibid. oppugnant Angelum, Imola, Rom. & Fulgos.

Sextò excipitur, nisi legatum non esset permansurum penes maritum. Bart. Bald. Dyn. & Cast. *in d. l. si cum dotem. §. si pater. fac. l. Sulpitius. de donat. inter vir. & vxor. l. fin. §. fin. C. de bon. quæ lib. & l. cogi. §. hi qui solidum. ad SC. Trebel.*

DVPLICATIO.

VT † perfectam (quoad fieri potest) hu- 22
ius quæstionis habeas cognitionẽ, aduersus prędictam triplicationẽ hoc modo duplices. Ad primam dicas secundũ nos,
quòd † licet in vtroq; casu, scilicet tàm in 23
lege, quàm in statuto militet necessitas, tamen cùm ipsa necessitas diuersa nitatur ratione, non erit in vno casu statuendum, quod statuitur in altero. Quòd enim necessarium sit ex lege, vt relinqua-

tur

tur coniugi superstiti portio ex bonis defuncti, fit propter inopiam, & cessante inopia, tanquam legis ratione, meritò etiam cessat ista portio. Vndè quando legatur ab vno coniuge alteri, per quod legatum potest tolli inopia, non habebit d. auth. ampliùs locum, nec vllam ampliùs importabit necessitatem, sicque vides, quòd coniunx ista portione non careat propter regulam, nemo in necessitatibus præsumitur liberalis, de qua regula plurimũ opponunt aduersarij opinatores, sed propter solam legis rationem cessantem. Verùm quòd ad alterum casum attinet, in quo nos versamur, longè aliud dicendum est, quia in statuti dispositione non eadem desideratur ratio, ac consequenter ista, quæ in statuto requiritur ratio, haud cessante, non cessabit etiam statuti dispositio, dotisque lucrum relinquendi necessitas. At dices si illa permaneat necessitas, erit secundum prædictam regulam legatum in lucrum dotis imputandum? Respondetur quòd ista regula eo in casu, in quo necessitatis non tollitur ratio, non procedat, vt pone me heredem defunctæ coniugis tuæ tibi debere ex testamento eiusdem coniugis centum, & ex statuti dispositione totam eius dotem, iam respice rationem statuti, quę est matrimonij consummatio & onera, vt probauimus in *d. q. 17.* anne hæc ratio per ista centum, quæ legata sunt, extinguatur, & reperies quòd non extinguatur. Cur ita? Quia ista centum non possunt efficere vt matrimoniũ sit consummatum, quod aliàs non erat consummatum, sicut possunt efficere, vt quis sit diues, qui anteà non erat diues. Item non possunt operari, vt matrimonij onera sint portata, quæ aliàs non erant portata. Ex quo cognoscis quòd legatum non tollat rationem statuti, ac consequenter nec eius effectum, arg. text. in *l. adigere. de iure patronat.* Iam perspicuè vides, quòd dicta regula, in necessitatibus, non habeat locum istis in casibus, in quibus necessitatis alicuius non cessat ratio.

24 Quod † dicitur in II. replicatione, non esse respiciendam causam remotam statuti, scilicet ipsam voluntatem coniugum, sed causam proximam, id est ipsum statutum, responde per nos, hoc nihil aliud esse dicere, quàm respicere causam statuti, vel non respicere. Quid enim statutum est sine causa, quam appellant remotam? planè nihil: sine voluntate enim coniugum, siue illa per expressum, siue per tacitum sit declarata, cõsensum, quid statutum est? nullius momenti. Ergo si statuti causam hoc in casu consideremus, semper remota erit consideranda, sine qua statutum nullas habet vires. Nam quemadmodum corpus sine anima mortuum est: sic quoque lex vel statutũ sine ratione vel causa, super quam est fundatum, nihil est, ideoque si respicis statutum, semper effectualiter ipsam statuti respicis rationem, quam si nostro consideremus in casu, prædicta replicatio nihil obstabit. At dicent adhuc dissentientes, duplicem nostro in casu esse rationem, vnam scil. consensum coniugum in statuti dispositionem præstitam; alteram præstito iã consensu, ipsam vim vel statuti necessitatẽ, qua quis ad statutũ obseruandũ cõpellitur, quæ pxima statuti ratio, vel causa potest appellari? Respondemus ad huc vt suprà, istam vim vel necessitatẽ non operari statutum, sed ipsum consensum sine quo statutum nihil est. Non igitur ista necessitas statuti adscribenda est dispositioni, sed ipsi coniugum consensui, à quo ipsa dependet dispositio, sicque statuti necessitas nihil aliud est, quàm effectus consensus, in statutum præstiti, quem effectum (si benè consideres) appellant Doct. hîc causam proximam, quasi suapte virtute consensus effectus esset diuisus vel separabilis ab ipso consensu, quod esse non potest. Nam quemadmodum arbor non potest esse, naturaliter considerando, sine fructu & fructus non sine arbore, sic quoque nostro in casu, si iuridicè consideremus, non potest esse consensus coniugum sine effectu, & effectus non sine consensu. Sunt ergò hæc duo, quoad esse, inseparabilia, quæ non patiuntur diuisionem. Est igitur hoc in casu; quoad statuti operationem, vna duntaxat causa, scil. coniugum consensus, qui parit effectum à se, quoad esse, inseparabilem. Ergò Doctores istum effectum malè fingunt esse causam proximam, quasi à consensu, tanquam (vt isti loquuntur) causa remota, separabilem.

Non obstat *d. auth. præterea* pro ista triplicatione confirmanda allegata, quòd ex ea conuincatur, non consideтari ibidem causam legis (quam dicunt remotam) quę est contractus matrimonialis, sed causam proximam, id est, ipsam inopiam, quia hoc ibi fieri potest, cùm inopia possit esse separa-

parata à matrimonio, ſecùs verò noſtro in caſu. Nã ponamus matrimoniũ etiam in hoc caſu eſſe cauſam remotam, cõſenſum verò cõiugum cauſam proximam, adhuc tamẽ vides, quòd nõ poſſint eſſe ſeparatæ, cùm iſte conſenſus ſit pręſtandus à coniugibus, qui non poſſunt eſſe ſine matrimonio. Sed poſito pro vero quod eſt falsũ, has duas cauſas poſſe eſſe ſeparatas, tamen adhuc diſſentientes vorſuram (vt aiunt) ſoluunt, cùm etiam in hac proxima cauſa requiratur coniugum voluntas, quæ ſine conſenſu eſſe nequit, & ſic ſiue proximam, ſiue remotam conſideres cauſam, ſemper in propoſito coniugum militabit volũtas.

Quod dicitur in III. replicatione ſolutionem, pro noſtra parte datam, militare etiam pro aduerſa parte, rationi haud cõſentaneum eſt, quòd enim ſoluat noſtro in caſu, fit ideò quia filius filiaue, cui propter nuptias donatio vel dos à patre vel auo conſtituitur, tenetur tempore diuiſionis donationem vel dotẽ conferre, & ſic ſi acciperet ſimul dotem & legitimam portionem, bis acciperet, q; ſemel accepiſſe debebat. Aliud verò noſtro in caſu dicendũ eſt, quia coniunx hîc non accipit bis, quod ſemel debebat accepiſſe, cũ dotis lucrum illi debetur ex ſtatuti diſpoſitione, legatũ verò ex teſtamẽto, & ſic ex diuerſo fonte.

Ad IV. replicationem tollendam repetitur duplicatio prima & ſecunda.

26 Cęterùm † quòd dicitur in ſolutione I. arg. edictũ de alterutro procedere in debito, q; initiũ ſumpſit ex contractus diſpoſitione, noſtrã opinionẽ non oppugnat, q̃a negari nõ poteſt, ſi noſtro in caſu reſpiciamus initiũ, à quo dotis lucrũ depẽdet, eſſe planè contractui non abſimile. Nã ex quo mulier in ſtatuti diſpoſitionem conſentit, ſatis videt̃ cũ viro contrahere, vel pactũ facere, vt ea mortua dotẽ lucret̃, vt diximus in 2. arg. ꝓ hac opinione adducto. Prætereà *d. l. vnic.* duntaxat habere locũ qñ debitũ prouenit ex cõtractu, non conuincit̃ ex *d. l. 85.* Nam licet ibi duntaxat diſponat̃ q; res, creditori per cõtractum pignoris obligata, non computet̃ in legatũ, niſi volũtas teſtatoris compenſare volentis euidenter oſtendatur: tñ per hoc non improbatur q; *d. l. vnic.* & ſimiles non habeant locũ, qñ res debet̃ ex diſpoſitione, q; igitur lex non improbat, cur nos hoc improbaremus? Per hanc ſolutionem reſoluitur etiam ſolutio II. arg. Refer etiam huc quę ſuprà diximus

in 1. & 2. duplicatione. Quòd † dicunt Rol. 27
& alij ad III. argumentum verum quidem
eſſe, quòd legatum ex eo reddatur inutile,
ſi cõputetur in dotem, ſed hoc nõ eſſe ab-
ſurdũ, cũ etiã in d. auth. hoc fiat, legi vel ra-
tioni minimè conuenit, cũ hoc ſatis abſur-
dũ ſit, ſi dicat̃ vel interpretet̃ ſtatutũ vel le-
gẽ nondum abrogatã, nihil operari. Quod
prætẽditur hoc etiã fieri in *d. auth. prætereà*,
falſum eſt. Nam ibi legatũ nõ efficit̃ inuti-
le, ſed imputatur in portionem, q̃ coniugi
ſuperſtiti ex lege debetur. At, inquies, er-
gò ſaltẽ diſpoſitio legis reddit̃ inutilis, &
ſic non eſſe adhuc abſurdũ. Non redditur
inutilis. Nam ex quo per legatũ impletur
portio legalis, auffertur q; legis ratio, ſc. in-
opia, lex eſſe deſinit, quod igitur non eſt
non poteſt reddi inutile. Non arctat † q; 28
dicitur in ſolutione IV. argu. per contra-
riam opinionem ſtatuti diſpoſitionem nõ
interpretari, cùm perindè ſit, ſiue ſtatutũ
impleatur per teſtamentũ, ſiue p aliũ quẽ-
liber modũ dummodò ſtatuti diſpoſitioni
ſatisfiat, q̃a reſpondetur verũ nõ eſſe quòd
per hoc ſtatuto ſatisfiat, ex quo ſuapte e-
nergia non impleatur. Sed obiicies *d. auth.*
prætereà, etiam ſuapte non impleri energia,
& tamen nõ dici ibidem, quòd diſpoſitio-
ni Auth. non ſatisfiat? hoc falſum eſt quòd
ſuapte virtute non impleatur, cùm hoc i-
pſum ibid. diſponatur, quòd legatum in
portionem legalem debeat imputari.

Reſponſio † ad maiorem V. argumen 29
ti propoſitionem data, nullius eſt mo-
menti, cùm ſtatutum per tacitum coniugum cõſenſum approbatũ, minimè cõtra eorũ venire mentem dicendũ ſit, nemo. n. ex coniugib. iã inſipidus eſt, quin ſciat cõtracti matrimonij tẽpore, q̃d de donatione doteuè lucranda iuris ſit, cũ hoc maximum ſit, quod coniuges eo contracti matrimonij tempore indagari ſoleaut.

Quod dicitur in ſecunda reſponſione, tale lucrum principaliter venire ex ſtatuti diſpoſitione, & non ex pacto, falſum eſt. Nam ſi initium huius debiti reſpiciamus, non ſanè aliud, quàm nudam coniugum voluntatem inueniemus, licet poſtea facto in ſtatutum cõſenſu, ſtatuti diſpoſitione obſtringamur. Sic dicitur ex conuentione legem oriri qua obligamur. *l. 1. §. ſi conueniat. depoſ.* ſed ex eo inferre legem eſſe principalem cauſam, & non conuentionem, ex qua lex oritur, falſum eſſet.

Eodem † fermè modo reſpondetur ad 30

tertiam solutionem. Nam dicere pactum coniugum per tacitum vel expressum eorum consensum inchoatum, non nisi nudam statuti operari admonitionem, verum non est. Nam quomodo possibile est pactum non plus operari, ex quo si deficiat statutum, nihil est, vt suprà declaratum fuit. Nam quemadmodum corpus humanum suis constat membris ad laborandum paratis, & tamen vbi non accessit anima, non laborat, vel laborare potest: sic quoque statutum, licet sua constet dispositione, suisque terminis, tamen nihil operatur vbi coniugum non accessit consensus. Ast quis iam diceret consensum vel pactum, nihil operari plus, quàm nudam statuti admonitionem? Ex quo statutum nihil aliud est, sine consensu coniugum, quàm corpus humanũ sine anima. Quod vlteriùs de necessitate ibidem adiicitur, suprà sufficienter refutatum est.

31 Solutiones † ad VI. argumentum datæ adeò leues & inualidæ sunt, vt vix indigeant replicatione. Quòd enim Bar. dicit legatum esse diuersum à dote, est diuinatorium, vt ipsi dissentientes Ias. Phan. & alij dd. loc. attestantur, ac proindè non attendendum. Nec ligat Iasonis solutio: nã qua ratione diceremus patrem recompensandæ iniuriæ causa dotem in legatum non velle imputari, ex quo nulla per exheredationem filiæ illata est iniuria, quòd enim iure fit, non parit iniuriam, *l. nullus. de reg. iur.* Prætereà non solùm dicitur *in d. l. 4.* de exheredatione, sed etiam de emancipatione & præteritione, quæ lege permittente possunt fieri à patre, ac proptereà nullam possunt inferre iniuriam.

Pariter non stringit Alexandri responsio, quia si in *d. l. 4.* dos promissa fuisset genero, hoc Pomponius benè expressisset. Sed hoc non fecit. Etsi promisisset, tamen hoc factum fuisse contemplatione filiæ negari non potest, sicq; dictam responsionem non obstare dicẽdum. Ita ipsi dissen. Dec. *in d. auth. præterea*, & Phanuc. *d. glos. 8. num. 49.*

32 Postremò † non contrariatur Phanuccij solutio, quia posito, quòd textus principaliter loquatur in puncto collationis, negari tamen non potest, quòd etiam determinet legatum non imputari in dotem, quòd ipsum nos volumus. Et dicere vt Phanuc. textum non loqui etiam in quæstione nostra, nimis apertè falsum est. Nam si quæras vtrum legatum à patre filiæ factum imputetur ei in dotem, respondet Pomponius, *habebit filia etiam dotem præcipuam, & legatum*, per quæ verba non probari Pomp. nostram etiam tractasse quæstionem & legatum in dotem haud esse imputandum respondisse, esset nimis rotundè contra apertam pugnare veritatem. Vides etiam quàm miserè, & inaniter dissentientes contra stimulum calcitrauêre, & quantò diligentiùs viam quæsiuerunt, tantò remotiùs aberrasse.

Cæterùm pro difficillimæ huius quæstionis complemento vnam ad *d. auth. præterea*, tanquam principale dissentientium fundamentum, addimus solutionem. Primò quòd ideo in ea legatum imputetur in portionem, quia hoc ipsa auth. disponit, cùm dicit: *& imputabitur legatum in talem portionem.* Secundò, quia præstito legato cessat ratio d. auth. id est, inopia, & sic meritò eius dispositio. *arg. d. l. adigere. de iure patron.* Sed in casu nostri statuti, non disponitur, quòd legatum debeat imputari in lucrum dotis. Neque præstito legato cessat ratio statuti, vt suprà diximus in prima duplicatione. Ergò quòd disponitur in d. auth. minimè ad nostrum casum est trahendum.

Hisce † mi frater habes hanc quæstionem, quàm etiam publicè in celeberrima Herbipolensi Vniuersitate in præsentia multorum excellentissimorum Doctorum proposuimus & defendimus, ex integro solutam, & partem negatiuam sufficienter probatam, à qua in iudicando, si nobis deferretur iudicium, neutiquam recederemus. 33

Huius nostræ conclusionis exceptio est, nisi testator specialiter addidisset, legatum debere compensari cum dote, per iura quæ diximus in *2. part. vers. ad prædictas.*

QVAESTIO LXVII.

Quæritur stante statuto quòd vir debeat lucrari dotem, mortua vxore superstite viro suo & socero, cui acquiratur dos, socerone (si is matrimonij onera sustinuerit) vel viro?

SVMMARIA.

1 *Socero dotis lucrum acquiritur, si is matrimonij*

monij onera sustinuerit, contrà num. 4. except. num. 10.

2 *Peculij profectitij proprietas patris est.*

3 *Lucrum dotis propter onera matrimonij datur.*

4 *Lucrum dotis non dicitur profectitium, & num. 8.*

5 *Socius quomodo dotem lucretur.*

6 *Lucrum dotis quod defertur marito, est personale.*

7 *Matrimonium cuiusque onera adeò ad statutum de lucranda dote disponens, necessaria sunt, vt non minus statutum sine illis progrediatur, quàm homo sine pedibus.*

9 *Fructus qui lucratur non poteſt lucrari sortem*

PARS I.

Determinans pro Socero.

COGITANTI plerunque mihi quòd filius superstite patre contrahat matrimonium, & in ædibus absque vlla rei domesticæ cura cum sua coniuge maneat, incidit difficillima hæc & quotidiana
1 quæstio, an parens † cùm sustineat loco filij onera matrimonij dotem lucrari debeat? Considerando causam & rationes, propter quas dos lucratur, concludendum esse videtur, quòd sic. Probatur primò per
2 hoc argumẽtum Proprietas peculij † profectitij patris est. §. 1. *Inst. per quas person. nob. acq.* & sic tempore diuisionis cum cæteris fratribus diuidendum. *l. fin. C. de collat.* Sed dotis lucrum dicitur profectitium. *Glos. in l. dotem. de Castrens. pecul.* vbi videtur esse casus huius quæstionis. Ergò, &c.

II. Adducitur *text. in l. 65. actione. §. fin. cum l. seq. pro soc.* ibid. *diuidere eam* (dotem) *inter socios Iudex debet, quia consideratur qui matrimonij onera sustinuerunt.* Ergò pater si sustinuerit matrimonij onera dotem lucratur.

III. Pater lucratur fructus dotis propter onera matrimonij. *text. in l. pater pro filia. in princ. de except. dol.* Ergò argumentando à fructibus ad lucrum dotis, quod fieri potest, vt diximus *q. 13. n. 14.* idem dicendum est, quòd debeat lucrari dotem propter onera matrimonij.

3 IV. Allegatur † text. *in l. dotem filio. de Cast. pecul.* vbi: *Nam hereditas aduentitio iure acquiritur, dos autẽ matrimonia cohærens, onerib. eis, ac liberis communibus qui sunt in familia aui confertur.* Vbi videtur esse text. quòd hoc
4 lucrum † nõ dicatur aduentitium, sed cùm patri, qui matrimonij onera sustinet, acquiratur, profectitium lucrum videri.

V. Vbi nulla sunt matrimonij onera, ibi quoque nulla dotis est constitutio, ac consequenter nullum eius lucrum, *tex. in l. 20. Iulianus. & in l. 76. si pater mulieris. de iure dot.* Sed in casu nostro nulla filio sunt matrimonij onera. Ergò, &c.

Refer huc ea, quibus in *2. parte. d. q. 13.* conati sumus probare, quòd onera matrimonij sint causa, propter quam dos lucratur: si enim sunt causa, necessariò sequitur, quòd etiam is, qui ea sustinet, dotem debeat lucrari. Ex his videtur concludendum, quòd pater, qui sustinet onera matrimonij, debeat etiam lucrari dotem.

Hanc partem tenet Bart. *in tract. de duobus fratr. vers. quintò quæro, quòd si vxor,* quem sequitur Bald. *in l. 2. famil. ercisc.* Dyn. *in l. si cum dotem. §. transgrediamur. sol. matr.* & ibi Bal. facit aliam considerationem, quę non placet. Rom. *in auth. ex testamento. C. de collat.* & idem Rom. *in cons. 406. Quæstio præsens. idem in cons. 471. Lucrum dotis. in princ.* Pet. de Vbald. *in tract. societ. part. 5. q. 5. vers. quæro quòd de fructib.* Dec. *latè in d. cons. 560. per tot.* vbi ad contraria respondet, & dicit nu. 6. Dyn. Cyn. Bart. Paul. de Castr. Rom. & Petr. de Vbal. in hac opinione conuenire, addit q; quòd pro ista opinione sint rationes efficaciores, quæ etiam communi opinioni debeant præualere, per text. *in c. capellanus.* & ibi Abb. *de fer.* Bald. *ad c. 1. §. Iudices. de pace iura firm.*

Primò circa hanc conclusionem excipitur ex sententia Bart. *d. tract. de duob. fratrib.* quam exceptionem approbat Ludo. Rom. *d. auth. ex testamento.* & Dec. *d. cons. 560.* Ang. *ad §. 1. nu. 6.* Inst. *per quas person.* vbi dicit quòd consideratio Bart. illi multũ placeat, & non posse eius considerationibus æquissimis responderi: scil. quòd in totum lucrum dotis patri non acquiratur, si filius vnà cum patre sustinuerit onera, quia tunc pro parte onerum vterq; lucrabitur. *arg. l. sed & si quis. §. 1. & §. quod si ex re. de stipul. ser.*

PARS II. NEGANS.

QVOD præcedentem audeamus oppugnare conclusionem, quispiã fortè mirabit', vt, qui maximè circa matrimonij onera in antecedenti q. 13. nos fundauerimus, nunc autẽ eis tm̃ non tribuamus. Sed hoc nulla admiratione esse dignũ passim p totam hanc partẽ patebit. Quare reuelata

facie cõtraria aggredimur, respondemusque ad I. argumentũ eius minorẽ propositionem negando, quia † nullibi in iure reperitur cautum, quòd dotis lucrum dicatur profectitium. Alex. *in d. l. si cum dotem. §. transgrediamur. sol. matr.* Nam si esset profectitium, sequeretur quòd proueniret à patre. Sed hoc non facit, *l. profectitia dos. de iure dot.* Ergò non est profectitium. Non obstat huic solutioni responsio Decij *d. consil. 560. nu. 5.* qua volt quòd dicatur profectitium ex eo, quòd concedatur propter onera matrimonij, quia iterum respondemus, quòd quidem lucrum dotis concedatur propter onera matrimonij, non autem à patre, sed à statuto.

Ad II. argumentum respondetur per Alex. *in d. §. transgrediamur, q. d. l. actione §. fin. & l. seq.* loquãtur in casu, vbi expresse societas omnium lucrorum & damnorum est contracta. Sed nostro in casu non est contracta societas, neque expresse neque tacitè, quia pater adhuc viuebat. Addimus aliam solutionem, nempè, hoc ideò fieri quòd dos communicetur inter socios, quia socius vicissim tenetur dotare ex communi filiã socij, vt probatur à contrario sensu in *ead. l. seqq.* Vndè meritò si socios iterum lucretur dotem, eius particeps erit. *arg. l. secundum naturam. de reg. iur.* At obiicies istas solutiones obstare eis, quæ dicentur in *solut. 3. 4. & 5. arg.* cùm etiam socius † non sit maritus, & tamen lucretur vna cùm marito. Respondemus socium non lucrari partem dotis, vt maritus, sed vt socius ex societatis conuentione; maritum verò totam & integram dotem, vt maritus, eius autem partem vt socius. Item obiicies aduersus secundam solutionem, quòd etiam auus propter inopiam filij teneatur dotare neptem. Respondetur hoc non iure societatis, vel alterius pacti, sed per officium iudicis fieri. *l. qui liberos. de ritu nupt.* Bart. *in l. obligamur. de act. & obligat.*

III. Argumentum non obstat. Nam licet à fructibus dotis ad ipsam dotem argumentum sumatur: tamen hoc procedit duntaxat in marito, quia † lucrum dotis, quod ex statoto defertur marito, est personale, & non transmittitur ad heredem etiam suum. Molin. in addit. ad Dec. *d. consil. 560. numer. 5.* Prætereà † statutum non solùm onera matrimonij respicit, verumetiam ipsum matrimonium, & oportet vt ista duo sint coniuncta, antequam statutum locũ habeat, quia verba statuti sunt, de quo nos agimus: *Pradefuncta in matrimonio vxore maritus dotem lucretur.* Maritos inquit statutum, non pater, vel alia persona. Necesse igitur est vt sit maritus, qui dotem locratur. Et hoc est vnum statuti requisitum. Alterum requisitom propter quod statutũ mouetur, & tribuit locrandi potestatem, sunt onera matrimonij. Et hæc duo adeò ad statutum necessaria sunt, vt non magis statutum sine illis progrediatur, quàm homo sine pedibus. Non hîc obiici potest. Ergò si onera matrimonij adeò requirantur, sequitur quòd filius, qui matrimonij onera non sustinet dotem etiam non lucretur. Quia respondetur quòd licet filius adeò onera non sustineat vt pater: tamen cùm consommauit matrimonium videtur statuti requisito satisfactum: & impossibile est quin filius, vbi matrimonium consummauit, etiam eius onera non habeat.

Nunc progrediendo ad IV. argumentom dicimus, quòd allegata *l. dotem. de Castrens. pecul.* nobis non aduersetor, sed nostram opinionem corroboret, quia ibi dicitur, quòd dos matrimonio cohærear, si hoc ita necessario sequitur quòd lucrum dotis patri non competat, quia cum eo nullum est matrimonium. Non obstant verba, *oneribus eius*, quia magis nostram opinionem, qua volumus q matrimoniũ simul & onera ad luctũ dotis sint necessaria, declarant & cõfirmant. Dos autem inquit Papinianus, matrimonio cohætens, oneribus eius sc. quæritur, quibus verbis volt significare, quòd ad dotem lucrandam simul matrimonium & onera sint necessaria. Respõdetur ad minorem V. argumenti, quòd licet maiori ex parte pater matrimonij sustineat onera: tamen ex quo non principaliter nomine suo, sed filij ea sustineat, nõ potest dici quòd filius onera non sustinuerit, licet pater pro suo labore, & non filius dotis fructus lucretur.

Præcipuis iam aduersariorum argumentis solutis nostram opinionem magis corroboramus I. hoc modo argumẽtãdo. Vbi matrimonium nõ est, ibi nec dos esse potest. Sed cum patre & nuru non est matrimoniũ. Ergò nec dos. Ex quo arg. patet q pater eam lucrari non possit, quia quod non est, non potest locrari. Item ex eo cognoscitur quòd pater non ex sui persona

lucre-

lucretur fructus dotis, ſed ex perſonis filij.

8 II. Dotis lucrum † eſt aduentitium. *l. 1. in fin. C. de bon. quæ lib.* Aduentitia autem hodiè non conferuntur, *l. fin. C. de collat.* Ergò nec lucrum dotis probatur per *d. l. fin.* ibi: *Hoc quoque conuenit obſeruari, vt quicquid vel vxor marito non emancipato, vel maritus vxori in poteſtate poſitæ, quocunque titulo vel iure contulerit, ſiue tranſmiſerit, hoc patri nullatenus acquiratur, atque ideò in eius tantum, cui delatum eſt, iure durabit.*

Non obſtat reſponſio Dec. *d. conſ. 560 numer. 5.* vbi dicit, quòd peculium aduentitium dicatur, quod ex liberalitate coniuncti mariti & vxoris prouenit, per *d. l. 1. & 2. C. de bon. quæ lib.* quia reſpondetur, quòd ibi planè contrarium dicatur, & quòd tempore Iuſtiniani aduentitio peculio etiam nuptialia & ſponſalia lucra adſcribebantur, vt teſtatur Hotoman. *§. 2. Inſt. per quas perſ. acquir.* & eſt communis opinio, teſte Hieronymo Cagnol. *in l. in eo. de reg. iur.* Bapt. à Villalob. *com. opin. in verb. lucrum.*

III. Qui ratione & reſpectu matrimonij onera non ſuſtinet, dotem non lucratur. Sed pater ratione matrimonij nō ſuſtinet onera. Ergò, &c. Minor probatur *per legem, ſi filia. §. 2. famil. erciſc.* vbi; *quaſi hoc quoq; matrimonij onus ad ipſum ſpectet: quia filij onera & nurus ipſa agnoſcere neceſſe habet.* Probatur etiam per *l. fin. §. ipſum autem. C. de bon. quæ lib.* vbi dicitur, quòd pater non propter hereditatem, ſed propter iſtam naturam & leges liberos alere teneatur. Imò etiamſi mulier nullam dotem attuliſſet: tamē pater ei impenſas præſtare cogeretur, vt eſt text. in *l. quòd ſi nulla. 28. de relig. & ſumpt.*

IV. Eſt tex. pro hac opinione in *l. quæcunque. 4. C. de bon. quæ lib.* Vbi dicitur quòd omnia, quæ vel ex dote, vel quacunq; donatione ad filium peruenerunt, eius propria ſint, vſufructu patri reſeruato. Hac lege declarātur *l. 1. & 2. eiuſdem tit.* in quib. dicitur, quòd ea, quæ vxor marito, vel viciſſim maritus vxori, etiam quocunq; titulo vel iure contulerit, patri nullatenus acquirantur. Et dicere, quòd pater ibi matrimonij onera non ſuſtinuerit, eſt magna vaticinatio, inquit Ang. *ad §. fuerat. Inſt. de act. numer. 24.*

V. Facit quòd pater lucratur fructus dotis ratione onerum matrimonij, & ſic pro oneribus quæ ſuſtinuit, illi ſatisfactum videtur. Et licet veritati cōſentaneum haud videatur, quòd filius, qui vna cùm patre habitat, etiam ſimul onera domeſtica non ſuſtineat: tamen pater, & non filius fructus lucratur. Vndè iniquum dicendum foret, ſi inſuper pater & ipſam dotem lucrari deberet.

VI. Qui lucratur † fructus, non poteſt 9
lucrari ſortem, cùm ſors debeat eſſe ſalua contra habentem ius fructuum. fac. *l. 1. de vſufr.* Sed pater ſi ſuſtinet onera matrimonij lucratur fructus. Ergò non ſortem. Vndè eſt, quòd lucra, quæ concernunt fundum vel proprietatem, non ſpectent ad vſufructuarium, Oldrad. *conſ. 47. q. 1.* Molin. *in conſuet. Pariſ. §. 1. gloſ. 1. q. 4.*

VII. Declaratur ex abſurdo. Nam ſi verum eſſet, quòd pater propter expēſas, vel onera matrimonij dotē lucraretur, ſequeretur quòd quilibet, etiā extraneus huiuſmodi expenſas faciens, dotem lucraretur. Sed conſequens adeò falſum eſt, vt nemo hoc aſſerere auſus fuerit. Ergò, &c.

Ex his omnib. concludimus, quòd pater, ſi ſuſtineat onera matrimonij, dotis fructus lucretur, reſernata filio eius proprietate. Hanc partem tenet Bart. *in d. l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ad fin. ſol. matr. & in l. 1. verſ. vltimo per iſtam legem. C. de bon. quæ lib.* ibid. Bald. & Ang. Idem Bald. *in l. ſi donaturus. §. primò. de condict. ob cauſſ. & in addit. ad tract.* Bart. *de duob. fratr. verſ. viſo an & quando præſumantur.* Bart. *in l. dotem. ſi filiofam. de Caſtrenſ. pecul.* Bal. copiosè *in Auth. ex teſtamento. C. de collat.* Idem tenent Cum. Paul. de Caſt. & Alex. *in d. §. tranſgrediamur.* Bal. Nouel. *in tract. de dote, parte 6. princ. priuileg. 37.* Salyc. *in d. l. 2. C. famil. erciſcun.* Hanc partem etiam ſequitur Florianus *in d. l. ſi filia. §. ſi filiusfam. verſ. item ſi hanc dotem. fam. erciſc.* vbi communem dicit Ang. Aret. *ad d. §. fuerat. Inſt. de act.* Philip. Corn. *lib. 4. conſil. 1.* quem refert & ſequitur Molin. *in addi. ad Dec. d. conſ. 560. in princ.* Crottus *ad l. frater à fratre. de cond. indeb. col. 24.* vbi communē dicit. Commune etiam pronunciat Flor. *in l. 20. ſi filia. §. 1. fam. erciſc.* & Aret. *ad §. fuerat. Inſt. de act.* Campez. *iſto tract. part. 5. q. 7.* Idem commune dicit Cagn. *in l. in eo quod. de reg. iur.* & Aret. *in d. §. fuerat.* Idem tenent omnes moderni, teſte Viuio *com. opin. in verb. ſtatutum. num. 14.*

Huius † concluſionis exceptio prima 10
eſt, vt non procedat de iure antiquo, quo Dyni & Cyni procedit opinio. Roland. *iſto tract. q. 110. poſt nu. 4.*

Secunda exceptio est, nisi statutum disponetet, *mortua vxore lucretur dotem, qui eam recepit.* quo casu socer dotem luctabitur, & mortuo eo communicabitut intet frattes. Ratio istius exceptionis est, quòd verba statuti non verificentur in filio, qui dotem non recepit. Paul. & Salye. *ad l. 2. C. famil. ercisc.* & Alex. *in d. §. transgrediamur,* estq; commune Doctotum placitum, attestante Crotto *in d. l. frater*, quem ad hoc tefert & sequitut Rolan. *d. q. 110. in fin.* Sed reprobatur, quia pater non recipir dotem nomine suo, sed filiæ. Raph. Cum. *in d. l. si cùm dotem. §. transgrediamur. solut. matr.* Phanuc. de Phan. *isto tract. glos. 8. num. 81.* quod verius existimamus.

QVAESTIO LXVIII.

Quętitut num pater habeat tàm plenam disponendi potestatem in dote vel donatione propter nupt. per statutum lucrata, quàm in cæteris suis bonis, ita vt possit de his vnum ex libetis meliotare?

SVMMARIA.

1 *Parens non potest vni liberorum plus relinquere, quàm alteri, de dote donationeuè per statutum lucrata. einsdem except. num. 4. & seqq. contrà num. 8.*

2 *Vsufructuarius de proprietate rei nihil disponere potest.*

3 *Donatio supernascentibus liberis ipso iure inualidatur.*

9 *Interpretatio ad c. 23. Nouel. 22.*

10 *Emphyteusin pater potest vni liberorum prælegare, quam pro se, filiisque suis accepit.*

11 *Mater per modum testandi de donatione propter nuptias vni plus, quàm alteri relinquere potest.*

12 *Pater filium potest priuare iure quod est in spe acquirendi, & non acquisitum re.*

13 *Testator si dixerit; restituas filiis meis, quibus voles; potest indignus eligi.*

PARS I. NEGANS.

HÆc quæstio valdè quotidiana est & pulchra, quare intacta non erit remittenda. Primò pto parte negatiua argu-
1 mentatur hoc modo. Quod † lex alicui exptesse defert, id per hominis dispositionē mutari nequit, ptobatur per *l. vnic. §. videamus. C. de rei vxor. act.* ibi: *Cumq; iuris certæ atque indubitati sit, si pater per virilem sexum ascendens, dote pro filia vel nepte* pręstita emancipauerit eam vel ipse decessetit, in rei vxoriæ actione dotem omnimodò ad mulierem pertinere, etiamsi fuerit exheredata, æquissimum nobis visum est. Ratio est, quia lex defert mulieri dotem, & ptopterea parens eam à filia aufferte nequit, etiamsi exheredauerit eam. Sed lex defert filiis æqualiter defuncto parente donationem propter nuptias vel dotem, Auth. *de nupt. col. 4. cap. 23. & seqq.* Item text. *in l. fœmina. C. de secund. nupt.* text. *in l. mater. C. ad Tertul. & in l. 2. C. de indic. vid. tol.* Ergò p dispositionem parentis plus vni aufferri aut adiudicari nequit. Confirmatur hoc argumentum per text. *in l. si seruo fideicommiss. in princ. & in vers. Idem probandum. de heredit. instit.* vbi dicitur, si testator emisset seruum, ea lege vt manumitteret, & posteà cùm sit manumissus eum heredem instituerer, quòd non efficiatur heres necessarius: rationem addit tex. quia ex beneficio legis, scil. ex const. diui Marci libertatem consequitur, vt in *l. 2. C. si man. ita fur. alien.*
II. Adducitur pro hac opinione text *in d. auth. de nupt. col. 4. cap. 25.* ibi. *Non enim permittimus parentibus non rectè introductam electionem in eos: neque alij quidem filiorum dare, alium verò exhonorare.* Ecce text. expressè prohibentem parentibus vni plus quã alteri dandi potestatem. Neq; id immeritò quidem, vt clarè ex verb. eiusdem text. patet. *Sed quemadmodum omnium filiorum similiter heredes existunt parentes, & non alij quidem succedũt, alij verò non. Cur non similiter & ipsi omnibus ex æquo quantum ad hoc conferant, sed alios quidem eligant, alios verò despiciant? Ideoque secundum portionem vnusquisque lucratur, &c.* Idem est text. *in auth. lucrum hoc. C. de secund. nupt.* quæ ex d. cap. 25. desumpta est, vbi dicitur quòd lucrum hoc æqualiter inter liberos lege distribuatur, non arbitrio parentis permittatur. Idem text. *in Auth. de non eligend. secund. nupt. c. 1.* ibi: *Nullam esse licentiam matri alios quidem filiorum eligere, alios autem exhonorare.*
III. Ex prædictis infertur quòd leges, quę in contrarium adducuntur, sint per dicta iura Authenticorum correctæ. Vndè non obstant.
IV. Cessante statuto cessat eius effectus, *arg. l. adigere. de iure patron.* Sed vbi procreati

sunt liberi, cessat statutum de lucranda donatione propter nupt. Ergò & eius effectus, hoc est dominium & eius proprietas donationis.

V. Nemo plus iuris in alium transferre potest, quàm ipse habet. *l. nemo plus. de reg. iur.* At pater, filiis existentibus, in donatione nullum habet ius quoad dominium & proprietatem, vt probatur in *d. auth. lucrum hoc. & in cap. 1. auth. de non eligend. secund. nubend.* Ergò, &c.

2 VI. Vsufructuarius † de proprietate rei nihil disponere potest, quia tantùm possidendi & fruendi potestatem habet ad dies vitæ. Sed coniunx in his bonis habetur pro vsufructuaria, tex. in *d. l. fœminæ. 3. C. de secund. nupt.* ibi: *Possidendi tantùm atque fruendi in diem vitæ, nō etiam alienandi potestate concessa.* Idem text. *in auth. in donatione. ead. tit.* ibi: *Deserit eam proprietas.* Idē in auth. *ex testamento eod.* vbi *eorum solùm vsumfructum percipiat.* Idem text. *in l. hac edictali. 6. §. his illud. eod. tit.* ibi: *vsufructu duntaxat vita sua temporibus potiatur.* Idem tenent Cyn. Bart. & communiter Dd. *ad d. l. fœminæ.* Ergò de proprietate rei nihil disponere potest.

3 VII. Supernascentibus † liberis donatio expresse facta ipso iure inualidatur. *l. si vnquam. C. de reuocand. donat.* Ergò etiam lucrum dotis per statutum aut pactum alicui destinatum.

Ex his omnibus concludendum videtur quòd lucrum donationis propter nup. vel dotis aut alterius à priore cōiuge prouenti æqualiter spectet ad liberos, & quòd pater vel mater vnum liberorum ex hoc lucro, maximè si ad secundas transeat nuptias, meliorare non possit.

Hanc conclusionem sequitur Dec. *cons. 236.* non parua difficultas est, *in fin.* Soar. *ad l. 1. de las arras. n. 70.* Sed non constanter.

4 Huius † cōclusionis exceptio prima est, nisi vir licentiam daret vxori post mortem suam ad secundas nuptias conuolandi, tunc enim per istum transitum non perdit dominium & proprietatem rerum, à marito sibi relictarum. Ratio est, quia pœna secundò nubentibus est imposita propter iniuriam, quę per transitum ad secunda vota videtur marito defuncto inferri, vt dicetur in exceptione vltimæ conclusionis. Sed volenti nulla fit iniuria. *L. 1. §. vsque adeò. de iniur.* Bal. *in l. 1. de secund. nupt.* Rom. *cons. 219.* Dec. *cons. 620. col. 2.* Vill. *com. opin. lit. B. 15.* Viuius *com. opin. lib. 1. mulier. ad secundas. num. 7. & 8.* Hæc exceptio maximè procedit, si etiam ipsi liberi in hoc consenserint. *Glos. in auth. de non eligend. secund. nupt. in verb. copulatur.* Ratio est, quoniam iniuria, quę per secundas nuptias infertur liberis, tollitur eorum consensu. *l. cum donationis. C. de transact. §. soluto. auth. de secund. nupt.* latè Ias. *ad l. ambiguitates. C. de indic. vid. tollen. & consil. 53. in quæstione. volum. 1.*

II. Exceptio est secund. quosdam, vt non procedat prædicta conclusio in bonis, quę contemplatione prioris coniugis fortè à suis consanguineis, superstiti coniugi obuenerunt. Ratio est, quia leges priuantes patrem vel matrem, ad secundum matrimonium transeuntem, proprietate bonorum sunt odiosæ, & merè pœnales, vt probatur per tex. in d. l. fœminæ, & ibi cōmuniter Doct. Et ideò quia tantùm loquuntur in bonis, per vnum coniugem ab alte ro, vel eius filio habitis, non sunt vlteriùs ad bona à cōsanguineis ablata extendēdę. *arg. l. interpretatione. de pœnis. & in l. factū. vers. fin. de reg. iur. & in c. odia, eod. tit. in 6.* Nam licet huiusmodi donatio videatur facta ab ipso coniuge, cuius contemplatione obuenta: tamē cùm hoc fit per fictionē iuris, non debet extendi ad dispositionem pœnalem. *arg. l. 3. §. hæc verba. de neg. gest. tex. in l. vnic. § hoc interdum. de cisterna & de fonte.* Ita tenet Rom. *cons. 405. præsumptis.* & Alciat. *1 præsumpt. 18.* Dissent. Gomez. *ad l. 14. & seq. Tauri. nn. 7. per text. in l. sed si plures. 10. §. in adrogato. 6. de vulg. & pupil. subst.* ibi: *Ego etiam ampliùs puto, & si quid beneficio adrogatoris adquisiuit, & hæc substitutum posse habere, vt putà, adrogatoris amicus, vel cognatus ei aliquid reliquit.* Glos. & communiter Doct. *ad l. cùm oportet. 6. de bon. quæ lib.* & Gomez. d. loc. vbi ad contraria argumenta respondit, & in *l. 53. Tauri.* & videtur hęc opinio de iure verior & æquior, quia coniunx ea non tàm contemplatione sui, quàm alteriùs coniugis & liberorum suorum accipit, & ideò iniquum esset, si huiusmodi bona, quoad proprietatem eis aufferrentur. Cōfirmatur hæc per *l. 3. §. de donat. inter vir. & vxor & l. in adibus. §. quod si filiusfam. de donat.* Idem tenet Bart. *in d. §. adrogato* & ibid. notat Paul. Castr. Ioan. Imo. Alex. & Ias. & vide quæ scripsit latè Lopez. *in repet. c. per vestras. vers. vndè si frater. de donat. inter vir. & vx.* estque verior & communior opinio secund modernos. Sed contra hanc com-

munem valdè videtur obstare text. *in l. si mater. 12. C. de don. ante nupt.* Ad quę responde, quòd ibi mater non simpliciter sponso suæ filiæ donauerit, sed cum quadam adiectione de non repetendo soluto matrimonio, & sic non tam cōtemplatione suæ filiæ, quàm ipsius mariti donasse videtur, quod de facto sæpè contingit. Fortius videtur obstare *l. si te in vacuam. 24. C. de don. inter vir. & vx.* Sed responde, quòd ibi tantùm dicatur, quòd donatio inter socrum & nurum valeat, & non interim negari, quòd contemplatione vxoris obueniat, quia respectu filiæ matrem ibi donasse omninò præsumendum est.

5 III. Excipitur † hanc conclusionem non procedere in bonis, quæ parens habet ex testamento filij, & hoc de iure nouo. Ratio est, quia ex testamento dicitur capere tanquam extraneus, est *tex. in auth. ex testamento. C. de secund. nup.* ibi: *ex testamento successit mater liberis suis, qua conuolauit ad secundas nuptias, sicut institutus qualibet.* Non autem ab intestato eorum proprietatem capit, sed vsumfructum tantùm, *d. auth. ex testamento*, & vide Villa. *com. opin. sub lit. B. numer. 24.* Sed hæc licet in filio procedant, non tamen in coniuge, quia quod vnus coniunx ex alterius capit testamento, per transitum ad secund. nuptias perdit, text. in d. l. fœminæ. & ibi Dd. & est text. *in l. mater. C. ad Tertul. & in l. 2. C. de indict. viduit. tollen.*

6 IV. Exceptio † est, nisi superstes coniunx ad secundas non transeat nuptias, vide Vigel. *meth. iur. ciuil. lib. 4. cap. 6. quæst. 1. reg. 1.* Cuius exceptionis replicatio est, nisi coniunx secundas nuptias non iterans luxuriosè vixerit. Vill. *com. opin. lit. B. 21. & ibid. additionator. num. 22.*

7 V. Exceptio † dicitur, nisi defunctus coniunx ratione iuuentutis, vel generalitatis superstiti donauerit. Vill. *com. opin. lit. M. 82.* ibi: *nota quòd.* Vide plures prædictæ conclusionis exceptiones apud Gabriel. *lib. 3. de secund. nupt. conclus. 1. & 2.*

PARS II. AFFIRMANS.

8 CONTRARIAM † defendendo opinionem responderi potest ad I. argumentum, quòd in *l. vnic. §. videamus*, propterea parenti non detur legandi facultas bona dotalia filiis, quia ista expressè per legem filiæ adiudicata sunt sine parte aliorum. Sed in nostro casu leges donationem propter nuptias filiis omnibus concedunt. Ergò non mirum si parens vni filiorum plus de hac dari possit, quàm alteri. Potest responderi, ad hanc solutionem, quòd licet lex in totum deferat filiæ dotem, & vnicuique filiorum partem donationis, quòd tamen nihilominus adhuc idem sit dicendum, cùm idem iuris sit de parte, quoad partem, quod de toto, quoad totum, *l. quæ de tota. de rei vendic.*

Quare † tu aliter soluas, nimirum quòd 9
in *d. c. 23. & seqq.* loquatur, quando parens ad secunda vota transiuit, quòd tunc non detur illi potestas constituendi de donatione vni plus, quàm alteri, patet ex textu. ibi: *Et generaliter dicendum est, quòd omnis eam deseris proprietatis modus in iis, quæ à prioris viro in eam venerunt: & filij ea percipient, & proprietatis erunt domini, secundum tempus* (nota) *mox quo mater coniuncta est alij viro.* Et quòd tunc vbi coniuncta est alij viro, perdat dominium & proprietatem bonorum, à priori marito acquisitorum, latiùs dicemus in exceptione huius conclusionis.

Ad II. argumentum respondetur repetendo priorem solutionem, nempè, quòd iura pro isto argumento adducta loquantur in casu, vbi superstes coniunx ad secunda vota transiuit, quia tunc ratione fraudis euitandæ illi talis potestas est interdicta.

Respondetur ad III. oppositum, concedendo quòd iura quoad excessum II. Authenticarum sint correcta, & non vlteriùs, hoc est quoad loquantur in casu, vbi mulier transiuit ad secūdum matrimoniū, quia tunc iura, ei quoad legitimam suam portionem pro arbitrio disponendi potestatem concedentia, corriguntur per iura Authentica.

Progredimur ad IV. oppositum, negando minorē eius propositionem, quia licet liberi superuenerint, tñ non cessat statutum *arg. d. c. 23.* vbi dicitur, quòd mulier; si ad secundas nuptias transeat, dominium & proprietatem dotis perdat: ergò à contrario sensu, si nō transeat, nō perdit dominiū. Verum est, quod dicitur in V. argum. nemo plus iuris in alium transferre possit, quàm ipse habet, sed falsum quod in minore dictum, matrem nō habere dominium donationis, quia dd. iura loquuntur in casu, quo mulier secundum contraxit coniugiū, vt iā diximus. Nam si nō contraxit matrimoniū, non perdit et dominium

& pro-

& proprietatem dotis, text. *in Auth. si tamē. C. de secund. nupt.* ibi: *Si tamen abstineat mater à secund. nuptiis, habebit & ipsa proprietatis portionem.* Idem est text. *in l. hac edictali. §. omnibus. C. eod.* Soluitur etiam hoc modo, nempè, quòd *d. Auth. lucrum hoc.* & similia iura loquantur in terminis iuris cōmunis, quo iure mulier non lucratur donationem, & nō in casu, vbi per statutum mulier lucratur donationem, & hoc modo dd. iura intelligendo nobis non obstant.

Adde pro hac sententia confirmanda I. quæ scribit Bal. *in Auth. si quas. col. 5. vers. iuxta hoc quæro. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi dicit,
10 patrem † posse prælegare vni filiorum emphyteusin, quam pro se filiisque suis recepisset, & mouetur, quia filius videtur illam capere, tanquam ex donatione paterna, & sic potest dictam emphyteusin reuocare, quoad filium in potestate constitutum, & conferre alteri filio in solidum. *l. 2. de inoffic. donat.* quod idem tenet Ioan. de Im. *ad c. potuit. de locat.* per tex. *in l. qui Romæ. §. Flauius.* & ibi Barr. *de verb. oblig.* Rom. *consi. 35. visa facti serie.*

11 II. Per modum † testādi mater de donatione propter nupt. plus vni, quàm alteri relinquere potest. Ergo habet meliorandi potestatem. Antecedens probatur per *l. cùm rem. C. de legat.* Nam posito millies, q; donatio propter nuptias sit omnium liberorum: tamen de ea tanquam de re aliena mater libere testari potest, *d. l. cùm rē.* quod maximè in præiudicium sui heredis pcedit, vt est casus not. *in l. vnum ex famil. §. si rē. de legat. 2.* Per hoc arg. mouetur Rom. *d. cōs. 35.* ad tenendū, quòd pater possit vni liberorū plegare emphyteusin. Idē consuluit Petr. de Anch. *cons. 143.* Pro domina Paula.

12 III. A † iure quod est in spe acquirendi, & nō acquisitum re, pater filium priuare potest, teste Bar. *add. §. Flauius.* & probatur *in l. 3. de seruis exportand.* & mouetur per hoc etiam Anch. *d. cons. 143.* Sed ius quod habēt filij in dote, vel propter nuptias in donatione, à patre vel matre lucrata, est ius in spe acquirendi, & non acquisitum re, quia demum post mortē patris vel matris, aut si ad secundas nuptias transiuerint, ius in donatione vel dote nanciscuntur. Ergo ius illud à patre vel matre vni filiorum donari, aut prælegari potest.

13 IV. Citatur text. præclarus † *in d. l. vnum ex familia. 67. §. sed si fundum.* ibi: *cui voles, aut quibus voles;* & intelligendo ista verba secund. Bart. ibid. dicendum est, quòd importent disiunctiuam legis, non testatoris. Nam si testator dixerit, relinquas quib. voles ex familia, quòd possit vnum eligere, ad quod facit text. *in l. cum quidam. 24. eod. tit.* vbi: *Cum quidam ita fideicommissum reliquisset, rogo restituas liberis meis, quib. voles: Marcellus putauit, posse & heredem indignū præferre.* Vnde licet in quæst. dos vel donatio liberis applicetur: potest tñ parens, qui dotem vel donationē lucratus est, vnum eorum eligere.

V. Est textus egregius *in l. 5. generaliter. §. negotia. C. de secund. nupt.* ibi: *Diuidendi quoque res inter eos liberos ipsis parentibus pro suo arbitrio, vel eligendi quem voluerint, licentiam nō denegamus.* Clarior text. *in fin. eiusd. l.* Idem est text. terminis *in l. fœmina. eod. tit.* vbi dicitur, quòd mater contemplatione meritorum huiusmodi lucrum ad quemlibet ex filiis transmittere possit, vide text. *in Auth. si tamen. C. de secund. nupt.* Idem est tex. ad propositum nostrum præclarus *in l. in quib. 7. C. de secund. nupt.* ibi: *eligendi videlicet, quos voluerint ex liberis superstitibus, non adempta licentia.*

VI. Coniunx si dote, vel propter nupt. donatione nihil disponere vel alienare posset, sequeretur q; facta per coniugē horum bonorum alienatio nihil valeret. At cōsequens est falsum, vt est text. expressus *in Auth. de non eligend. secund. nub. §. hoc autem. collat. 1.* & ibi communiter Doct. teste Gomez. *ad l. 14. & seqq. Tauri. nu. 5. in fin.* Ergo, &c. Sed responderi potest ad hoc argum. quòd contrarium determinetur arg. text. *in l. si vsusfructus. de iur. dot. & in § finitur. Inst. de vsufruct.* in quibus locis probatur, q; vsufructuarius alienando dicta bona statim amittat vsumfructum, & consolidetur cum proprietate, vt idem tenet Bald. & alij *in l. generaliter. 5. §. in his. C. de secund. nupt.* vel potest responderi reseruata priore opinione, quòd licet alienatio valeat viuente coniuge, quòd tamen eo mortuo, vel ad secunda vota transeunte, reuocetur, vt Gomez. *d. loc.* per text. *in d. §. hoc autem. Auth. de non eligend. secund. nub. coll. 1.* & ibi Bart. Ang. & alij.

Ex prædictis concludimus, quòd superstiti coniugi, si ad secundas nuptias non transeat, detur potestas (saltem quoad legitimam suam portionē) de dote vel propter nuptias donatione, per statutum aut pactum lucrata, vnum ex liberis meliorandi.

Hanc partem tenent Paul. Alex. & Moderni

derni, vt refert & sequitur Ias. *ad l. 2. solut. matrim.* per text. & Gloss. *in l. 1. C. si constant. matr. & in l. 2. de pact. dot.*

Quoniam per dictum Apostoli: mortuo marito, mulier nubat in Domino, pœnis secundò nubentium nihil derogatum est, vt tenent Abb. *in c. penul. & in fin. de secund. nupt.* Bart. & Dec. *ad l. 1. C. eod. tit.* estq́; communis opinio, testante Dec. *in consil. 87. pro resolutione. col. 2.* & in *consil. 230.* proponitur, non iniqua huius conclusionis exceptio est (maximè iuribus Autheuticorum consideratis) vt non procedat, si coniunx secundò nupserit, quia tunc perdit dominium rerum, quod ex pacto vel liberalitate alterius coniugis secuta fuerat, teneturq́ue liberis, ex primo matrimonio procreatis, restituere, vt docetur per text. *in Authent. lucrum hoc. & in d. Auth. si tamen. C. de secund. nupt. Nouel. 22. cap. 25.* Socyn. sen. *consil. 56. viso testamen. lib. 3.* Nec hoc immeritò, quia cùm parens ad secunda vota transiens tria negligere videatur, Deum, defuncti memoriam, & filiorum charitatem, vt est text. *in c. 40. Auth. de nupt. & in c. 43. eod. tit.* dicitur, quòd per secundas nuptias contristetur anima defuncti. Neque hoc mirum, quia mulier, teste Euripide, vbi coniuncta est secundo viro, fit omnibus inimica, quib. antea erat familiaris. Quod & Homerus clariùs testatur, cùm dicit:

O quàm infidum est ingenium muliebre,
Nosti enim qualis sit mens in pectore mulieris,
Illius vult domum augere, qui ipsam duxerit vxorem.
Priorum verò liberorum, & primi mariti
Defuncti non meminit amplius, neq; moratur.

Hocq; verissimum esse, quotidiè nobis experientia docet. Nam cùm Coloniæ Anno à Christo nato 1597. Deus per morbum pestiferum, multas fœminas suis priuasset viris, tàm præcipitanter sese ad secunda dederunt connubia, vt vix tertiam à mortis tempore diem expectarent. Audiuimus à viris fide dignissimis eodē tempore fuisse mulieres, tàm immoderatè, cùm suos maritos vltimum viderent agere diem, lachrymas super ora profundentes, adeoq́ue tristes sese exbibentes, vt putaretur nihil abesse, quin supremum cum eis simul obire diem optarent, posteà verò, vbi viri mortis telo necati, mulieres præ nimio gaudio risum continere haud valuisse. Autibus percepimus ipsimet à quadam vidua demirante, quòd Deus etiam suos ex hac vita non euocaret liberos, quò citiùs ad secunda posset transire vota: lucrantur euim parentes secundum Coloniens. statuta eorum patrimonij partes, etiā quibusdam liberis superstitibus. Sed quid nos mala mulierum malarum facta enarrare conamur? cùm illa vbiq́ue terrarum (heu dolor) abundent, mulier enim, inquit Herodotus *lib. 1.* pudorem simul cum veste exuit.

Prædictæ exceptionis replicatio est, nisi vir daret mulieri potestatem secundas nuptias contrahendi: tunc enim nō priuatur bonis, ab ipso marito, vel ex sucoessione filij acquisitis, quod idem in marito, per consensum vxoris decedentis cōtrahente, dicendum est, probatur per text. *in §. duo igitur. in fin. vers. vnum itaque. & in §. disponat. Auth. de nupt. coll. 4. & ibi Gloss. & communiter Doctor.* & diximus suprà in primæ conclusionis exceptione; Esset bona practica pro mulieribus impudicis ad secunda vota transituris. Idem dicendum est, si parens contrahat matrimonium de consensu & voluntate filiorum, vt alibi diximus, & probatur per text. *& ibi Gloss. in Authent. de non elig. secund. nub. col. 3. col. 1. in verb. copulantur.* & dicit ibid. Ang. de Perus. hoc esse notandum aduocatis ad instruendas mulieres, vt persuaderent filiis consentire, quia si hoc fecerint, mulier euitabit pœnas, cùm istæ fauore filiorum sint introductæ. Idem tenet Bald. *ad l. filium quem. colum. 2. nu. 5.* & Castr. *col. 2. nu. 3.* Ias. *6. col. nu. 12.* Socyn. *in reg. 272. 1. fallent.*

Secundo replicatur, nisi coniunx superstes contraheret de consensu & licentia principis: tunc enim prædictis pœnis non est subiicienda, text. *in l. solet. 10. de his qui not. infam.* ibi: *Solet à principe impetrari, vt intra legitimum tempus mulieri nubere liceat.* causa exprimetur *in l. si qua mulier. 4. C. ad SC. Tertul.* scilic. vt pœnas euitent, ibi: *Nisi huiusmodi maculam imperiale beneficium etremittat.* Doct. communiter *ad d. l. solet.* Ang. *in l. mater. C. ad Tertul.* Sed hanc replicationem licet Doct. teneant: tamen quoad infamiam euitandam tantùm procedere videtur, habemus text. *in Nouell. 22. c. 22. sed neque.* ibi: *Licebit quidem ei Imperatori pro infamia supplicare: non tamen vtilitatem aliquam & rescriptor. habere.* Idem colligitur ex *d. l. mater.* Cuius replicatio duplicatio est, nisi

prius

prius, antequam ad ſecundas nuptias tráſiret, mediam bonorum ſuorum ſubſtantiam filiis prioris matrimonij relinqueret, ita vt ſuam portionem purè abſque omni conditione retineat: tunc enim non ſolùm ab infamia, ſed etiam ab aliis pœnis liberatur, eſt text. *in d. cap. 22. §. 1.* quod diligenter eſt notandum.

QVAESTIO LXIX.

Maritus aliqua bona vxori reliquit ſub conditione, ſi ſecundò non nupſerit; quæritur num ſtatim ea amittat per tranſitum ad ſecunda vota?

SVMMARIA.

1 *Conditio quid ſit, eiuſq; diuiſio.*
2 *Conditio neceſſaria quæ ſit, eiuſq; diuiſio.*
3 *Conditio impoſſibilis quæ, & eius diuiſio.*
4 *Conditio poſſibilis quæ, & quomodo diuidatur.*
5 *Conditio poteſtatiua non tranſit ad heredes.*
6 *Conditio cauſalis tranſit ad heredes.*
7 *Conditio de non nubendo tollitur ipſo iure.*
8 *Matrimonium nulla lege poteſt tolli vel prohiberi. nu 9. contrà nu. 15.*
10 *Argumentum de matrimonio ſpirituali ad carnale validum eſt.*
11 *Liberorum procreatio publicæ vtilitatis eſt.*
12 *Conditionẽ ſecundariò poſſe impedire matrimonium oſtenditur.*
13 *Chriſtiani tantùm procreandorum liberorum cauſa vxores accipiunt.*
14 *Dictum diui Cæſaris celeberrimum, aduerſus pompoſas virgunculas, catulos in gremio circumferentes.*
15 *Matrimonium eſt Sacramentum legis nouæ.*
16 *Matrimonium ab iis, qui perpetuò ſeruant virginitatem, cum laude & ſalute omittitur.*
17 *Geneſ. 1. creſcite & multiplicamini, quomodo intelligendum, & ibid. alij loci S. ſcript. huc pertinentes explicantur.*
18 *Concubinarij non paruum ſcandalum Eccleſiæ prabent.*
19 *Mulier ſecundò nubens lites infinitas inter diuerſi matrimonij liberos componit.*
20 *Legatum ſub conditione, de non nubendo, relictum, poteſt virgo, vel puella luxurioſè viuens, ſi matrimonium contrahat, reiecta conditione, capere.*
21 *Author hanc quæſtionem publicè in celeberrima VVirtceburgenſi Academia defendit.*

PARS I. AFFIRMANS.

PRo plenioti huius quæſtionis intellectu præmittimus, quòd †conditio propriè ſit, quando aliquid cõfertur in caſum dubium, qui poteſt ſe habere ad eſſe, & nõ eſſe, & ſic in futurum euentum. Cyn. *ad l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit.* Et generatim diuiditur tripliciter in conditionem neceſſariam, impoſſibilem, & poſſibilem. Conditio neceſſaria dicit† infallibilis, quæ de certo aliquando extitura eſt, & diuiditur dupliciter Primò in neceſſariam omni certitudine certam, vt, *ſi cras dies erit.* Secundò in neceſſariam non omni certitudine certam, veluti, *ſi Titius morietur.* 1

2

Nam licet certum ſit, quòd Titius morietur: tamen quo tempore, incertum eſt. *l. 1. verſ. dies. de condit. & demonſt.*

Conditio † impoſſibilis etiam ſubdiuiditur. Quædam dicitur impoſſibilis ex ipſa naturali ratione, vt, *ſi cælum digito attigeris.* Quædam de facto dicitur impoſſibilis, vt, *ſi montem aureum mihi dederis.* Quædã de iure, vt, *promitto tibi decem, ſi Titium occideris. l. filius. de condit. inſtit.* Quædam propter perplexitatem verborum, veluti, *Titius heres eſto, ſi Seius heres erit, & Seius heres eſto, ſi Titius heres erit.* Cyn. *d. l. 1.* & habes de hoc *l. ſi Titius. cùm ibi not. de cond. inſtit.* 3

Conditio†poſſibilis dicitur, quæ reſpicit ad vtrumq;, poſſe ſcil. & non poſſe. Et diuiditur tripliciter. Primò in poteſtatiuam, ſiue arbitrariam, vt, *promitto tibi 100. ſi Coloniã Romam iueris*: hoc enim eſt in tua poteſtate, ire, vel non ire, & ideò conditio poteſtatiua appellatur. 4

Et ſciendum eſt † quòd hæc conditio non tranſeat ad heredes, Doct. *ad l. ſi decem. cùm petiero. de verbor. obligat.* Ratio eſt, quia hæc conditio ſoluitur morte, & in forma ſpecifica debet adimpleri. Doctor. *in l. Mæuius 55. de condit. & demonſtrat. per textum ibid. & per text. in l. qui heredi. 44. eod. tit.* Idem tenet Caſtr. Iaſ. Zaſ. & alij, *in dict. l. decem.* Salycet. & communiter Doctor. *in l. 2. C. de pact. int. empt. & vend.* Limitatur niſi implementum verſetur circa reſolutiones contractuum: tunc enim etiam hæc conditio tranſit ad heredes, per text. *in d. l. 2.* 5

Secun-

Secundò in casualem, quæ à casu & fortuna suum sortitur effectum, velut, *promitto tibi decem, si Imperator Turcam vicerit.*
6 Et huius † conditionis implementū transit ad heredes, per text. *in* §. *ex conditionali. Inst. de verb. obligat.* Ratio esse potest, quia talis conditio per heredem non impletur, sed à casu & fortuna euenit, & ideò sufficit.

Tertiò in mixtam, quæ de potestatiua & casuali conditione aliquid participat. Et hęc secund. Syn. fit duobus modis. Vno modo, partim ex hominis facto, partim ex casu & fortuna, vt *promitto tibi decem, si ex Gallia redieris*, quæ conditio pendet partim ex voluntate hominis, & partim ex fortuna.

Alio modo dicitur mixta, quæ pendet partim ex voluntate tua, & partim ex voluntate alterius, vt *promitto tibi decem, si filiam Sempronij duxeris*: est enim in voluntate tua, an velis eam ducere, & in voluntate eius, an velit tibi consentire. Adde quòd etiam sit conditio, quæ tacitè contractui inest, vt, *promitto tibi fructus nascituros in illo fundo.* Hoc enim casu subintelligitur conditio, vt, *si extiterint*, possunt enim ex aëris intemperie petire.

His sic breuiter præmissis, ad nostram descendimus quæstionem, breuiter pro maiori eius declaratione disputādo, quòd mulier propter talem non seruatam conditionem, minimè bona amittat. I. ex eo.
7 Conditio † de non nubendo tollitur ipso iure text. *in l. sed si hac. 62. §. fin.* ibi: *Cum vir vxori, si à liberis ne nupserit, in annos singulos aliquid legauit, quid iuris sit? Iulianus respondit, posse meliorem nubere & legatum capere.* Item *in l. seq. de condit. & demonst.* Sed hæc talis est conditio. Ergo ipso iure tollitur.
8 II. Nullum † bonum laudabile à Deo institutum, & præceptum lege humana, statuto aut consuetudine contraria potest tolli. Sed matrimonium est bonum laudabile à Deo institutum & præceptum. Ergo nulla lege humana, statuto aut contraria consuetudine potest tolli. Minor, matrimonium esse bonum, docetur Genes. 2. *Non est bonum hominem esse solum.* Hebr. 13. *honorabile coniugium.* Esse à Deo institutum, docetur per text. *in c. literæ. de frigid. & malefic.* Panorm. *ibid. nu. 5.* text. *in c. 1. de voto & voti redempt. lib. 6.* Genes. 2. *propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori.* Matth. 19. *quod Deus coniunxit, homo non separet.* Ephes. 5. Quòd sit præceptum probatur Genes. 2. *Crescite & multiplicamini.* Et ibidem, *non est bonum, &c.*

III. Omnis † dispositio humana contraria verbo dinino, aut Apostolicæ traditioni, ipso iure nulla est. Sed prohibere alicui, ne transeat ad secunda vota, est cōtrarium verbo diuino, & Apostolicæ traditioni. Ergo, &c. 9

Minor probatur 1. Cor. 7. *Si dormierit vir eius, cui vult nubat, tantùm in Domino*, quem locum Augustinus lib. de bono viduitatis cap. 12. extendit ad tertium, quartum, quintum matrimonium, & quoriescunq; fuerit solutū. Et Paulus imperat iuuenibus, vt ad secundas nuptias transeant, 1. Tim. 5 *Volo ego iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse.* Genes. 2. *Non est bonum hominem esse solum.*

Ex quibus clarè intelligitur, conditionem hanc prohibentem nubere soluto priori matrimonio, pugnare & cum verbo diuino, & cum Apostolicis præceptis, & planè accedere ad hæresin Montanorum, qui docebant secundas nuptias esse illicitas, vt refert Theodoretus *lib. 3. de fabul. hæreticorum*, & August. *lib. de hæresib. c. 26.*

IV. Validum † est argumentum de matrimonio spirituali ad carnale, text. *in c. sicut vir. 7. quæst.* Hyppol. *sing. 215. nu. 1. validum est.* vbi hoc exemplis probat, dicens: quia nubere dicitur, qui nubit in Christo, text. *in c. hæc verò, & in c. quæ Christo. 26. quæst. 1.* & ideò filia monasterium ingrediens perindè dotari debet, atque filia nubens viro. Item legatum relictum nubenti, debetur etiam ingredienti religionem, per text. *in Authent. nisi rogati. C. ad S C. Trebel.* Quod idem pulchrè multis exemplis comprobat Natt. *consil. 296. dubitationem facit. per tot. volum. 2.* Sed maritus non potest prohibere vxori per conditionem in testamento appositam, vt eo mortuo monasterium ingrediatur, quia talis conditio impediens propositum sanctam instituendi vitā prorsus esset absurda & irrationalis, & ideò pro non adiecta haberetur. Ergo etiam non potest prohibere per conditionem, vt eo defuncto secundum contrahat matrimonium. 10

Ex prædictis V. argumenti loco inferimus, quòd ll. Authenticæ, circa quas aduersa pars potissimùm se fundat, per ius diuinum sint correctæ, quia apertè videntur pugnare contra ius diuinum, & ideò

tan-

tanquam irrationales è medio sunt tollendæ, & prorsus non attendendæ.

V. Conditio contra vtilitatem publicam in testamento adiecta pro non adiecta habetur, vulg. Sed conditio de non nubendo, in testamento adiecta, est contra vtilitatem publicam. Ergo pro non adiecta habetur. Minor huius argumenti propositio probatur hac ratione.

11 Procreatio † liberorum publicæ vtilitatis est, quia Respublica ex ea conseruatur & propagatur, vt testatur Imperator noster in Auth. de nuptiis, dicens liberorum procreationem artificiosam inducere immortalitatem. Idem est text. *in l. 220. liberorum. in fin. de verbor. signif.* Quò & illud Panegyrici Maximiano & Constantino Augustis dicti Acroama pertinet; Maximas itaque vobis, æterni principes, publicè nomine gratias agimus, quod suscipiendis liberis optandisque nepotibus, seriem vestri generis propagando, omnibus in futurum seculis prouidetis, vt Romana res olim diuersis regentium moribus, fatisq; iactata, tandem perpetuis domus vestræ radicibus coalescat, tamq; sit immortale illius imperium, quàm sempiterna soboles Imperatorum. Hinc nō immeritò Eurip. in Orest. eum beatum appellat, qui beatus est in liberis. Idcirco & natura ipsa gignendi legem præscribit, teste Valer. Max. *de censorea nota: Natura vobis quemadmodum nascendi, ita gignēdi legem scribit, parentesq; vos alendo, nepotum nutriendorum debito (si quis pudor est) alligauerunt.* Ex quibus patet, quòd matrimonium & à natura ipsa sit institutum, & Reipub. commodo esse possit. Vnde meritò conditio, qua mediante matrimonium videtur impediri, pro nulla habetur.

12 Et licet † directè per hanc conditionem mulier secundum non prohibeatur contrahere matrimonium: tamen id fieri secundariò nemo negabit. Nam pone maritum sub conditione de non nubendo maximam bonorum copiam vxori pauperę reliquisse, hæc quidem mulier, si istam bonorum copiam repudiaret, liberè posset contrahere matrimonium, & sic directè non prohiberetur contrahere. Verùm si ista bona non velit relinquere, contrahere prohiberetur, & sic secundariò. Sed per modum secundarium tàm benè impediri matrimonium, quàm per directum ostenditur duobus modis.

Primò, si coniugi pauperæ bona sub hac conditione essent relicta, ea ratione paupertatis non auderet contrahere matrimonium: si enim contraheret, rursus in paupertatem incideret, & sic licet esset iuuencula, & ad procreandum apta, coniugium tamen impediretur celebrare.

Secundò, si diuitiæ essent relicta, ea forsan quamuis non indigeret: tamen propter maximam, quam mulieres amant auaritiam, ratione secundi matrimonij illa non amitteret. Et sic videris, quòd tàm per modum secundarium, quàm directum impediatur matrimonium, modus autem directus prohibendi matrimonium est prohibitus, quia tendit contra prohibitionem diuinam & naturalem, vt suprà ostendimus, quę vult propter duo, ne alicui matrimonium interdicatur. Primò procreandorum † liberorum causa, *d. l. liberorum.* & testatur Iustinus Martyr ad Antonium Pium, dicens: *Christianos procreandorum tantùm liberorum causa vxores ducere: cùm cæteri voluptatis studio sibi adsciscant.* Idem Lucret. *lib. 4.* 13

Vnde puellos
Suscipere, & partum possent ditescere dulci.

Virgil. *lib. 4. Aeneid.*

Et dulces natos, Veneris nec præmia noris.

Attestatur & *l. 14. quæritur. de ædilitio edict.* dicens: *mulieris munus est parere, & partum tueri.* Hinc † celeberrimum illud contra stolidas & pomposas nostro tempore virgunculas, catulos in gremio circumferentes, diui Cæsaris dictum emanauit: Is enim cum Romæ peregrinos quosdam locupletes videret, canum ac simiarum catulos, quos haberent in delitiis, in gremio circumferentes, percunctatus est; nū apud illos fœminæ liberos parerent? innuens nullos catulos infantibus esse iucundiores, refert Plutarch. *in vita Periclis.* 14

Secundò ne illicito se contaminent amore, & tanquam bestię se abutantur. Sed ecce, si conditio de nōn nubendo esset licita, quis dupliciter prædicta committeret. Primò contra vtilitatem publicam, quia liberorum procreationem negligeret. Secundò ratione sui, quia meretricando, adulterando, & similia peccata committendo Deum grauiter offenderet, & ideò liberos ex priori matrimonio procreatos in maximum vituperium & contemptum duceret, teste Quinct. *decl. 344.*

Vtrum

Vtrum igitur dices non esse deforme, non esse mutile domi meretricem habere? Dicam nunc ego hîc interceptam spem nepotum inquinatam filij mei famam, futurorum quoq; annorum spem esse sublatam.

Neque ex his duntaxat mulier, & liberi infamiam maximam sentirent, sed etiam ipse vir defunctus iniuria afficeretur, & sic vbiq; prædicta conditio irrationalis & praua videtur.

Quare cùm nihil nobis natura iucundius, nihil carius esse voluerit, nihil dignius & sanctius ipse Deus nobis constituerit, quàm matrimonium, meritò concludendum est, conditionem de non nubendo, tanquam contra diuinum naturaleq; præceptum pugnantem, è medio esse tollendam. Ideoque haud iniuria olim Romani Imperatores tantæ sanctitatis dignitatisq; gratia, hanc conditionem in testamento adiectam nullam esse sanciuêre.

PARS II. NEGANS.

LICET prædicta argumenta & rationes energiam quodammodo habere videantur: tamen ne vltra Imperatoriam constitutionem, communemque Doctorum opinionem sentire videamur, contrariam partem tuendam suscipimus, & respondemus ad I. argumentum, quòd illud quidem procedat de iure antiquo, nõ autem de iure nouo, vt patet expresè per Nouel. *22. c. 44.* & per Auth. *cui relictum. C. de indict. vid. tollend. & ibi gloss.*

15 Ad minorem II. argumenti respondemus concedendo priora duo, scilic. matrimonium esse bonum, & à Deo institutum, quia † est sacramentum legis nouæ, vt sancti Patres concludunt ex 5. c. Epist. Pauli ad Ephes. Leo. *1. in epist. 92. ad Rusticum Narbonensem cap. 4.* Chrysost. *hom. 20.* Innocent. *1. in epist. 9. ad Probum.* Cyrillus *lib. 2. in Ioan. cap. 22.* August. *lib 1. de nupt. & concupiscent. cap. 10.* Tertium autem quòd sit à Deo præceptum, negatur, cùm id quod præcepti est, sine peccato omitti non pos-
16 sit, & † matrimonium cum laude & salute omittatur ab iis, qui perpetuò seruant virginitatem, de quibus Paulus *1. Corinth. 7.* ait, quòd melius & beatius agant, qui virgines non iungant matrimonio, quàm illi
17 qui iũgunt. Illud † Genes. 1. *Crescite & multiplicamini*, non dicit præceptum, sed benedictionem. Deinde potuit esse præcepti tunc, cùm erat necessarium ad propagationem humani generis, quod desinit esse præcepti aliis, vbi sufficienter genus humanum propagatum est, & cùm satis multi reperiantur, quibus non facilè virginitas perpetua persuadebitur. Vnde posito aliquo casu, quòd per vnius perpetuam virginitatem deberet planè humanum genus interire, posset fieri in tali casu, vt sit præcepti contrahere matrimonium. Et in tali casu non esset bonum hominem non iungi matrimonio, qualis erat creato Adã. Si n. solus mansisset, quis propagasset humanum genus? De his plura Theologi. Satis nobis est, q̃ ad determinationem personarum nullum sit præceptum. Neque per hanc dispositionem tollitur matrimoniũ à Deo ordinatum; sed tantum potestatiua conditio ponitur, vt possit liberè vel contrahere, sed non habebit ipsa bona, vel non contrahere, vt consequatur.

Ad III. argumentum respondemus, eius minorem propositionem negando, quia non prohibetur per hoc matrimonium, nec damnatur, cùm etiam sacramentum concedamus in iis, qui tertium, quartum, vel plura matrimonia successiuè defuncto priori contraxerunt, sed solùm ostenditur libertas voluntatis, quòd cùm habeat libertatem eligẽdi matrimonium, quod per se honorabile & bonum, quia sacramentum, vel viuendi castè sine omni actu coniugali, quod honorabilius, DEO gratius, & animæ beatius, possit contrahere matrimonium, & facere opus bonum, licet minùs Deo gratum, & saluti conueniens cum carentia bonorum, cum conditione signatorum; vel non contrahere, & viuere vitam magis angelicã, DEO gratiorem, & animæ magis congruam, vt eorum bonorum possessionem consequatur, quibus sine hac conditione frui non liceat. Illud Pauli dictum: *Volo ego iuniores nubere*, intelligitur de incõtinentibus, non castis viduis. Mauult enim, quòd istæ viduæ, quæ continere nolunt, sed vel fornicariam agere vitam, vel nouum contrahere matrimonium, vt ad secundas nuptias transeant. Illud autem Geneseos, *Non est bonum*, intelligitur in casu necessitatis, si desint qui propagent genus humanum, quorum nũc numerus excessiuus est, maximè in fornicariis extra legitimum matrimonium. Deinde in † cõcubinariis cle 18
ricorum & sacerdotum, quod scandalum

non

non paruum Ecclesiæ. Quod de Montanorum hæresi assumitur alienissimum est: tãtum enim abest, vt ad illã accedamus, vt planè, vel contrarium dicamus. Ipsi namq; secundas nuptias dicunt illicitas, nos verò matrimonium & sacramentum dicimus, quod per se bonum & à Deo peculiariter institutum cum vi & efficientia sanctificationis. Ad IV. nos conuertendo argumentum, dicimus ad minorem quòd per hanc conditionem non magis quis impediatur monasteriũ ingredi, quàm matrimonium contrahere: qui enim habet animum ingrediẽdi religionem, is eum propter hãc conditionem non deponeret, quia monasterium ingrediens bonis, propter quę hęc conditio adiicitur, debet renunciare, & sic nulla difficultas est illi hæc conditio, quo minus monasterium ingrediatur, & consequenter ex eo non infertur, quòd voluntas contrahendi matrimonium per hanc conditionem impediatur

Falsum est quod in minori V. arg. propositione dictum est, hanc conditionem contra publicam tendere vtilitatem, quia per illã non auffert' cõtrahendi potestas, vt suprà satis demonstrauimus. Et licet interdum coniunx per modũ secundarium secundas contrahere nuptias prohibeatur: tñ ex eo non sequitur, q idem de modo secundario iudicandũ sit, q iudicat' de directo, q a aliàs inter eos nulla esset differentia. Cæterũ prædictæ rationes non tàm in vidua q̃ in virgine procedunt: nam hæc conditio in virgine vim nullã obtinere potest, vt in except. dicemus. Prætereà ponẽdo q mulier per hanc cõditionem impediatur, q minùs matrimoniũ contrahat, tñ ex eo non sequitur, q sit contra vtilitatem publicã, imò hoc plùs Reipub. prod-
19 esset, quàm obesset, quia mulier † secundò nubẽs iniuria afficit defunctum, lites infinitas inter diuersi matrimonij liberos cõponit, peccandi occasionem præbet, vndè Respub. nõ augetur, sed potiùs diminuit', læditur & perturbatur. Vndè non inconsultè Augustin. *de bon. vidui.* ait, quòd primę nuptię melioris sint meriti, q̃ secundæ.

Ex prædictis concluditur, quòd mulier cui bona sub ea conditione, si secundò non nupserit, relicta sunt, post transitum ad secunda vota ea statim amittat.

Hanc conclusionem confirmant Azo. *in sum. tit. C. de indict. vid. tollen.* Dd. Cyn. Iacob. Butr. Bart. Alberic. Bald. Ang. Paul. Salyc. & communiter omnes *ad d. auth. cui relictum*, per text. ibid. & per tex. *in Nou. 22. d. §. 43. quæ verò. & c. seq.* & ibi Dd. Idem Dd. ad *d. l. seq sed si hoc. §. fin. de cond. & demonst.* Idem Bart. *in l. 74. mulieri & Titio. eod. tit.* Et nos hanc conclusionem inter alias multas in celeberrima VVirtzeburgensium Academia publicè in præsentia multorum excellentissimorum doctissimorumq; Dd. & candidatorum defendimus. Prædictæ cõclusionis exceptio est, vt non procedat in virgine, & sponsa, ẽt de præsenti, modo nõ sit carnaliter cognita. Ita sing. Bald. Ang. Paul. Ias. & Iacob. de Sanct. Georg. ad *d. auth. cui relictum*, qui hoc valdè commendat ad praxin. Ampliatur hæc exceptio ẽt procedere in puella luxuriosè viuẽte, cui si aliquid relinquitur sub cõditione de non nubendo, poterit, reiecta cõditione, legatũ capere & liberè matrimoniũ cõtrahere. Ang. Salyc. Paul. Iacob. de S. Georg. & alij ad *d. auth. cui relictum*. Ratio esse potest, ne hæc conditio puellæ det ansam diutiùs luxuriosè viuendi. Cuius exceptionis replicatio est, nisi conditio facta esset respectu certarum personarum, *vt tali vel talibus non nubas*, quæ conditio benè valeret, quia ex eo non auffertur contrahendi potestas, cum plures personæ inueniantur. Ita prædicti Dd. communiter assentiunt.

QVAESTIO LXX.

Quæritur si maritus reliquit vxori aliquod legatum sub ea conditione: si castè & honestè vixerit: an hoc perdat vxor, si transeat ad secundum matrimonium?

SVMMARIA.

1 *Legatum sub ea conditione à marito vxori relictum, si castè & honestè vixerit, non perdit, si ad secundas transeat nupt. contrà nu. 5. eius except. num. 14.*
2 *Castitas in matrimonio est.*
3 *Viduis soluto matrimonio non est laqueus iniiciendus.*
4 *Mulieris leuissima lepidum exemplum. ibid.*
5 *Mulier secũdo nubendo non seruat pudicitiã.*
6 *Vidua vt maneant innuptæ Author optat.*
7 *Viduarum incontinentiã Author deplangit.*
8 *Viduas pudicitiæ seruandæ causa Author admonet.*
9 *Viduis quale ab Imperatore quoad matrimonium datum consilium.*

10 *Virginitatem seruare non est impossibile.*
11 *Matrimonium quomodo interdum inhoneste contrahatur.*
12 *Bonorum operum distinctio.*
13 *Vidua quòd legatum, sub conditione de honeste viuendo ei relictum, per transitum ad secunda vota perdat, Author in laudabili Herbipolitana Vniuersitate publicè defendit.*

PARS I. NEGANS.

1 NOn minus hęc pulchra, quàm iucunda quæstio est, cuius vtrique patti & leges & rationes fauent. Mulierem † & rectè capere legatum, & transire ad secundas nuptias, vbi in testamento adiectum, si honestè viuat, his fundatur argumentis. I. Si mulieri propter conditionem de honestè viuendo legatum debeatur, necessariò sequitur quòd post secũdum contractum matrimonium hoc omninò consequatur, quia mulier contrahendo matrimonium ex integro defuncti voluntati satisfacere videtur, cùm † in eo sit maxi- 2
ma castitas, & pudicitia, text. præclarus *in l. 22. mulier. §. 4. cum proponeretur. ad Trebel.* ibi: *quod & mulieris pudicitiæ, & patris voto congruebat.* Idem text. in *l. 9. castitati. C. ad l. Iul. de adult.* ibi: *Castitati temporum meorum conuenit lege Iulia de pudicitia damnatum in pœnis legitimis perseuerare. Text. in l. 8. cõsensu § 2. si quæ igitur. C. de repud.* cuius verba sunt: *quod maximè etiam castas vxores exasperat.* text. *in l. 24. res vxoris. C. de donat. inter vir. & vx.* ibi: *quia pudicitia præmio cessit. Idem text. in Nouel. 2. c. 3. cum igitur.* ibi: *vt metu castarum nuptiarum, licet secundæ sint, ab his quidem abstineant.* Ecce quàm clarè patet ex his verbis, quòd tàm secundæ, quàm primæ nuptiæ castæ sint. Idem text. *in c. Nicena. 31. dist.* ibi: *nuptias & castitatem esse cum propria coniuge.* text. *in c. Deus. 31. q. 1.* cuius verba sunt: *Deus masculum & fœminam propagandi generis humani causa nuptiali castitate coniungit.*

Cùm igitur nuptiæ castæ sint, & legatum propter castitatem relictum, necessariò dicendum est, quòd mulier ad secunda vota transiens illud consequatur.

II. Viduis † soluto matrimonio non est laqueus iniiciendus, nec sunt temerario periculo impudicitiæ exponendæ. Sed hoc fieret per conditionem de honestè viuendo, si vi huius priuarentur à legato transeundo ad secunda vota. Ergò, &c. Minor probatur, quia cupiditate legati consequendi nollent contrahere subsequens aliquod matrimonium. Neque verò fragile hoc fœmineum genus, maximè incontinens, postero tempore facilè continentiam seruat, hinc periculo exponuntur, iisque manifestæ dantur occasiones potiùs eligendi vitam turpem & impudicam, extra coniugalem copulam, quàm in honesto coniugio concupiscentiæ remedium adhibere, hocque verum esse, ipsa experientia rerum omnium magistra attestatur. Nam cùm morbus ille grauis, maximè humano generi crudelis, pestis dictus, Coloniæ grassaretur Anno Christi 1597. reperta est quædam mulier in decip endis viris valdè callida & versuta quę cùm videret maritum suum modò inter viuos esse desinere, tristissimam se coram eo exhibuit, ita vt vir præ nimia eius tristitia in consolationem vt eo defuncto quietè & honestè viueret, omnia sua bona per modum testandi ei relinqueret. Hoc cùm videret mulier tristiorem, quàm par erat, se gessit, & maximo cum dolore semper dicens: heu mi vir, heu mi vir, deosculando eum, & circumdando. Sed virum cùm extremum edere spiritum videret, dixit ad famulum suum (vix eius spiritu emisso) Ha ha ho Caspar/er ist dahin. Hoc est: Ha ha ha Caspare, spiritum emisit, significans, se iam desiderio suo cum famulo satisfactutam, quod etiam secretò non neglexit. Sanè non opus est vt huic mulieri infligatur stigma, propter occisum Orpheum, sicut mulieribus Thracum, de quibus fabulatur Phanoclis.

Ex hoc & simili exemplo datur intelligere, quòd melius sit huiusmodi conditiones in testamento amittere, quàm addere, quia quod mulieres præ pudore non faciunt publicè, hoc priuatim implent, & ideò posteà commisso crimine, totam suam familiam dehonestant, & in maximum vituperium inducunt, quod aliàs forsan, si absque obstaculo contrahendi potestatem haberent, intermitterent.

III. Si secundum alicui per hanc conditionem posset interdici matrimonium, sequeretur quòd etiam virgini primum posset interdici, quia secundum, tertium

& quartum matrimonium ita eſt licitum
& honeſtum, ſicut primum, *text. in c. aperiam quaſo aures. 31. q. 1.* Sed conſequens eſt
falſum. Ergò, &c.

Ex prędictis concludunt, quòd mulier,
prædicta conditione non obſtante, poſſit
ſimul matrimonium contrahere, & lega-
tum capere.

Hanc partem tenet Bart. & Oldra. *in d. l. mulier. §. cum proponeretur. ad Trebel.* Iacob.
de Aret. Rayn. Bart. & alij *in l. fin. C. de indict. vid. tol.* eamque communem dicit E-
nethard. *in Topic. col. 543.*

PARS II. AFFIRMANS.

4 NE † ſub verborum ornatu & ſtrepitu
quis de vera ſubdubitet opinione,
breuiter ad ſingula argumenta in contra-
rium citata reſpondemus. Ad I. dicimus
quòd prædictæ ll. loquantur in ipſo ma
trimonio, quòd illud per ſe ſit licitum &
honeſtum: ſanctum enim dicitur matri-
monium, licet perſonæ, à quibus contra-
ctum, ſæpiſſimè malæ ſint, & inhoneſtè il-
lud contrahant. Prætereà eſto quòd etiam
in ipſis perſonis loquantur: hoc tamen in-
telligendum eſſet de eis, quæ huic condi-
tioni non eſſent ſubiectæ, vt ſatis ex ipſiſſi-
met ll. patet, quæ nullibi approbant, quòd
mulier, hac conditione reiecta, & lega-
tum capere, & matrimonium honeſtè
cõtrahere poſſit, quia aliâs ll. hoc permit-
tentes maximam defuncto inferrent iniu-
riam, quod dicere eſt abſurdum. Probatur
per text. *in c. 1. proſpeximus. Nouel. 2.* vbi dici-
tur quòd mulier, ſi ad ſecunda vota tranſ
eat, proprietatem donationis propter nu-
ptias amittat, & non habeat poteſtatem
de ea plus vni filiorum quàm alteri conſti-
tuendi. Ratio additur, *quoniam omnibus ſimul ſecundis nuptiis fecit iniuriam.* Et ideò
hæc poteſtas ab ea auffertur, non propter
matrimonium, quod per ſe bonum eſt, ſed
propter iniuriam, quam infert filiis, qui
bus hanc proprietatem poſſet auferre, &
aliis liberis ex ſecundo matrimonio pro-
creatis applicare. Ideoque maritus qui
donat aliquid vxori, à ſe liberos haben-
ti, ſemper in eum finem præſumitur do-
naſſe, donec ad alias nuptias non tranſeat,
vel per alium modum filiis ſuis non auf-
5 ferat. Quòd † verò, quæ ſecundas contra-
hit nuptias, non ſeruet pudicitiam, pro-
batur per text. *in l. fin. C. quando mul. tut. offic. fung. pot.* ibi: *ſed pudicitiam intactam conſeruet.* text. *in Nouel. 98. in princ. verſ. nuptialibus.* ibi: *ſiquidem aliquis coniunctorum ſeruauerit pudicitiam.* Ex quibus verbis clarè
patet, quòd mulier reſpectu prioris mari-
ti tranſiens ad ſecundum coniugium per-
dat pudicitiam. Vndè † vellemus & maxi- 6
mè optaremus, quòd pudicæ fœminæ,
quæ ſe continere poſſent, à ſecundis abſti-
nerent connubiis, quò minùs priores ma-
ritos iniuria afficerent, & lites infinitas
inter liberos componerent. Sed † heu 7
dolor, mulieres raro hoc faciunt, imò non
honeſta quidem iterum contrahunt ma
trimonia, hoc eſt, non cum viris cum qui
bus decet, ſed cum abiectis, ſordidis & a-
liis, cum quibus contrahere nullo modo
fas eſt, ſicque dehoneſtant priores mari-
tos & liberos, & apud idiotas in maximum
inducunt vituperium, ita vt exhorreſcant
liberi, & erubeſcant, cum de huiuſmodi
matribus mentio fit. Non autem credi-
mus, quòd eorum honori apud homines
alicuius eruditionis aliquid detrahatur,
qui ſciunt quòd paternum crimen (vni-
co læſæ Maieſt. crimine excepto) nullam
liberis poſſit infligere maculam. *l. crimen paternum. de reg. iur.* Et eſt pulcher text. E-
zech. 18 ibi *Et dicitis quare nõ portabit filius iniquitatem patris? Videlicet quia filius iudicium & iuſtitiam operatus eſt, omnia præcepta mea cuſtodiuit & fecit illa, viuet vita. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij: iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & impietas impij erit ſuper eum.*

Sint † autem quæſo, ſint viduæ (non e- 8
nim ſemel tantùm dicimus, ſed bis) me
mores iſtius Imperatoris noſtri, *in c. ſaluta. Nouel. 22.* dicentis: *Soluto igitur matrimonia, ſecundum prædictas omnes disiunctiones fælix quidem & beatum eſt vtrique contrahentium perdurare in priori coniugio, & non procreatam ſobolem ſequentibus matrimoniis forſitan contriſtare.* Quod ſi fecerint mulieres,
& à Deo præmium accipient, & ab ho-
minibus tanquam aliarum fœminarum
lumina atque ornamenta habebuntur,
imò & apud liberos earum memoria in
ſempiternum celebrabitur, & tàm iucun-
dæ atque gratæ ab eis habebuntur, quàm
odioſæ, ſi ad ſecundas tranſiuiſſent nu-
ptias.

Optimum † itaque eſt (vt cum Imp. loqua- 9
mur in c. optimum. Nouel. 2.) *atque lauda-*

bile & dignum oratione, vt mulieres se ita honestè tractent, quatenus quæ semel ad virum venerunt, seruent inuiolatum morientium thorum, & huiusmodi mulierem & miramur pariter, & laudamus. Hæc verba tanquam aurea & omnem suauitatem fragrantia, mulieres meritò quotidiè mente reuoluere deberent. Nam quæ maior laus esse potest, quàm dicere, huiusmodi mulierem & miremur pariter, & laudamus? cùm enim quis per admirationem laudatur, ratione maximæ virtutis fit. Hanc igitur virtutem fœminæ liberos habentes, vel quæ ad aliqualem ætatem peruenerunt, sibi in omnes æternitates velint conseruare.

10 Negatur † minor I I. argumenti, neq; enim illaqueatur vidua, neque temerario periculo exponitur, sed virtutis arduæ opus suscipit, ad quod perficiendum multa parantur media. Nam si tot mille virgines & viduæ in virginitate & viduitate sanctè honesteque mansere, cuius rei exempla innumerabilia enarrari possent, cur eas ad inhonestam & impudicam vitā agendam cogi diceremus. Neque obstat prauum illud de muliere exemplum, ad recreationem lectoris insertum, quia non exemplis sed legibus iudicandum est.

11 Respondemus † ad maiorem I I I. argumenti propositionem, quòd quidem verum sit spiritualiter considerando, secundum matrimonium æquè honestum esse, sicut primum, neque hoc nos oppugnamus, sed saltem inhonestatem personæ consideramus, quam committit secundò contrahendo, vt suprà docuimus, quod autem in virgine dici non potest, & ideò quod in ea statuitur, in virgine non est statuendum. Non quis miretur quòd matrimonium inhonestè contrahi possit, licèt illud honestum & sanctum sit, quia etiam inhonestè & impiè agit, qui non benè præparatus ad sacramentū Altaris accedit, & tamē sacramentum manet per se sanctissimum & illibatum. Nam quemadmodum aurum interdum per mille sordidas circumfertur manus, & manet purum: sic non minùs sacramentum Altaris vel matrimonij, licet millies inhonestè sumatur vel contrahatur, tamen nihilominus sanctum & honestum manet. Ideoque absolutè non sequitur: matrimonium honestum est, ergò qui illud contrahit, honestè agit, quia interdum etiam inhonestè potest agere, & hoc non ex matrimonio, sed ex homine procedit. Distinguendum † e- 12
nim est in omnibus actionibus humanis inter hæc duo, agere bonum opus, & agere bonum opus benè: aduerbia enim, dicunt morales Philosophi, faciunt actionem moralem, laudabilem & meritoriam. Sic in iure contractus per se boni inualidantur, neglecta hac vel illa circumstantia vel solennitate. Eodem modo possumus dicere de matrimonio, quòd licèt suapte virtute per se bonum sit, & Deo gratum, tamen homines cùm eo fine illud non contrahant, vt Deus ex eo laudetur, eorumque sobole Respub. augeatur, sed vt eorum luxuriæ satisfiat, tunc licèt matrimonium per se Deo gratum sit: tamen cùm illud non syncerè & ex bono proposito contrahatur, nihil apud Deum quoad homines ipsos, operabitur, sed dicuntur quoad se ipsos malè prauèque egisse, hoc est non quoad matrimonium, sed quoad malum prauumque eorum propositum.

Ex prædictis concludimus, quòd propter memoratam condirionem haud seruatam, mulier legatum amittat, maximè si non tàm verborum proprietas, quàm mens testatoris consideretur.

Hanc † conclusionem in laudabili Her 13
bipolitana Vniuersitate, cùm pro summo in vtroque iure gradu assequendo repeteremus, multis clarissimis Doctoribus & Candidatis proposuimus, & à multis impugnationibus defendimus, licet in primis nonnulli ex eis, intimam istius quæstionis medullam haud considerantes, nos in hoc puncto ita conclusisse mirarentur.

Eandem tenet Alber. *in d. l. mulier. §. cum proponeretur. ad Trebel.* & dicit se hoc in practica semper vidisse seruatum. Idem tenet & declarat ibid. Ang. de Perus. *2. col. nu 3.* Imol. *col. 1.* Paul. de Cast. *col. 1. numer. 5.* Alexand. *3. col. num 5.* idem Bald. *in l. fin. C. de indict. vid. toll. idem in l. Deo nobis. col. pen. n. 9 C. de Episc. & cleric. idem in l. vnic. C. de rapt. virg. col 2. nu. 5.* Idem tenent Angel. Salyc. Ias. & Philip. Corn. *ad d. l. fin.* Nicol. de Vbald. *in tract. de succession. ab intest. part. 2. colum. 5. numer. 9.* Canonistæ *ad c. quod ad te.* Gomez. *ad l. 14. & seqq. Tauri. numer. 9. vers. itē quia respectu.* Communem pronunciat Ias. *ad l. 3. si mater. num. 2. C. de instit. & substit.* potissimùm si adiiciatur: *& in viduitate permanserit.* Commune ait Viuius *com. opin. in verb. legatum. lib. 2.* Vnde est consultū secū

dum prædictos Doctores pro euitanda altercatione, vt testator hoc modo conditionem subnectat. Lego N. hanc domum in qua habito, si castè & honestè vixerit, & ad secundas nuptias non transiuerit, quod est memoriæ tenendum. Huius cōclusionis exceptio prima est, nisi talis conditio à patre, cognato, vel alio prorsus extraneo sit adiecta: tunc enim ea conditione non obstāte, mulier & legatū capere, & matrimoniū contrahere potest, secundum Dd. suprà allegatos. Ratio est, quia illis ex hoc contractu nulla infertur iniuria. Cuius exceptionis replicatio est, nisi legatū relictū sit mulieri, quæ duob. viris fuit coniuncta, & tertium vellet cōtrahere matrimoniū, rationem addimus, quia tertiū matrimonium arguit incontinentiam, & videtur esse detestabile, & ideò non præsumitur testatorem de co sensisse. Ang. de Perus. *ad d. §. cū proponeretur, arg. c. 5. neq. autem. Nouel. 6.* ibi: *sed non ad tertias veniat nuptias*, & ibidem hoc expressè tenet Paul. de Cast. idem Felyn. *in c. si cautio. de fide instr.* Dissen. Ioan. de Imol. *in d. §. cùm proponeretur. col. 1.* & ibid. Alex. *col. 5. nu. 10.* quos ad hoc refert & sequitur Gomez. *d. l. 14. Tauri. nu. 9. vers. adde tamen.* quorū opinio est verior, quia tertium matrimonium tàm honestum est, quàm primum, *d. c. aperiam quæso. 31. q. 1.*

Non obstat *d. c. 5.* quia ibi lector ratione sacerdotij, non quidem secundus (nisi irrecusabili necessitate compulsus) nedum tertias poterat contrahere nuptias. Secùs verò est in nostro casu, vbi hoc impedimentum non habemus.

Secunda exceptio est vt non procedat in virgine, vt in præced. q. dictum est.

QVAESTIO LXXI.

An mater filio succedens, teneatur propter luxuriam, vel amorē, quem exercet, illicitum, sicut propter secundas nuptias, bona per successionem acquisita reseruare alijs filijs?

SVMMARIA.

1 *Mater filio succedens non perdit propter luxuriam bona per successionem acquisita. contra. nu. 5.*
2 *Amor fortissima res est.*
3 *Continentia paucis hominibus data.*
4 *Amatorum periurium veteres nō puniuere.*
6 *Mulier constante matrimonio luxuriosè viuendo perdit dotem.*
7 *Vidua retinet honorem prioris matrimonij.*
8 *Fama filiorum propter inhonestam parētum vitam apud bonos homines aggrauatur.*
9 *Amori illicito, quoad fieri potest, resistēdum.*
10 *Venus amica est tenebris.*
11 *Venus nullam amicabilem & salutarem admonitionem admittit.*
12 *Exclamatio aduersus Venerem.*
13 *Mulier luxuriosè viuens indigna filij successione iudicatur.*
14 *Luxuriæ causa homines prudentissimi ad maximam peruenerunt insaniam.*
15 *Viduis luxuriosè viuentibus aufferτur tutela.*
16 *Mulier non infert priori viro iniuriam, eius venia ad secundas nuptias transeundo.*
17 *Mulieri luxuriosè viuenti potest fieri interdictio bonorum, tanquam prodiga.*
18 *Vir fortior & constantior esse præsumitur, quàm mulier. contrà ibid.*
19 *Mulier luxuriosè viuendo perdit priuilegia viduis concessa.*

PARS I. NEGANS.

HÆc quæstio, licèt quotidiè accidat in practica, tamen vera eius cognitio difficilis est, ita vt quidam Dd. non vereantur eā indecisam relinquere. Nos † eam paucis decidemus, & pro pleniore eius declaratione primò pro negatiua sententia disputabimus I. firmiter hoc modo. Lex pœnalis & odiosa vltra suum casum non debet extendi, *argum. eorum quæ dicuntur in Auth. quas actiones. C. de SS. Eccles.* Sed leges quibus aduersa pars cōcluditur, sunt merè pœnales, & loquuntur in alio casu, nimirum quando mater ad secunda vota transit, quòd tunc debeat priuari proprietate bonorum, & filiis prioris matrimonij illam applicare, *l. 3. fæmina. C. de secund. nupt. & in c. 32. si verò Nouel. 22.* Ergò vlteriùs non debent extendi, per hoc arg. Cōcludit pro hac parte Gomez. *ad l. 14. Tauri. nu. 16.* 1
II. Si filij vel heredes mariti non possint agere per viā accusationis vel exceptionis contra matrem, in vita patris adulterium perpetrantem: multo magis non possunt cōtra eam agere per viam accusationis vel exceptionis propter luxuriā post mortem patris. Sed prius est verū, quia ius vindictæ non transit ad heredes. Ergò & posterius.
III. Mater luxuriosè viuēs peccat in corpus suū, & ideò nullam luxuriosè viuendo

liberis infert iniuriam, *arg. l. 26. crimen. de pæn.* ibi: *Crimen vel pœna paterna nullam maculam filio infligere potest. Nam vnusquisque ex suo delicto sorti subiicitur, nec alieni criminis successor constituitur*, & est text. in *l. defuncto. de pub. iud.* Ergò non habent liberi quo matrem accusant, & consequenter nec bona ab ea auocare queunt.

IV. Ipsa naturalis ratio suadet; quòd licet mulier luxuriosè viuat, quod tamen propterea nulla pœna illi infligenda sit, quia talis vita videtur descendere ex amore, cui nemo etiam fortissimus resistere potest, vt testatur Minander, dicens.

2 *Amor † inter Deos potentissimus esse vel indè apparet,*
Quod homines propter istum alios Deos peierent.

3 Continere † enim non est in nostra potestate, sed donum à Deo certis, eisque paucis hominib: concessum. Sap. 5. *Nemo potest esse continens, nisi Deus det.* Matt. 19. *Nõ omnes capiunt verbum hoc.* Et ideò non immeritò Sophocles in Trachiniis ait.

Quisquis etenim amori resistit
Instar pugilis. fretus manibus, non rectè sapit.
Imperat enim cupido etiam Diis pro arbitrio.

Hinc ferunt Iouem ad Cupidinem dixisse: *Omnia tua tela tibi aufferam.* & Cupidinem respondisse: *Tona & uterũ olor fies.* Non igitur mirũ si mulier, soluto matrimonio, interdũ superetur ab amore, & luxuriosè cum vno, aut altero viuat, quia hoc videtur esse commune fatum, cui nemo resistere potest, imò ne lachrymis vel alio quouis remedio amoueri, vt pulcher describit Antipater, cùm dicit.

Ne speres Telembrote lachrymis amori te persuasurum.
Nec aqua modica ignem vehementer spirantem extincturum.
Amoris flamma perpetua semper est: extingui autem potuit
Ne tunc quidem, cùm in profundo mari gigneretur.

Non igitur hoc luxuriæ vitium ex amore descendens culpæ mulieris, & eius voluntati imputandum, sed inuictissimo isti amori. Et licet quis diceret hũc amorẽ, de quo nos agimus, esse illicitum: tamen vicissim negari nõ potest, quòd easdem fermè habeat vires, quas habet amor licitus, & iccircò illi resistere nemo potest. Ideoq; cùm hoc in casu à natura ita comparatum sit, miserrimũ foret mulierem in eo, quod non mutari vel corrigi potest, imò cui nec ipsi Dij, vt testantur Philosophi, resistere possunt, ampliùs excruciare. Hinc † vete- 4
tibus non inconsultè visum fuit, quòd propter amatorium periurium nullam sanciuerint pœnam, vt pulchrè testatur Plato, inquiens: *Quod verò permaximum est vulgò fertur, quod solis amatoriis periuriis Dij dant veniam. Venereum quippe iusiurandum nihil valere aiunt. Itaque tàm Dij, quàm homines, omnem amanti licentiam præstiterunt, vt lex nostra testatur.*

Sunt autem duo quæ videntur amorem extinguere, fames nimirum & tempus, sed si neutrum istorum (quis alibi inquit) flammam extinxerit, reliqua tibi cura est suspendium. Sed nemo pateretur matrem suã famem sentire. Neq; tempus videtur tollere amorẽ, quia licet semel tollat, plerunque tamen restituit. Vnum igitur duntaxat remedium superest, quo amor tollitur, suspendium scilicet. Sed si per hoc mater amorem tolleret, in maximum liberorum vituperium redundaret. Quare vt liberi hoc periculũ euadant, cõcludendũ videt' ne vlla illis detur matrem in amore perturbandi potestas, vel alias proprietatem bonorum legatorum aufferendi. Vide vlteriùs quæ diximus in q. 18.

PARS II. AFFIRMANS.

Affirmatiuam † tenendo opinionem 5
respondemus ad maiorem I. arg. propositionem, quòd illa non procedat in casu simili, vel maiori. Nam lex alicuius criminis pœnam statuens, etiam ad aliud crimen cõsimile extendi potest, cùm impossibile sit, omnia in iure inuenire determinata, & in tali casu non dicitur propriè extentio, quia virtualiter ex vi cuiusdam necessariæ comprehensionis, illud quod est minus continetur in maiori. secund. Ang. Imol. & Doct. *in l. 11. in fin. de liber. & posthum.* neque hoc Iureconsultis nouum est casum vnum ad alium consimilem extendere, vt passim per tota iuris nostri volumina patet. Sed nos non solùm casum similem, sed etiam maiorem habere, res ipsa docet. Si enim mulier perdat legatum ei à marito relictum, si ad secundas transeat nuptias, vt in præcedenti q. dictum, & probat Salyc. *in l. 27. si fideicommissum. C. de fideicommiss.* & ibi Glos. Bart. *in l. 1. de his quib. vt indig. Glos. sing. in l. 10. sororem. eod.* multo magis perdere debet legatum ei à

filio

filio relictum luxuriosè viuendo, cùm luxuria nō debeat plus operari, quàm castitas, quæ est in secundo matrimonio, *text. in c. fin. nu. 39. & in l. fin. C. quando mul. tut. off. fu. fung. pot.* ibi: *Sed pudicitiam suam intactam conseruet.*

6 Si constante matrimonio luxuriosè viuendo, cùm agatur ad thori separationem, perdat dotem & omnia sua bona, & applicentur marito, vt est text. *not. in l. 8. consensu. §. 5. virum. C. de repud. & ibi glos.* Petr. Cyn. Ang. de Perus. & communiter Dd. *in auth. sed hodiè. C. de adul.* cur non idē perderet legatum, soluto matrimonio inhonestè viuendo, cùm etiam eo soluto, modò ad secundas non transeat nuptias, videatur adhuc perseuerare in matrimonio, quod est

7 satis rationabile. Quia † si secundum non contrahat matrimonium, gaudet priuilegiis mariti, eiusq; dignitatem retinet, *c. ex part. de foro compet. & ibi glos. & in Clem. ne Romani. de electione. in verb. vacare, tex. in l. 22 filij. §. 1. vidua. ad municip.* vbi dicitur quòd mulier domicilium mariti retineat, modò ad secundas nuptias non transeat, & ibid. Batt. *idem. in l. fin. C. de bon. mater.*

Si inquam vxor luxuriosè viuēdo non sit capax bonorū sibi à marito relictorum, Glos. & Salyc. *in d. l. fideicommissum* Bart. *ad d. l. 1. in fin.* cur non eadem bonorum à filio relictorum incapax esset, cùm filius defuncti personam repræsentet, & cum eo vna eademque persona censeatur.

Prætereà vbi eadem est causa, ibi idem ius est statuendum. Sed eadem causa reperitur in filio, propter quam mater priuatur legato, quæ reperitur in patre, scilicet iniuria, quam infert marito & filiis luxuriosè viuendo, vel ad secundas nuptias transgrediendo, vt suprà in præced. q. di-

8 ctum est. Imò † & eorum fama, licet ex eo non lædatur, tamen apud graues & bonos viros aggrauatur. *arg. glos. sing. in l. 10. sed si hac. §. 12. prætor. de in ius vocan. & in l. 36. cessat. de ult. & oblig.* Ergò idem ius tàm in legato à filio, quàm à patre relicto, statuendum est.

Annexum maioris II. argumenti propositionis negādum est. Non enim sequitur; filij non habent potestatem agendi contra matrem, ratione delicti in vita patris perpetrati: ergò multò minùs ratione delicti post mortem patris commissi. Primò quia nòn videtur filio data potestas accusandi matrem de adulterio, *tex. in l. 30. quamuis. C. de adult.* ibi: *Proximis necessariisq; personis solummodò placet deferri copiam accusandi: hoc est patri, fratri, nec non patruo auunculo, quos verus dolor ad accusationem impellit.* Ecce ibi non inuenitur quòd liberis detur facultas accusandi adulterum.

Secundò, quia pater ex quo non accusauit vxorem de adulterio, videtur ei remisisse peccatum, & ideò filij, licet etiam eis detur accusandi facultas, eam accusare non possunt. *fac. text. in l. 17. sed si vnus. §. 11. filiusfam. & seq. de iniur.* Prætereà filij nō tàm matrem accusant, quàm repetūt bona ratione inhonestæ vitæ illis ipso iure debita.

Quod in maiori III. argumenti propositione dictum est, absolutè non procedit, quia licet verum sit, matrem luxuriosè viuendo in corpus peccare suum: tamen nihilominus iniuriam, licèt non honoris detractionem, liberis inferre potest, vt plenè in q. præced. probauimus. Nā & latrones, fures, proditores, ac mille similes, licet principaliter in animas suas peccent: tamen occidendo, furendo, prodēdo, & similiter agendo, maximam hominibus inferunt iniuriam. Vndè meritò liberi ratione iniuriarum contra matrem excipere possunt.

Non obstat quod V. arg. loco dictum est, hanc vitam luxuriosam descendere ex amore, cui resistere nemo posset, quia licet continentia donum Dei sit, neque cōtinere semper possimus resistendo tentationibus, nisi speciali auxilio Dei iuuemur & protegamur: tamen huiusmodi opus in manu nostra est, cùm Deus non vim inferat cogendo, sed solùm gratiam conferat adiuuando, eamque sufficientem omnibus vult dare, qua possunt vti, & maiorem petere, benignus pater est in eo, quod nostris viribus nō possumus: superaddit donum suum & gratiam, qua liberè vtentes vel eam repellentes, possumus castè vel luxuriosè viuere. Quæ † reliqua al- 9
lata sunt, sapiunt nō humanum, sed bestialem amorem, cui omni in parte semper resistendum est, vt testatur Clinias, dum dicit.

Nullus hominum colat lachrymosum amorem,
Neque desiderium puerile, neque iucundam venerem:
Propter hæc enim Moron tristem descendit in Orcum.

Vndè Daphnis, referente Theocrito, olim ab Echo optimo iurè sic locuta est.

O dura Venus.

10 *O Venus † reprehendenda, ô mortalibus infesta.*
Venus enim amica est tenebris, &c.

Certè amica est tenebris cùm aliquis eius causa parentes, fratres, sorores, imò ipsos liberos relinquat, & ipsam solam amplectatur, vt idem pulchrè testatur Diogenes dicens:

Cùm capti sumus retibus amoris,
Citius alienis gratificamur,
Quàm necessariis & cognatis.

11 Nec † vllam Venus admonitionem, etiam amicabilem & salutarem admittit, sed prorsus eam contemnit & aspernatur, vt scitè comprobat Euripides, dum ait.

Quandoquidem Venus admonitioni non cedit, ne relaxatur.
Et si cogas magis solet intendi.
Deinde bellum suscitat: ad euersionem autem
Familiarium huiusmodi res sapenumero exeunt.

12 Ideoq; † non immeritò cum Biene aduersus hunc amorem exclamamus.

O Placida Venus Iouis & Martis filia!
Quid est quòd adeò hominibus & Dijs molesta es?
Parum dixi, imo quid adeò infensa es, vt illud,
Tantum omnibus malum Amorem pepereris.
Crudelem, immitem, ingenio longè dissimilem forma?
Cur verò alatum eundem & sagittarium nobis dedisti
Vt illum quantumuis acerbum effugere non possemus?

Prætereà si quis luxuriosè viuẽdo suam consumat substantiam, vt probatur Lucæ c. 15. in filio prodigo, qui luxuriosè viuendo suam substantiam dissipauit, & Eccl, 9. *Ne des fornicariis animam tuam in vllo, ne perdas te, & hereditatem tuam.* Meritò hæc bona à matre abstrahuntur, & liberis tanquã legitimis heredibus adiudicantur, ne hi legitima illis ex bonis maternis debita priuentur, & illa in paupertate moriatur.

13 Neq; † mirum quòd mulier huiusmodi bonis sibi à filio delatis debeat priuari, quia tanquam indigna filij successione iudicanda est: omnis. n. mulier vt dicit Eccl. d. c. 9. quæ est fornicaria quasi stercus in via conculcabitur. Et dicitur de viro Prou. 6. *Turpitudinem & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur.* Et Psalmista: *Homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.*

Cæterùm per luxuriam & amorem illicitum homines sæpenumerò perturbantur, & ad maximam insaniam rediguntur, ita vt à suis liberis, parentibus, cognatis & amicis quasi alieni esse videantur. Non solùm loquimur de illis, qui luxuriosè & inhonestè amant, sed etiam qui duce amore alias desiderant contrahere nuptias, quoniam & hi interdum amoris plenitudine delirant atque insaniunt. 14

Iccircò, inquam, iure necessariò cautũ est, vt huiusmodi mulieribus proprietas legatorum à maritis vel liberis relictorum abstrahatur, ne eam inhonestè vel turpiter in aliam familiam conferant aut in prauos vsus conuertant, cùm maritus vel filij eo animo illis nihil legârint, vt in præced. q. demonstratum.

Adde † quòd ideò Imperator consultè voluit huiusmodi mulieres amittere tutelam, quæ illis aliâs legitimè defertur, *text. in auth. matri & auia. & in auth. sacramentum. C. quãdo mul tut. off. fung. pot. & ibi Dd.* Quod etiam in tutela testamentaria obtinet sibi à marito relicta, quia eadem ratio propter quam illi aufertur tutela legitima, ne scilicet præiudicium fiat liberis, militat etiam in testamentaria. *Glos. secund. Ioan. in l. 6. omnem. C. ad Tertul.* & ibi Bart. Cyn. Iacob. Butr. Alberic. Salyc. Corn. Fab. & alij quos refert & sequitur Gomez. *ad l. 14. Tauri. n. 11. in fin.* vbi cõmunem dicit. Adde Boer. *decis. 124. nu. 12.* & August. Beroium *in c. dilecti filij. num. 37. de arbit.* Dissentit Bal. & alij *ad d. l. 6.* tamen à priori sententia non est recedendum. 15

Et licèt hi Doctores principaliter loquantur in muliere, ad secũdas nup. transeunte: tamen idem dicendum est in ea quæ luxuriosè viuit, ne plus operetur luxuria quàm castitas. Glos. & communiter Dd. *in d. Auth. sacramentum.* Ang. de Aret. *ad §. actionum. Inst. de action. nu. 41.* fac. text. *in l. fin. §. pen. C. de sent. pas.* vbi dicitur quòd, quãuis pater sit legitimus administrator filij: tamen si luxuriosè vitam ducat, administrationem amittat. Ergò hoc multò magis ratione tutelæ in matre dicendum est. Idem fac. text. *in l. 82. si cùm Corneli. de solut.* vbi tacitè videtur reuocatum mandatum, si procurator incipiat habere malos mores, & ibid. communiter Doct. Idem Cyn. *in l. falsus. de furt.* & ibi Bart. idem Bald. *in l. mandatum. mand.* idem copiosè Felyn. *in c. ex parte decani. de rescrip.* fac.

tex. *in l. quod Seruius. de condict. indeb.* idē Lopez. *in c. per vestras. §. 67. nu. 14.* vbi tamen hoc cogitandum relinquit. Idem tenent expressè Ang. Raph. Paul. Alex. & alij, *in l. ex facto. de vulg. & pupil. substit.* Dissentit Bar. *in l. à filio. de alim. & cibar. leg.* Bald. *in l. humanitatis. col. 1. C. de impub. & aliis substit. & in Auth. eisdem pœnis. C. de secund. nupt. per l. cum pater. §. hereditatem. de legat. 2.*

16 Prædicta † sic declarata interpretantur non procedere, quando vir vxori licentiā daret ad secundas nuptias conuolandi, quia prædicta pœna infligitur propter iniuriam, quam mulier ad secunda vota cōuolando dicitur inferre defuncto marito, *c. 30. quia verò. Nouel. 22.* Volenti autem non fit iniuria. *l. 1. §. vsq. adeò. de iniur.* Bald. *in l. 1. C. de secund. nupt.* Dec. *cōs. 620. casus de quo quaeritur.* Rom. *cons. 219. ex themate consultationis.* Secundò etiam excipitur, nisi filij secundis nuptiis cōsensum accommodauerint, *per l. 34. cùm donationis. C. de transact.* & probatur ex eis, quæ ponuntur per Ias. *in l. ambiguitates. C. de indict. vidui. tol. & in l. filium quem. C. fam. ercisc. & consi. 53. in quaestione. vol. 1.* Tertia exceptio est, quoad proprietatem substantiæ auitæ, secund. Bart. & alios cōmuniter *in Auth. ex testam. C. de secund. nupt.* refert & sequitur Boër. *decis. 192. nu. 5.* Dissent. Bal. & Ang. *in d. Auth. ex testamento.*

17 Item † propter hoc iure cautum est, vt huiusmodi mulieri possit fieri interdictio bonorum, tanquam prodigæ. Ratio est, quia cùm sit prodiga suæ personæ, præsumitur etiam esse suarum rerum, est text. præclarus *in l. 15. & mulieri. de curat. furios.* ibi: *Et mulieri, quæ luxuriosè viuit, bonis interdici potest.* & ibi communiter Doct. Abb. *in c. pastoralis. col. pen. vers. vlt. de iud.* Hanc interdictionem facere possunt eius consanguinei. Bald. *in c. cùm decorem. de vita & honest. cleric. col. 2.* hoc dictū Baldi commendat Ias. *in l. 4. §. sed quod. de cond. ob turp. caus.* Cuius
18 exceptio † est in viro. Ratio est, quia masculus fortior & constantior esse præsumitur, mulier verò debilior & fragilior. Abb. & communiter Doct. moderni, *in d. c. pastoralis.* Lopez. *in d. c. per vestras. col. 1. n. 23.* Dissent. Bal. *in l. ea lege. nu. 20. C. de cond. ob caus.* & Segura *in repet. l. Imperator. col. pen. ad Trebel.* mouentur arg. *l. fin. C. de sent. pas.* vbi patri propter vitam inhonestam interdicitur administratio bonorum filij. Ratio est, ne ea inhonestè viuendo dilapidet. Nam si aliorum bona conseruare non possit, sequitur quòd etiam nec sua conseruare queat, quia non maiorem operam & curam in suis adhibere potest vel debet, quàm in aliis suæ administrationi subiectis. Idem est text. *in l. 8 si quis cum sciret, in fin. pro empt.* ibi: *nisi fortè & is, qui à luxurioso & protinus scorto datura pecuniā seruos emit, non vsucapiet.* Hunc text. reputat ibid. ad hoc sing. Imol. Idem text. *in l. 12. si vero. §. 11. si adolescens. mand.*

Item adde, quòd etiam mater propter luxuriam amittat hereditatem, vel legatum sibi à marito relictum. Salyc. *in l. fideicommissi. C. de fideicom.* Lopez. *in d. repet. §. 67.* Nec non amittit facultatem testandi, sibi à marito concessam. Lopez. *d. loc.* refert & sequitur Gomez. *ad d. l. 14. Tauri. nu. 17.*

Postremò † adde, quòd mulier luxurio- 19
sè viuendo perdat priuilegia viduis concessa. Felyn. *in c. significantib. de inoffic. deleg.* Ang. & Alex. *in l. cum quadam puella. de iurisdict. omn. iud.* text. *in c. 43. quæ vera. Nouel. 22.* Ex quo colligitur, quòd illa dicatur vidua, quę defunctum honorat, non quę inhonestè viuit.

Ex prædictis concludimus, quòd mater propter luxuriam amittat bona, sibi à filio testato vel ab intestato relicta. Hanc conclusionem tenet Paul. de Castr. *in dict. l. omnem. C. ad Tertul.* & communiter Doctores, licet Lopez. *d. loc. §. 67.* & alij eam cogitandam relinquant.



INDEX
IN HVIVS TRACTATVS CONTROVERSIAS DE LVCRO DOTIS, PRIMVS NVMERVS PAGINARVM, ALter Materiarum Marginibus additum Numerum denotat.

A.

B.

C.

Concef-

INDEX.

Filia

N.

O.

P.

Pactum

Q.

R.

male

FINIS.

